AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1983

MARTIANVS CAPELLA

EDIDIT

JAMES WILLIS



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1983

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE

HVIVS TEMPORIS

REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

1. Auflage

VLN 294/375/12/83 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,

Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97

Bestell-Nr. 666 135 7

DDR 119,– M

PRAEFATIO

Martianus Minneus Felix Capella quis fuerit, qua aetate vixerit, quo consilio quibusque adiumentis opus suum de Philologiae et Mercurii nuptiis scripserit, non multis disserendum aestimo, cum propediem (modo faveant siqua numina typothetarum laboribus praesint) in lucem proditura sint tria opuscula, in quibus de his ipsis rebus fusius disputabitur.[1]) ad propositum igitur sufficiet, si breviter memoravero Martianum iurisconsultum fuisse Carthaginiensem, Vandalis iam regnantibus vixisse, et fere quinquagenarium opus suum ideo composuisse, ut Martiano filio ad artium liberalium cognitionem viam quandam patrio labore muniret, auctores adhibuisse non paucos, alios quidem quos nobis tempus inviderit, alios vero quorum opera hodieque extent, inter quos mentione dignissimi sunt in grammaticis Diomedes et pseudo-Victorinus, in rhetoricis Fortunatianus et Aquila Romanus, in geographicis Plinius et Solinus, in musicis Aristides Quintilianus. verum haec raptim tetigimus, ad ea festinantes, quae rei criticae propriora sunt.

Operis Martianei fortuna ea fuit, ut primo quidem lectoribus non paucis placuisse videatur, deinde, cum tam per bella illa, quibus inter Gothos et Byzantinos diu ac misere certabatur, quam per Langobardorum in Italiam irruptionem omne litterarum atque doctrinae lumen esset extinctum, ab omnibus fere neglectus eo obscuritatis descenderit, ut ad Caroli Magni aetatem nonnisi unum exemplar pervenerit, idque ipsum, ut videbimus, et misere corruptum et amissis aliquot foliis mancum. et eis qui-

1) Vir enim praeclarissimus Iohannes Préaux, cuius morte debilitantur studia Martianea, de aetate Martiani Capellae disputationem conscripsit (ut ipse me per litteras anno 1974 edocuit), quae in opere illo immenso Aufstieg und Niedergang der römischen Welt publici iuris faciendum esset. ego quoque anno 1975, invitantibus eiusdem operis editoribus, de Martiano aliqua litteris mandavi, quibus id praecipue considerabam, quam rationem in fontibus suis adhibendis secutus esset et an miri stuporis et oscitantiae criminibus, quibus premeretur, aliquatenus exsolvi deberet. denique virgo doctissima et ipsi Philologiae comparanda Danuta Shanzer de Martiani aetate ita disseruit, ut in eandem sententiam iret, quam et ego et Préaux amplexi eramus, sed propter incredibilem operarum tarditatem nondum in lucem emiseramus. et Danutae quidem disputatio hoc anno (1981) fortasse apparebit, alterae illae ad Kalendas graecas reiectae videntur. summa vero argumentorum est neque felicitatis (§ 669) neque proconsulis (§ 999) mentionem a Vandalica aetate abhorrere, simulque cladem Romanam, ad quam spectare videntur verba *quamdiu viguit* (§ 637), alludere vel ad urbis direptionem an. 455 vel ad proelium navale a Basilisco male gestum an. 468.

dem CCL annis quid Martiani verbis acciderit, non facile est statuere. certum saltem est Fulgentio mythographo[1]) id opus vel maxime placuisse, qui sermonem Martianeum immodico suo tumore imitetur, sed qua aetate Fulgentius ille vixerit incertum manet, cum sitne idem ac Fulgentius episcopus adhuc inter doctos disceptetur. Cassiodorus vero, licet Martianum de artibus liberalibus aliqua scripsisse audivisset, inter codices illos, quos monachis Vivarii degentibus legavit, eum librum non videtur habuisse.[2])

Anno deinde 534, cum editio quaedam correctior a Securo Meliore Felice, rhetore urbis Romae, pararetur, ad manum fuere complura exemplaria, sed mendosissima; neque quatenus Felici Securo contigerit ut menda ea tolleret, scire iam possumus. suspicari licet eum orthographiam quidem ad normam quandam reduxisse, nonnullas fortasse apertas et quasi obvias corruptelas sanavisse, plures tamen intactas reliquisse. sequenti aevo, quod Merovingicum dicunt, quot lectores Martianus invenerit, vix divinare quis possit. quippe Gregorius Turonensis, qui anno 538 natus anno 594 decessit, ita de Martiano nostro loquitur, ut crederes eum inter notissimos auctores numerandum fuisse[3]); sed neque ipse Gregorius neque alii eius aetatis scriptores quicquam omnino dicunt, quod a Martiani thesauris petitum esse videatur. tamen hoc aevo irrepsisse suspicor titulos illos, quos a magistellis semibarbaris confictos in libris omnibus invenire est (§ 282 *De pronomine*; 283 *De verbo*; 284 *De adverbio*; 285 *De participio*; 286 *De coniunctionibus*; 287 *De praepositionibus*; 345 *De formis*; 346 *De differentia*; 347 *De accidenti* etc.). nam sic ratiocinor: primum quidem a Martiani ipsius manu proficisci non potuisse haec capitula; deinde, si in eis libris fuissent, quos Securus Melior adhibebat, prorsus ab eo eicienda fuisse; nam vix crediderim rhetoricae professorem, Romae Boethii et Cassiodori aetate degentem, ita stultum atque illitteratum fuisse, ut puerilia haec atque insiticia esse non agnosceret. et cum ex veterrimorum codicum consensione apertum sit in archetypo libro haec fuisse, restat ut post 534 et ante 800 primo quidem in margine scripta sint, deinde in verborum contextum irrepserint.

Sed dum de titulis disserimus, notandum est quasdam corruptelas, quas in archetypo fuisse manifestum est, non antea oriri potuisse quam titulis in verborum contextum iam receptis. sic § 362 archetypi lectio fuit: *quid de subiecto et in subiecto est quod aliud de subiecto aliud in subiecto est disciplina, nam eadem rhetoricae de subiecto est, Ciceroni in subiecto.* locum lacunosum esse statim videmus; scripsit fortasse Martianus: *de subiecto et in subiecto est, quod alii de subiecto, alii in subiecto est, ut disci-*

1) Martianus laudatur Expos. serm. ant. 45; sermonis Martiani vestigia apud Fulgentium passim reperies.

2) Cassiodori Institutiones ed. R. A. B. Mynors, Oxon. 1937, p. 130.

3) Hist. Francorum 10, 31 (p. 449 ed. Arndt).

plina (sic edidit Dickius ex libro Monacensi 14401). additur deinde titulus *Quid de subiecto et in subiecto*; mox omissis quibusdam oritur archetypi lectio: *quid de subiecto et in subiecto.* ⟨*de subiecto et in subiecto*⟩ *est quod* etc. similis error videtur fuisse in archetypo 358, ubi Dickius exhibet: *rebus sua sunt verba, quae naturalia atque etiam propria dicimus, ut lapis, lignum etc.* in vetustissimis invenimus: *quae sunt verba rebus sua sunt verba quae naturalia* etc., quae sine dubio sic orta sunt: *quae sunt verba rebus sua.* ⟨*rebus sua*⟩ *sunt verba, quae naturalia* etc. item p. 117, 5 Dickii coniectura laudanda est, *de substantia* pro *de hac* reponentis. quippe cum Martianus scripsisset: *antequam de substantia dicam* ..., additus est titulus *De substantia*; dein cum inelegans visa sit repetitio *De substantia. antequam de substantia dicam* ..., pro altera illa *substantia* positum est *hac.*

Ex orthographia quoque conicere licet Merovingica aetate potius quam mediante sexto saeculo archetypon fuisse conscriptum, nam sescentis locis invenimus *e* et *i*, *o* et *u*, *b* et *v* confusa, item *e* litteram quam protheticam dicunt, ut *estadis* pro *stadiis*, *escribitur* pro *scribitur*, item *i* litterae aphaeresin ut *Spania* pro *Hispania*, *strumentum* pro eo quod est *instrumentum*, etc. non id quidem affirmare velim, aetatis Merovingicae vel Latinitatis Gallicae propria haec fuisse, quae sciantur per omnes fere imperii Romani regiones inde a quarto saeculo passim reperiri; sed vix crediderim aut ipsum Martianum aut Securum illum Meliorem sic scripsisse.

Itaque suspicari licet ex Melioris recensione plures codices defluxisse et in scholis sequentis saeculi (quamdiu scholae supererant) adhibitos esse, quorum tamen unus tantummodo in Caroli Magni aetatem duraverit; quod docent cum communes omnium nostrorum errores, tum praecipue lacunae duae, in quinto videlicet libro § 522 et sub fine octavi § 887. quali vero manu conscriptus fuerit liber archetypus, non is sum, qui vel divinare, nedum alios docere, audeam. haec tamen statui posse opinor: litteram *a* antiquiore forma exaratam esse, quae cum *u* vel cum *ci* confundi facile posset, ut docent huius modi errores in libris: p. 238, 4 *reaproquo* pro *reciproco*; 239, 19 *ampleatur* pro *amplectitur*; 242, 9 *godatiae* pro *galatiae*; 244, 12 *suaressit* pro *succrescit*; 253, 7 *tertici* pro *tertia*; 254, 18 *dictas* pro *datas*; 321, 1 *collecta* pro *collata*; 321, 2 *subalior* pro *subtilior*; 328, 21 *litteris* pro *lateris*; particulam *ut* compendio *ū* scriptam fuisse; *quoniam* aliquando *quō* notatum; *enim* eo compendio, quod H maiusculae simile est. sed tamen hoc lacunoso codice quasi ad immortalitatem commendatus, quanto favore ab hominibus medii (quod dicunt) aevi Martianus noster exceptus sit, non necesse est pluribus edocere, cum attestentur libri manu scripti plus ducenti quadraginta[1]) et commentarii plures, quorum mentione dignissimi sunt ei, quos Iohannes Scottus, Mar-

1) Libros manuscriptos 244 enumerat Claudius Leonardi, I codici di Marziano Capella, Aevum 33, 443–489; 34, 1–99; 35, 410–524, quo catalogo nihil usquam utilius reperient harum rerum studiosi.

tinus Laudunensis, Remigius Autissodorensis conscripsere.[1]) neque sane id mirum fuit, nam in uno Martiani opere tractabantur omnes disciplinae, quae ad instruendos pueros ea aetate maxime idoneae putabantur. fusius certe atque doctius de grammatica Priscianus, de rhetorica Quintilianus, de arithmetica et de musica Boethius scripserant, sed omnium artium liberalium enchiridion alibi frustra quaereres quam apud Martianum. neque dubium potest esse allegoricum scribendi genus, quod nunc fere obsolevit, illius aetatis auribus magnopere placuisse.

Sed ut gaudendum est Martiani opus ad aevum Carolingicum utcumque pervenisse, sic cum dolore agnoscendum est misere corrupta eius verba transmissa esse, quod cum ex ipsius operis verbis, tum praecipue ex collatione Martiani cum auctoribus eius elucet. possis enim exempli causa hos versus inspicere, qui in totius operis fine positi sunt (consensum sequor librorum antiquissimorum):

Habes sanile Martiane fabulam
miscillo lusit quam lucernis flamine
satora pelasgos dum docere nititur
artes cagris vix amicas atticis.
sic in novena decidit volumina,
haec quippe loquax docta indoctis aggerans
fandis tacenda farcinat, immiscuit
musas deosque disciplinas cyclicas
garrire agresti cruda finxit placmatae,

et cetera non minus obscura atque corrupta. ut ingenue fatear, lector, neque ego neque alius quisquam, qui Martianum edendum susceperit, ex his versibus vel sensum vel syntaxin ullam concinnare potuit.

Iam vide quanta et qualia infortunia Felici nostro acciderint in eis locis, ubi auctorem eius iam nunc extantem habemus.

Aquila Romanus de figuris 15, p. 26, 20 Halm: *diasyrmos, elevatio vel irrisio; ea figura est, qua ludentes quae dicuntur ab adversario dissolvimus.*
Mart. Cap. 525: *diasyrmos est elevatio vel impressio; in hac figura laudantes quae dicuntur* ... etc.

Aquila Romanus p. 27, 30: *sed hic ambitus constat ex membris* ...
Mart. Cap. 527: *quae multis* (lege: *qui ambitus*) *constat ex membris* ...

Aquila Romanus p. 36, 6: ... *Atellam praesidio communient, Nuceram Cumas multitudine suorum occupabunt.*
Mart. Cap. 536: ... *Tadelam praesidio communient, Numeriam cum hac multitudine suorum obtinebunt.*

Aquila Romanus p. 37, 1: *si dicas 'M. Cato ille'* ...
Mart. Cap. 537: *si dicas antole* ...

Item si Pliniana Martianeis conferas, similia reperies: Plin. 3, 43 *Praetoriae Augustae*: Mart. Cap. 639 *Praetoribus Augustae*; Plin. 3, 80 *Metina*: Mart. Cap. 643 *Mid-*

1) Iohannis annotationes edidit C. E. Lutz, Cambr. Mass. 1939; eadem et Remigii glossas edidit Leidae 1962–1965.

ma; Plin. 3, 83 *Aegilion*: Mart. Cap. 644 *Elegion*; Plin. 3, 92 *a Camarina*: Mart. Cap. 648 *ac marina*; Plin. 3, 94 *Euonymos*: Mart. Cap. 648 *donymus*; Plin. 3, 95 *Hactenus de primo Europae sinu. a Locris Italiae frons incipit Magna Graecia appellata, in tres sinus recedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenuere primi. patet LXXXXVI, ut auctor est Varro.* : Mart. Cap. 649 *Hic primus Europae sinus Ausonii maris patet LXXXXVI milibus quique tress inus habet.*

Non obtundam diutius, ne nimium fatigere, lector, praesertim cum de hac re et satis fuse disseruerim De Mart. Cap. emendando pp. 1–4 et certiorem te facere possit unaquaeque Martiani pagina. illud saltem animo teneas velim, libros omnes Martiani manuscriptos, qui nunc extent, ex uno exemplari profluxisse, septimo fortasse saeculo exarato et erroribus plurimis eisque foedissimis referto. itaque, si quis methodo, quam vulgo Lachmannianam dicimus, obtemperare vult, omnes eo nervos intendet, ut archetypi illius lectiones revocet et quasi constituat. en quam breviter dicitur, quod nisi maximis laboribus confici non potest! nam primo quidem omnes libros inspicere humanae vitae brevitas vetat; deinde, quod vel gravius priore est, in libris tantum non omnibus, ubicunque monachis legentibus verba non sana videbantur, archetypicarum lectionum vestigia sedulo deleta sunt, ut ex codicibus Martianeis quasi ducentis quinquaginta vix sex septemve supersint, quibus tuto te confidere audeas. et qui sint illi codices, partim quidem mihi contigit ut invenirem, partim vir doctissimus atque humanissimus Iohannes Préaux mihi benigne monstravit. et hic quidem ad eam causam venimus, qua necesse factum sit, ut nova Martiani editio pararetur. quippe Adolfus Dick, vir haud pedestri doctrina praeditus, ingenii acumine minime destitutus, neque ab ullo editoris officio propter laborem deterritus, una re impeditus est, quo minus Martianum suum omnino emaculatum atque detersum in lucem emitteret: quippe nimium fidebat codicibus interpolatis, qui multis locis lectiones prima fronte speciosas offerunt, neque intelligebat, quam late apud Martiani libros ille mos repsisset, ut scribae, si quid non intelligerent, statim pro captu refingerent. ita factum est, ut ex omnibus eis libris, quos Dickius adhibuit, sinceri essent nonnisi Reichenauensis et Bambergensis, quos iam ante contulerat Eyssenhardtius, cum contra illi, quos duces Dickius praecipue sequebatur, omnium mendacissimi iudicandi sint. quae res ut melius teneatur, exempla apponam, unde satis eluceat, quam lubrica sit eorum librorum fides. possim in hoc loco tractando multus esse, sed sufficiet unus liber sextus, ubi ex Plinii testimonio satis convincetur librariorum mendacitas.

1. § 630 . . . *quae quidem* (i. e. Baetica) *habet iuridicos conventus quattuor: Gaditanum, Cordubensem, Astigitanum, Hispalensem* . . .] sic Dickius rectissime ex Plinio (3, 7), cuius verba sunt: *iuridici conventus ei quattuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis.* in omnibus Martiani libris desiderantur nomina *Astigitanum Hispalensem*; item in omnibus a Dickio adhibitis praeter $R^1 B^1 M$ numerus *quattuor* aut omissus aut in *duo*(*s*) mutatus est.

2. § 635 . . . *cuius* (i. e. Rhodani) ***ora diversis nominibus appellata; nam Hispaniense unum, alterum Metapinum***] Plinius (3, 33) habet: ***ex his alterum Hispaniense, alterum Metapinum.*** ex libris Dickianis $\mathbf{R}^1\mathbf{B}^1$ habent *alterum etapinum,* ceteri *alterum alpinum.*

3. § 643 . . . *tres Stoechades, quarum haec sunt nomina singularum*: *Prote, Mese* ⟨*quae et*⟩ *Pomponiana, tertia Hypaea*] Plinius (3, 79) habet: *nomina singulis Prote, Mese, quae et Pomponiana vocatur, tertia Hypaea.* Reichenauensis testimonio putredine corrupti hoc loco caremus, nisi quod in margine legi potest *secunda*, ut id saltem scias, *secunda* non fuisse in primaria scriptura; Bambergensis habet *prote mes**** pomponiana*; ceteri absurdo mendacio *prima temisto, secunda pomponiana.*

4. § 650 *Hydruntum urbem*] *Hydruntum* Plinius 3, 100, *sdruntum* **R** una littera perperam mutata (cf. *spanis* pro *ipanis*, i. e. *Hypanis* p. 234, 17); quod cum manifeste corruptum esset, urbem veteribus ignotam *Foruntum* sibi fabricavere librarii, ut in ceteris codicibus nunc legitur.

5. § 653 *in ora autem portus cui nomen Scironia saxa* . . .] Plinius (4, 23) sic: *in ora autem portus Schoenos, oppida Sidous, Cremmyon, Scironia saxa* . . . $\mathbf{R}^1\mathbf{B}^1$ habent *cui nos* ubi ceteri a Dickio adhibiti habent *cui nomen*; sed *cui nos* respondet Pliniano *Schoenos*, ut iam Salmasius vidit anno 1629.

6. § 659 *praeterea Aeria*] bene sic Dick collato Plinii loco (4, 58); *praeteria* $\mathbf{B}^1\mathbf{M}$ (Reichenauensis testimonio caremus), quod ex *praeterea aeria* facile potuit oriri; *praeterea* ceteri, cum orthographiam correxisse sibi visi essent. potest sane fieri, ut recte praetulerim *Creta Aeria* pro *praeteria*, sed sic quoque reperies verae lectionis vestigia in recentioribus sedulo deleta esse.

7. § 661 *quartus vero e magnis Europae sinus ab Hellesponto incipiens Maeotis ostio terminatur*] eadem ad verbum habet Plinius (4, 75), unde Dickius veram restituit lectionem; sed Reichenauensis solus ex Dickianis habet *quartus vero e magnus*, ibi quoque deleta a correctore vocula *e*, ceteri *quartus vero magnus*, cum egregie se locum correxisse putarent.

8. § 670 *mox alia distinctio: Libyphoenices appellantur, qui Byzacium incolunt* . . .] sic Dickius rectissime, $\mathbf{R}^1\mathbf{B}^1$ vestigiis insistens; ceteri habent *mox alia distinctio Libyae: Phoenices appellantur, qui Byzantium incolunt.* Pliniana sunt (5, 24): *mox Africae ipsius alia distinctio: Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt.*

9. § 701 *haec* (sc. urbs Babylon) *nunc ad solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciae*] sic Petersen egregie ex Plinio (6, 122: *ad solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciae*), Reich. et Bamb. secutus, ubi legitur prima manu *exhaustate seleuciae*, quod manifeste ex *exhausta vicinitate seleuciae* ortum est. sed ceteri habent *exhaustae seleuciae*, unde Grotius *exhausta a Seleucia* satis misere coniciebat.

Non obtundam diutius, lector, nam (si magni Scaligeri verbis uti licet) oportet te bestiam, non hominem esse, si non capis. luce meridiana enim clarius est multa in archetypo perperam scripta fuisse, quae $\mathbf{R}^1\mathbf{B}^1$ fideliter repraesentent, cum in ceteris a Dickio adhibitis lectiones inveniamus a librariis confictas, dum se pristina Martiani verba restituere arbitrantur. non novum hoc vel inauditum affirmo, nam plus centum abhinc annis vir acutissimi ingenii Fr. Iul. Petersen de libris **RB** haec scripsit: „Quicquid in alterutro codice ab emendatore scriptum alterius codicis primae scripturae testimonio non confirmatur, id omni re diligenter considerata tale esse repperi, ut aut ab hominibus linguae Latinae mediocriter peritis et rerum, de quibus Capella disputat, non omnino ignaris inveniri potuerit, aut pravitas eius haud difficulter coarguatur. Itaque sine

ulla dubitatione sic statuo, emendatores illos integrioribus exemplaribus usos non esse, quam sunt praestantissima eorum, quibus hodie quoque uti possumus."

Et hanc quidem sententiam licet veram esse agnosceret Dickius, quippe qui lectiones fere nullas sola **B²** vel **R²** fide acciperet, non tamen intellexisse visus est, id quod Petersenius de **R² B²** dixisset, de ceteris libris aeque verum esse; indeque factum est, ut, cum in Bernensi 56b et Leidensi 36 multas lectiones invenisset, quae in locis difficilioribus sententiam aliquam et syntaxin offerre viderentur, oblatos sibi crederet testes idoneos et fide dignos, archetypicae veritatis vestigia servantes. sed in hac re deceptus est vir de Martiano benemerentissimus, nam aeque commenticia erant, quae in Bern. et Leid. primo aspectu arridebant, atque ea, quae in Reichenauensem et Bambergensem emendatrix manus induxerat. et ut illorum codicum indolem probe noscas, haec affero documenta.

1. § 360 *per contrarium verba dicuntur, quando contra quod dicimus accipiuntur . . .*] *contra quod* Bern. Leid., *contra quam* ceteri Dickiani et omnes quos ego inspexerim. locutio *contra quam* (ad analogiam eius quod est *aliter quam* formata) plus viginti locis in Thes. Ling. Lat. notatis defenditur et Martiani ipsius exemplo confirmatur p. 196, 3 *contra quam praetor iusserit.*

2. § 386a (p. 182, 22 – 183, 7 Dick) habent inter alios Bern. Leid.; totum locum insiticium esse monstravi D. M. C. E. p. 32.

3. § 388 titulum *DE NOMINE. DE PERIHERMENIIS* addunt Bern. Leid. graecitate monastica.

4. § 396 *quod igitur indefinite dicimus, necessario particulariter accipimus, non necessario generaliter universaliterque . . .*] sic Leid., vocem *generaliter* et in Bern. olim fuisse ex rasurae magnitudine apparet; lectio genuina est *universaliterque* (vel *-quae*), quam suo Marte mutaverunt librarii, cum viderent nihil esse, quo referretur particula enclitica *-que*. quibus tamen homuncionibus illud infeliciter accidit, ut vocem adinvenirent nusquam alibi in dialecticis a Martiano adhibitam.

5. § 416 *potest et sic proponi . . .*] sic Bern. Leid., ceteri ad unum *potest et sic proponere,* quod vix recte se habere potest, nisi forte ita interpretere, ut *potest* sit *possibile est.* Bentleius igitur corrigebat *potes et sic proponere.* minus quidem eleganter emendavere, qui Leid. et Bern. exaraverunt, sed aeque per coniecturam.

6. § 465 *quarta de scripto quaestio est, quae dicitur syllogismus . . .*] hoc loco recte sensit Dickius Bern. et Leid. mentiri, qui, cum in archetypo videatur fuisse non *de scripto* sed *descriptio,* turpi commento posuere *descriptionalis,* quod epitheton neque ullum sensum habet neque usquam a Martiano adhibetur.

7. § 472 *ductum subtilem servatum testatur prima Philippica, quae mira subtilitate dominatum Antonii latenter insimulat, ut omnia dicens nihil aspere dixisse videatur*] epitheton *subtilem* in solis Bern. Leid. invenies, a ceteris omissum. hic quoque stulte mendaces illi scribae fuere; nam de ductu omnino servando agitur, non de uno aliquo ductus genere.

8. § 507 *ordinis videlicet commutatione*] sic Bern. manifesta fraude, cum satis apertum sit archetypum habuisse *ordine videlicet commutatio*; sic enim **R¹B¹**, cum alii feliciore coniectura habeant *ordine videlicet commutato.*

9. § 641 *in Campaniae amoenis antiquitus nemora . . .*] quam misere mutila haec verba sint iam docui D. M. C. E. p. 51 – 53, quo loco (quae fuit oblivio mea) non adieci iam Salmasium emendavisse *hinc Campaniae.* sed tamen ista nemora confin-

xit librariorum vana mendacitas, nam *nemora* habent Bern. et Leid. (hic quidem secunda manu, cum primitus scriptum esset *nemora numera*), ceteri fere *numera*, quae lectio, cum omni careat sensu, nisi ex archetypi errore provenire non potest.

10. § 736–737 *bis terni sexis faciunt . . . utraque faciunt LXXII . . . sexies LXXII faciunt CCCCXXXII . . . novies LXXII faciunt DCXLVIII, similiter duodecies faciunt DCCCLXIIII*] his quinque locis Dickius *faciunt* legit, semel (p. 266, 7) ex coniectura, quater Bern. et Leid. secutus, cum ceteri habeant *facit*. numerum singularem in eiusmodi locutionibus inveniri iampridem docuit vir clarissimus Löfstedt Syntacticorum cap. 1, sed constructio insolita librariis emendandi pruritum incussit.

11. p. 272, 4 *ter bina sex sunt*] numerale aptoton *sexis* adhibet Martianus p. 265, 18 et 283, 8, ubi omnium librorum auctoritate fulcitur. hic tamen et paulo infra (v. 6) invenimus *sexis* vel *sexsis* vel *sexhis* in melioribus, cum Bern. et Leid. habeant v. 4 *sex sunt*, v. 6 *sex* pro archetypi lectione *sexis*. hic quoque dolo malo mutata videtur lectio omnino sana.

Satis, ut opinor, ostendi libris Bernensi et Leidensi aut nihil fidei habendum, quoties lectionem speciosam offerunt, ceteris manifeste errantibus. illud vero memoria tenendum est, non istos tantummodo libros, licet in mentiendo primatum teneant, sed etiam maiorem codicum partem eiusmodi fictionibus inquinatos esse, ut paene dici possit fidelissimos verborum testes eos libros esse, qui apertis erroribus maxime scateant, quippe quibus nulla emendaturientis scioli admota sit manus.

Sed ut te demum certiorem faciam, patientissime lector, quibus subsidiis ad Martianum emendandum accesserim, codices, quibus usus sum, hi sunt.

R 1. Reichenauensis 73 noni saeculi, nunc Caroliruhae asservatus, cui numerum 73 assignavit Leonardius in catalogo supra laudato p. 56. librum hunc, quamvis primum ab Eyssenhardtio, deinde a viro laboriosissimo Dickio collatum, accurate denuo evolvi, unde mihi contigit, ut non paucas lectiones enotare possem, quae vel Dickii diligentiam subterfugerant. confitendum est tamen multa ab eo notata esse, quae in imagine photographica dispicere omnino nequiverim, ut verear ne liber praeclarissimus, putredine qua carpitur in dies grassante, aliquanto difficilior lectu nunc sit, quam abhinc octoginta annis fuit. hunc librum siglo **R** notavi, quo usi sunt priores editores.

B 2. Bambergensis, Msc. class. 39, saeculo nono exeunte conscriptus, quem et ipsum adhibuere Eyss. et Dick., a Leonardio numero 8 notatus. in hoc libro prior quidem scriptura magnae auctoritatis est, posterior vero, quae immiti cultelli usu inducta est, nihil nisi inania mendacia continet. littera **B** hunc librum insignivi, sicut priores fecerunt.


D 3. Parisinus 8670, nono conscriptus saeculo, 161 in Leonardii catalogo, quem vir clarissimus I. Préaux omnium librorum Martianeorum optimum existimat, ego vero a viro doctissimo atque humanissimo ita dissentio, ut huic Parisino neque plus neque minus auctoritatis attribuam quam Reichenauensi, sed eorum consensu archetypi lectionem repraesentari opiner. ex apparatu meo critico facile dispicies, quam saepe primariae lectiones

in **B** et **D** concinant, ut videantur ex communi fonte profluxisse, Reichenauensis tamen et Harleianus, de quo mox disputaturus sum, aliunde traxisse originem putandi sint. littera **D** hunc librum designavi.

4. Parisinus 8671, Leonardio 162, item noni saeculi, multis veritatis **M**
vestigiis insignis, ita tamen ut emendaturientis monachi ingenium aliquando sapiat. huic codici in apparatu meo siglum **M** dedi.

5. Harleianus 2685, et ipse noni saeculi, Leonardio 101. hunc librum **A**
aeque ac **DM** neglexerunt editores, magni faciendum esse agnovit **Préaux.** inter hunc librum et Reichenauensem tam arcta intercedit cognatio, ut primo quidem crediderim eum ex Reich. descriptum fuisse; quae tamen opinio falsa omnino erat, cum nonnulla hic recte exhibeat, quae in Reich. vel corrupta videntur vel manca, ut p. 270, 18 et 378, 6. Harleianum librum siglo **A** notavi.

Codicum stemmatibus non is sum qui magnopere delecter; sed si libros **ABDR** ita exhiberi oporteret, ut in stemmate fieri solet, sic possem depingere:



Et hi quidem quinque libri **ABDMR** primam mihi constituunt familiam. deinde multum impari auctoritate sequuntur:

6. Parisinus 8669, Leonardio 160, saeculi noni, liber lectionibus emen- **C**
titis ita refertus, ut aliquando tamen pristinae veritatis vestigia servare videatur. littera **C** insignivi.

7. Vesontionensis, Bibliothecae Municipalis 594, Leonardio 20, liber et **E**
ipse noni saeculi. paullo inferiorem hunc iudico Parisino 8669, non tamen negligendum: littera **E** in apparatu notavi. imagines huius libri photographicae, quibus usus sum, tam foedae et obscurae erant, ut, cum in eis diu laboravissem, Appii Claudii illius, si minus consilio, at caecitate simillimus fierem.

8. Bodleianus Laudensis lat. 118, noni item saeculi, Leonardio 144. sub **F**
siglo **F** mihi laudatur in apparatu.

9. Vossianus Leidensis vel Lugduno-Batavensis lat. F. 48, Leonardio **V**
89, anno c. 850 exaratus, quem **V** nominavi.

Hi quattuor libri alteram faciunt familiam, cuius lectionibus facile carere possemus, nisi Martianum legentibus curae esset cognoscere quomodo quibusque velut gradibus verborum memoria correcturientum studio pessumdata sit.

Sequitur familia tertia, quae, ut ingenue fatear, non familia est sed potius tres codices ea tantum similitudine coniuncti, quod a prioribus duabus familiis saepius devagantur. sunt autem hi:

G 10. Bruxellensis, Bibl. reg. 9565–9566, Leonardio 26, liber mediante nono saeculo grandibus litteris magnifice scriptus, id quod senescentibus oculis pergratum fuit, sed multas lectiones habens, quae divinantis ingenio accepta referenda sunt; inter quas elucent non trivialis ingenii commenta, ut p. 33, 10 *Dione* pro *decore*, quae coniectura quingentis post annis adulescenti Hugoni Grotio in mentem ventura erat. littera **G** in apparatu meo notavi.

L 11. Leidensis 87, Leonardio 83, noni saeculi, iam a Dickio adhibitus, a quo eadem littera **L** insignitus est, liber inter sinceros et mendaces ita dubie libratus, ut nescias, horumne optimus an illorum pessimus aestimandus sit.

P 12. Petropolitanus vel Leninopolitanus, Leonardio 92, saeculi decimi, a nota illa abbatia Corbiensi oriundus et in regno Franciae usque ad octavi decimi saeculi finem asservatus, quo tempore a quodam litterarum amatore Petro Dubrowsky in urbem Petropolin, quam nunc Leningrad nominant, deportatus est. hunc quidem scholarum Corbiensium fama potius quam ipsius meritis commotus adscivi.

Voluissem certe et alios libros adhibere, praesertim duos Vaticanos Reg. lat. 251 et 309, quos tamen ut mihi photographica ope inspiciendos commodarent, a bibliothecariis, nescio quo casu, non impetravi; sed aliquando imponendus erat finis ei operi, quod iuvenis susceperam, senex adhuc renovatis semper curis agitabam. simul sic mecum cogitabam, cum tot codices iam adhibuissem, quot archetypi lectionem stabilire possent, stultissimae iactantiae esse plures addere, unde apparatum quidem criticum maiore falsarum lectionum acervo onerare possem, verborum vero tenorem saniorem reddere nequirem. in his vero codicibus adhibendis eam secutus sum rationem, ut librorum **ABDMR** consensu archetypi lectionem repraesentari putarem, his vero inter se dissentientibus, **RBD** consensui maximam tribuerem auctoritatem. verum cum **RA** contra **BD** consentientes inveneram, nullo modo posse diiudicari putabam, utra familia archetypi lectionem fidelius referret.

In codicum vero lectionibus enarrandis novam quandam consuetudinem secutus sum. nam si apparatum criticum positiva (quam dicunt) ratione instruxissem, permulta scribenda erant huius generis:

voluptas **ABDMRCEF²VGLP** voluntas **F¹**,

quod taedii plenum fuisset; contra, si negativa ratione usus essem, necesse fuisset scribere (p. 10, 18):

parnasio **A²BD²MCEFVGL**, *deest* **R**,

ut scires *parr(h)asio* in $\mathbf{A^1 D^1}$ fuisse. malui igitur Daedali consilio inter utrumque volare, ut neque operose enuntiarem res sua natura apertas, neque brevitatis studio lectorem cogerem, cum rem in digitos calculumque distribuisset (ut cum Martiano meo loquar), tum demum ad rei scientiam pervenire. itaque, siquando maior pars testium a verbis in contextum receptis dissentiebat, apparatui meo positivam dedi formam, alias negativa ratione contentus essem. sic p. 14, 14, ubi *quo* est in verborum contextu, scripsi in apparatu:

quo $\mathbf{A^2B^2M^2R^2C^2F^2L}$ quod $\mathbf{B^1DM^1R^1C^1EF^1VG}$ que **P** (*deest* $\mathbf{A^1}$),

sed eodem versu ad vocem *benignus* satis habui notare:

benigno $\mathbf{M^2R^2}$,

unde facile colligas $\mathbf{A^2BDM^1R^1CEFVGLP}$ habere *benignus*.

Ceterum explicandum est, cuiusmodi lectionum varietates tacitus praeterierim. et primum quidem verborum distinctionem neglexi, cum in vetustioribus libris verba omnino non dividantur; deinde verborum formas assimilatas vel non assimilatas semper tacui; scripsi enim (exempli gratia) *admiror*, cum in libris et *admiror* at *ammiror* inveniantur. quod ad alia composita attinet, librorum orthographia neglecta scripsi *accipio*, *affero*, *aggero*, *allicio*, *admitto*, *annuo*, *appeto*, *arripio*, *assero*, *attineo*, *collido*, *committo*, *compello*, *corripio*, *effero*, *illicio*, *immitto*, *impingo*, *irrumpo* et similia. quippe in eiusmodi rebus diversorum scribarum, non ipsius auctoris, consuetudo illustratur.

In singulis vero litteris haec praemonenda sunt. *ae* et *e* confusa non notavi, nisi in perpaucis locis, ubi aliud quoddam significabatur, ut § 393 *declarativae* et *declarative*. item *f* pro *ph*, ut *foebus*, tacui, licet *ph* pro *f* (e. g. *phoedus*), utpote multo rarius repertum, notaverim. litteram *h* omissam vel falso additam item tacitus praeterii, nisi forte alia prorsus vox efficeretur, ut *hortus*, *hora* pro *ortus*, *ora*. idem feci in consonantibus aspiratis *ch*, *ph*, *th*; neque enim annotanda duxi *teathrum*, *phytagoras*, *archadia*, *achademia*. in eis vero vocibus, ubi aspirata littera aspiratam sequitur, ut *autochthon*, *ichthyophagi*, tacite scripsi *autocthon*, *icthyophagi* etc., cum et doctissimis viris ea scribendi ratio placuerit et meliorum librorum auctoritate stabiliatur. orthographiam monasticam in vocibus *Affrica*, *Bachus*, *diffinitio*, *occeanus* notatu indignam iudicavi, praesertim cum talis scribendi ratio nisi in deterrimis non inveniatur. litteras *i* et *y* confusas item neglexi, ut *pamfilia*, *lidia*, *phylosophia*, nisi uno alterove loco, ubi aliud significabatur, ut *aditis* et *adytis*.

His exceptis omnes librorum a me adhibitorum lectiones me enotavisse arbitror; nam singulares, quas dicunt, lectiones eliminare non eius puto, qui rerum veritatem vel invenire vel tradere studeat, de qua re disserui in libro quem de re critica scripsi p. 36 sqq. ut erroribus careret apparatus criticus, sedulo equidem laboravi, sed vicena milia locorum inspicere et

in unoquoque duodenorum codicum lectiones enotare neque tamen ulla in re titubare, humanas vires opinor excedere. sed non adeo rerum imperitus sum, ut vel minimum in maximo opere errorem apud eos veniam impetraturum sperem, quibus propositum erit non quid fecerit quis, sed quid male fecerit, intueri.

Sed nunc dimittendus es, lector, ut Martianum legas non quidem omnino nitidum et emaculatum – id enim in verborum memoria tam inquinata non licet – sed incongruis saltem pannis exutum, quos barbari aevi mendacitas assuit. quodsi hic illic tibi videbor Martiani vulneribus eiusmodi medicinam, quae malum excedat, adhibuisse, id non malitiae meae, sed imperitiae tribuas velim. vale.

Apud Antipodas a. MCMLXXXI James Willis

Sane inhumanus sim, nisi diserte fatear (idque latine, non oratorie) quantum in hoc opere conficiendo debuerim viro doctissimo G. Chr. Hansen, Bibliothecae Teubnerianae redactori, qui singulari harum rerum peritia necnon lynceo fere oculorum acumine multos errores sustulit, multa inconstanter enotata in unum tenorem revocavit, nihil denique infectum reliquit quominus nova haec editio virorum doctorum exspectationibus respondeat.

BIBLIOGRAPHIAE

PARS PRIMA

qua continentur, annorum serie digesti, libri vel opuscula quibus disputatur vel unde Martianus materiem suam hauserit, vel quem locum in historia scientiae et litterarum antiquarum teneat

Fabricius, J. A., Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis, Hamburgiae 1734–1736

Delambre, J. B. J., Histoire de l'astronomie ancienne, 2 tom. Paris 1817; denuo impressa New York 1965 [de Martiano ipso 1, 310–313; de orbis mensuratione Eratosthenica 1, 89–91 et 220–222]

Mueller, K. O., Die Etrusker, Breslau 1828 [II² 134 A. 18b de Martiano lib. 1, § 46]

Krahner, L. H., De M. Varrone ex Marciana satura supplendo, Progr. Friedland 1846

Deecke, W., Etruskische Forschungen, Stuttgart 1875–1884 [t. IV 'Das Templum von Piacenza' 19–20 de Mart. Cap. § 55]

Holzer, E., Varroniana. Progr. des Gymn. Ulm 1890 [de §§ 922–929 ex Varrone desumptis]

Bunbury, E. H., A History of Ancient Geography, ed. 2, London 1893 [denuo impressum N. Y. 1959]

Tannery, P., Recherches sur l'histoire de l'astronomie ancienne, Paris 1893

Weyman, C., de Martiano Apulei imitatore disputavit Sitzungsb. der Akad. München 1893, 374ss.

Monceaux, P., Les Africains: étude sur la littérature latine d'Afrique, Paris 1894

Agahd, R., de Labeone Martiani fonte disputavit Jahrbücher für Philologie Suppl. 24, 1898, 121

Detlefsen, D., Die geographischen Bücher der nat. hist. des C. Plinius Secundus (Quellen und Forschungen zur alten Geschichte und Geographie, Heft 9), Berlin 1904

Wissowa, G., de Nigidio Martiani fonte disputavit Gesammelte Abhandlungen, 1904, 125s.

Beazley, C. R., The Dawn of Modern Geography, 3 vol., London 1897–1906

Dreyer, J. L. E., History of Planetary Systems from Thales to Kepler, Cambridge 1906; denuo impressum titulo novo 'A History of Astronomy from Thales to Kepler', N. Y. 1953 [de Martiani astronomia p. 127]

Schmidt, M. C. P., Zur Entstehung und Terminologie der elementaren Mathematik, Leipzig 1906

Thulin, C., Die Götter des Martianus Capella und die Bronzeleber von Piacenza, Gießen 1906 [cf. F. J. Boll, Berl. philol. Wochenschrift 1908, 1372ss.]

Mori, A., La misurazione eratostenica del grado ed altre notizie geografiche della 'Geometria' di Marciano Capella, Rivista geografica Italiana 18, 1911, 177–191; 382–391; 584–600

Fischer, B., De Augustini disciplinarum libro qui est de dialectica, Jena 1912

Reeh, R., De Varrone et Suetonio quaestiones Ausonianae, Halle 1916 [de §§ 922–929 ex Varrone desumptis] [v. etiam P. Wessner, Berl. philol. Wochenschrift 1917, 67–74]

Heath, T. L., A History of Greek Mathematics, 2 vol., Oxford 1921
Barwick, K., Remmius Palaemon und die römische Ars grammatica (Philologus Suppl.-Bd. XV 2), Leipzig 1922 [de Martiano p. 20s.; 45 n. 2; 46s.; 50; 71; 75 n. 1; 216; 232ss.; 242]
Dornseiff, F., Das Alphabet in Mystik und Magie, Leipzig – Berlin 1925 [p. 45ss. de precatione tacita Philologiae § 203]
Heiberg, J. L., Geschichte der Mathematik und Naturwissenschaften im Altertum, München 1925
Honigmann, E., Die sieben Klimata und die πόλεις ἐπίσημοι, Heidelberg 1929
Duckett, E. S., Latin Writers of the Fifth Century, New York 1930
Boyancé, P., Les deux démons personnels dans l'antiquité grecque et latine, Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes 9, 1935, 189 – 202 [de Mart. Cap. p. 192 n. 2]
–, Une allusion à l'œuf orphique, Mélanges d'archéologie et d'histoire 52, 1935, 95 – 112
Columba, G. M., La questione Soliniana, Ricerche storiche, Palermo 1935, I 171 – 352
Dahlmann, H., M. Terentius Varro, Pauly-Wissowa RE Suppl. VI, Stuttgart 1935 [col. 1255 – 1259 de Disciplinarum libris et de Martiano eorum compilatore]
Boyancé, P., Etudes sur le Songe de Scipion, Bordeaux – Paris 1936 [de Martiano pp. 187 et 206 – 213]
Fischer, H. W., Untersuchungen über die Quellen der Rhetorik des Martianus Capella, Diss. Breslau 1936
Lewy, H., Chaldaean Oracles and Theurgy. Mysticism, Magic and Platonism in the Later Roman Empire (Recherches d'archéologie, de philologie et d'histoire XIII), Cairo 1936
Solmsen, F., The Aristotelian tradition in ancient rhetoric, Amer. Journ. Philol. 1941, 35 – 50 et 169 – 190
Bidez, J., Un singulier naufrage littéraire dans l'antiquité. A la recherche des épaves de l'Aristote perdu, Bruxelles 1943 [p. 213 de Martiano § 7]
Courcelle, P., Les lettres grecques en Occident de Macrobe à Cassiodore, Paris 1943 [de Martiano pp. 198 – 205]
Drabkin, I. E., Posidonius and the circumference of the earth, Isis 34, 1943, 509 – 512
Françon, M., Ausonius' riddle of the number three, Speculum 18, 1943, 247 – 248
Bassets, A., La naturaleza melódica del acento latino segun los autores clásicos, Anales del Instituto de Literaturas Clásicas, Buenos Aires, 2, 1940 – 1944, 199 – 240
Weinstock, S., Martianus Capella and the Cosmic System of the Etruscans, Journal of Roman Studies 36, 1946, 101 – 129
Niedermann, M., Iotacismus, labdacismus, mytacismus, Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes 22, 1948, 5 – 15
Cappuyns, M., Capella (Martianus), Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques, vol. XI, Paris 1949
Boyancé, P., Note sur le tetractys, L'antiquité classique 20, 1951, 421 – 425
Wagenvoort, H., Genius a genendo, Mnemosyne ser. 4, 4, 1951, 161 – 168 [cf. Mart. Cap. § 152]
Clarke, M. L., Rhetoric at Rome, London 1953; iterum impressum 1962 [p. 139 de Mart. Cap.]
Pfligersdorffer, G., Zu Boethius De interpretatione ed. sec. p. 4, 4sq. ed. Meiser nebst Beobachtungen zur Geschichte der Dialektik bei den Römern, Wiener Studien 66, 1953, 131 – 154
della Corte, F., Varrone: il terzo gran lume romano, Genova 1954; iterum impressum Firenze 1970

Déonna, W., Le Saturne à l'ouroboros de Martianus Capella, Mémoires de la société nationale des antiquaires de France, nouv. sér. 3, 1954, 103–107
–, La descendance du Saturne à l'ouroboros de Martianus Capella, Symbolae Osloenses 31, 1955, 170–189
Ferrero, L., Storia del pitagorismo nel mondo romano, Torino 1955
Dumézil, G., Remarques sur les trois premières 'regiones caeli' de Martianus Capella, Hommages à Max Niedermann, Bruxelles 1956, 102–107
Marrou, H. J., A History of Education in Antiquity, translated from the French by George Lamb, New York 1956
Bayet, J., Histoire politique et psychologique de la religion romaine, Paris 1957
Henderson, I., Ancient Greek Music, The New Oxford History of Music, Vol. 1: Ancient and Oriental Music, London 1957, 336–403
Neugebauer, O., The Exact Sciences in Antiquity, ed. 2, Providence 1957 [de climatibus p. 183–185]
Préaux, J., Saturne à l'ouroboros, Collection Latomus 28 (Hommages à W. Déonna), Bruxelles 1957, 394–410
Déonna, W., Mercure et le scorpion, Latomus 17, 1958, 641–658; 18, 1959, 52–66 et 249–261
Turcan, R., Martianus Capella et Jamblique, Revue des études latines 36, 1958, 235–254
Déonna, W., Mercure et le scorpion (Collection Latomus 37), Bruxelles 1959
Fuhrmann, M., Das systematische Lehrbuch. Ein Beitrag zur Geschichte der Wissenschaft in der Antike, Göttingen 1960
Préaux, J., Virgile et le rameau d'or, Hommages à Georges Dumézil, Bruxelles 1960, 151–167
Turcan, R., Un rite controuvé de l'initiation dionysiaque (à propos de Servius ad Aen. 6, 741), Revue de l'histoire des religions 158, 1960, 129–144 [de Mart. Cap. § 142]
Burkert, W., Hellenistische Pseudopythagorica 2, Philologus 105, 1961, 16 [de distantia lunae a terra secundum Pythagoricos]
Kühnert, F., Allgemeinbildung und Fachbildung in der Antike, Berlin 1961 (Deutsche Akad. d. Wiss., Schriften der Sektion für Altertumswiss. 30)
Turcan, R., L'œuf orphique et les quatre éléments, Revue de l'histoire des religions 160, 1961, 11–23
Burkert, W., Weisheit und Wissenschaft, Nürnberg 1962; versio anglica Lore and Science in Ancient Pythagoreanism, Harvard 1972 [multa de mystica religione et de arithmologia, sed de Martiano non multa]
Merkelbach, R., Roman und Mysterium in der Antike, München–Berlin 1962 [summa operis haec est, nonnullas narrationes antiquas, quas novellas appellare solemus, sub figmentorum specie mysteria enarrare]; cf. R. Turcan, Revue de l'histoire des religions 163, 1963, 149–199
Quadlbauer, F., Die antike Theorie der genera dicendi im lateinischen Mittelalter, Graz–Wien–Köln 1962
Stahl, W., Roman Science. Origins, development and influence to the later middle ages, Madison (Wis.) 1962
Courcelle, P., Histoire littéraire des grandes invasions germaniques, ed. 3, Paris 1964
Paratore, E., L'ultimo verso dei 'choliambi' di Persio, Latomus 23, 1964, 94–105 [cum Persii v. 14 cf. Mart. Cap. § 908]
Kuch, H., *Φιλόλογος*. Untersuchung eines Wortes von seinem ersten Auftreten in der Tradition bis zur ersten überlieferten lexikalischen Festlegung, Berlin 1965 [p. 128 de Mart. Cap.]
Radke, G., Die Götter Altitaliens, Münster 1965

van Rooy, C. A., Studies in classical satire and related literary theory, Leiden 1965 [p. 162s. et 172 de Mart. Cap.]

Anderson, W. D., Ethos and Education in Greek Music: The Evidence of Poetry and Philosophy, Cambridge, Mass. 1966 [multa de Aristide Quintiliano; de Martiano pauca]

Dumézil, G., La religion romaine archaïque, Paris 1966 [pp. 650–656 de Mart. Cap.]

Gundel, W., et H. G. Gundel, Astrologumena. Die astrologische Literatur in der Antike und ihre Geschichte, Wiesbaden 1966

Simon, M., Zur Abhängigkeit spätrömischer Enzyklopädien von Varros Disciplinarum libri, Philologus 90, 1966, 88–101

Theiler, W., Forschungen zum Neuplatonismus, Berlin 1966 [pp. 252–301 de materia 'chaldaica' apud Mart. Cap.]

Wille, G., Musica Romana. Die Bedeutung der Musik im Leben der Römer, Amsterdam 1967

de Poerck, G., Etymologie et origo à travers la tradition latine, Ἀνάμνησις. Gedenkboek E. A. Leemans, Ghent 1970

Brożek, M., De pedibus irrationalibus syllabarumque quantitate in trimetris tragicorum Graecorum iambicis, Eos 65, 1977, 323–335

Fontanella, V., Mercurio alla ricerca di Apollo-Sole. La teoria geoeliocentrica di Eraclide Pontico nel De Nuptiis Philologiae et Mercurii di Marziano Capella, libro 1, 8–26, Atti dell'Istituto Veneto di Scienze etc. 135, 1977, 305–322

Bartoňková, D., Prosimetrum. The mixed style in Martianus Capella's work De nuptiis Philologiae et Mercurii, Sborník Prací Filosofické Fak. Brněnské Univ., Rada archeol. klas. 22–23, 1977–1978, 205–215

PARS ALTERA

qua continentur libri quibus de ipso Martiano, praesertim de codicibus manu scriptis et de verborum memoria atque interpretatione disputatur

Grotius, H., Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii, Lugd. Bat. 1599

Barthius, C., Adversariorum libri LX, Francofurti ad Moenum 1624

Meibomius, M., Antiquae musicae auctores septem Graece et Latine, Amstelodami 1652

Heinsius, N., Operum P. Ovidii Nasonis editio nova, Amstelodami 1652

P. Virgilius Maro accurante N. Heinsio, Amstelodami 1664 [in his poetarum editionibus emendationes ad Martianum sparsim hic illic in notis reperiuntur]

Munckerus, T., Scriptores Mythographi Latini, Amstelodami 1681 [eius notae repetuntur apud Aug. van Staveren, Scriptores Mythographi Latini, Lugd. Bat. et Amstel. 1742]

Burmannus, P., P. Ovidii Nasonis opera. P. Burmannus ad fidem veterum exemplarium castigavit, Amstelod. 1727

Vonckius, C. V., Specimen criticum in varios auctores. Accedunt observationes miscellaneae. Traiecti ad Rhenum 1744 [emendationes in Martianum pp. 78–83; 143–149]

Walthardus, L., Martiani Capellae libri I–II, Bernae 1763

Arntzenius, H. J., Miscellanea, Traiecti ad Rhenum 1765

Salmasius, C., Exercitationes Plinianae, Lipsiae 1777

Goez, J. A., Martiani Capellae libri I–II, Norimbergae 1794

Susius, H. D., Coniectanea critica in Gurlittii animadversiones ad auctores veteres, Hamburgae 1806

Dawes, R., Miscellanea critica, cum notis T. Kidd, Cantabrigiae 1817 [Bentleii coniecturae in Mart. nonnullae in notis inveniuntur]
Kopp, U. F., Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii, Francofurti ad Moenum 1836
Boettger, C., Ueber Martianus Capella und seine Satira, nebst einigen kritischen Bemerkungen, Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik, Suppl. Bd. XIII, 1847, 590–622
Eyssenhardt, F., De Martiano Capella, Berlin 1861
Lüdecke, F., De Marciani Capellae libro sexto, Gottingae 1862
Halm, C., Rhetores latini minores, Lipsiae 1863 [Mart. Cap. pp. 449–492]
Eyssenhardt, F., Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii, ed. Fr. Eyssenhardt, Lipsiae 1866
Petersen, F. J., De Martiano Capella emendando, diss. Helsingforsiae 1871
Jürgensen, J., De tertio Martiani Capellae libro, Lipsiae 1874
Schoell, F., De accentu linguae Latinae, Acta societ. philol. Lipsiensis 1876
Stachelscheid, A., Bentleys Emendationen von Mart. Cap., Rheinisches Museum 36, 1881, 157sqq.
Deiters, H., Studien zu den griechischen Musikern, Progr. des königlichen Marien-Gymnasium in Posen für das Schuljahr 1880–1881, no. 131, Posen 1881
Stange, F., De re metrica Martiani Capellae, Lipsiae 1882
Dick, A., De Martiano Capella emendando, Bernae 1885
–, Commentationis philologicae de Martiano Capella emendando altera pars, St. Gallen 1889
Tannery, P., Ad Martiani Capellae librum VII, Revue de philologie 16, 1892, 137–139
Detlefsen, D., Zu Plinius' Naturalis historia, Hermes 32, 1897, 323ss.
Dick, A., Die Wortformen bei Martianus Capella, Programm der Kantonsschule St. Gallen, St. Gallen 1901
Morelli, C., Quaestiones in Martianum Capellam, Studi Italiani 17, 1909, 230ss. [de Martiano Ovidii aliorumque poetarum imitatore et de locis aliquot emendandis]
Sundermeyer, A., De re metrica et rhythmica Martiani Capellae, Marpurgiae 1910
Langbein, W., De Martiano Capella grammatico, Jenae 1914
Dick, A., Martianus Capella, ed. A. Dick, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1925 [de hac editione iudicium tulerunt M. Manitius, Philologische Wochenschrift 1925, 542ss.; H. Ruppert, Literarisches Zentralblatt 1925, 471; C. Weyman, Historisches Jahrbuch 45, 1925, 648; W. A. Baehrens, Jahresbericht Altertumswiss. 208, 1926, 18–22; K. Barwick, Gnomon 1926, 182ss.; C. H. Beeson, Class. Philol. 1926, 92; L. Castiglioni, Bollet. di filol. class. 32, 1926, 6; W. Stach, Historische Vierteljahresschrift 23, 1926, 529: ex his Barwick facile principatum tenet]
Birt, Th., Marginalien zu lat. Prosaikern, Philologus 82, 1927, 164–182
Bernhard, M., Zu Martianus Capella 5, 508, Philol. Wochenschr. 48, 1928, 846–848
Boyancé, P., Leucas, Revue archéologique 30, 1929, 211–219
Uhden, R., Die Weltkarte des Martianus Capella, Petermanns Mitteilungen 1930, 126
Walter, F., Zu lateinischen Schriftstellern, Wiener Studien 48, 1930, 75ss.
Wessner, P., Martianus Capella, Pauly–Wissowa, RE 14, 1930, 2003–2016
Hinks, D., Martianus Capella on Rhetoric [diss. dactyl.], Trinity College Cambridge, 1935
Runes, M., Zu Martianus Capella 1, 49, Philol. Wochenschr. 55, 1935, 225
May, F., De sermone Martiani Capellae quaestiones selectae, Diss. Marpurgiae 1936
Uhden, R., Die Weltkarte des Martianus Capella, Mnemos. 3, 1935–1936, 97–124
Copp, F., The Doctrines of Music and Rhythm in Martianus Capella, De nuptiis Philologiae et Mercurii. Rendered into English with an introduction and notes [thesis ad magistratum artium capessendum], Cornell Univ. 1937

di Capua, F., Una Pseudoepistula di Cicerone, Il mondo classico 1939, 211–218
Mariotti, S., De quibusdam Macrobii et Martiani locis ad codicum lectionem restituendis, Annali della Scuola norm. sup. di Pisa, ser. 2, 9, 1940, 196s. [ad Mart. Cap. § 7 et § 213]
Préaux, J., Un nouveau texte sur la Vénus androgyne, Annuaire de l'Institut de philologie et d'histoire orientales et slaves (Mélanges Lévy) 13, 1953, 479–490
Courcelle, P., Fragments non identifiés de Fleury-sur-Loire, Revue des études latines 32, 1954, 92–97
Heydenreich, L., Eine illustrierte Martianus Capella-Handschrift des Mittelalters und ihre Kopien im Zeitalter des Frühhumanismus, Kunstgeschichtliche Studien für Hans Kaufmann, Berlin 1956, 59–66
Leonardi, C., Intorno al'Liber de numeris' di Isidoro di Siviglia, Bull. dell'Istituto storico Italiano per il medio evo e Archivio Muratoriano 68, 1956, 203–231
Préaux, J., Un nouveau manuscrit de St. Gall, le Bruxellensis 9565–9566, Scriptorium 10, 1956, 221–228
Verhulst, A., L'activité et la calligraphie du scriptorium de l'abbaye Saint-Pierre-au-Mont-Blandin de Gand a l'époque de l'abbé Wichard (ob. 1058), Scriptorium 11, 1957, 43s. [de libro Leidensi BPL 88]
Leonardi, C., Illustrazioni e glosse in un codice di Marziano Capella, Bullettino dell'Archivio paleografico Italiano N. S. 2–3, 1956–1957, 2 et 39–60
Pellegrin, E., Membra disiecta Floriacensia, Bibliothèque de l'école des chartes 117, 1959, 55s. [libri msti Orléans 261; Vat. reg. lat. 598]
Préaux, J., Deux manuscrits gantois de Martianus Capella, Scriptorium 13, 1959, 15–21
Leonardi, C., I codici di Marziano Capella, Aevum 33, 1959, 443–489; 34, 1960, 1–99 et 411–524 [enumerat et describit omnes Martiani libros, qui hactenus innotuerint: opus numquam satis laudandum]
Préaux, J., Un nouveau mot latin, l'adjectif *nugulus*, Revue de philologie 35, 1961, 225–231
Homburger, O., Die illustrierten Handschriften der Burgerbibliothek Bern: Die vorkarolingischen und karolingischen Handschriften, Bern 1962 [de libro Martiani B. 56 noni vel decimi saeculi]
Préaux. J., Un texte méconnu sur Tagès, Latomus 21, 1962, 379–383
Bühler, W., Zu Martianus Capella 1, 37, Hermes 92, 1964, 123–125
Raia, A. R., Barberini mss. 57–66 and 121–130, Fordham University 1965 [Diss. abstr. 27, no. 3, 1965, 2197]
Stahl, W., Towards a Better Understanding of Martianus Capella, Speculum 40, 1965, 102
Préaux, J., Le manuscrit d'Avranches 240 et l'œuvre de Martianus Capella, Sacris Erudiri 17, 1966, 135–149
Willis, J., In Martianum Capellam annotatiunculae, Helikon 6, 1966, 229–231
Bishop, T., The Corpus Martianus Capella, Transactions of the Cambridge Bibliographical Society 4, 1967, 257–275
McDonough, C., The Verse of Martianus Capella, Diss. [dactylogr.] Toronto 1968
Vanderkerckhoven, N., Les noces de Mercure et Philologie, livre III, édition critique et traduction française, Bruxelles 1968 [dactylogr.]
Willis, J., Ad Martianum Capellam, Rheinisches Museum 111, 1968, 79–92
Fuchs, H., Textbereinigung, Rheinisches Museum 113, 1970, 95
Mueterich, F., De rhetorica. Eine Illustration zu Martianus Capella, Festschrift Bischoff, Stuttgart 1971, 198–206
Stahl, W., R. Johnson, E. L. Burge, Martianus Capella and the Seven Liberal Arts. I: The Quadrivium of Martianus Capella, New York–London 1971. II. Martianus Capella: The Marriage of Philology and Mercury, ibid. 1977

Willis, J., De Martiano Capella emendando, Mnemosynes Supplementum 18, Lugd. Bat. 1971
Lemoine, F., Judging the Beauty of Diversity. A Critical Approach to Martianus Capella, Classical Journal 67, 1972, 209–215
–, Martianus Capella. A Literary Re-evaluation, München 1972
Lenaz, L., Marziano Capella, Cultura e scuola 44, 1972, 50–59
Willis, J. A., The Multiples of the As, Harvard Studies in Classical Philology 76, 1972, 233–244
McDonough, C., Nonnulla Martiana, Philologus 118, 1974, 285–289
–, Trier, Bibliothek des Priesterseminars Ms. 100 and the text of Martianus Capella, Medieval Studies (Pontifical Institute, Toronto) 36, 1974, 56–66
Préaux, J., Le culte des Muses chez Martianus Capella, Mélanges de philosophie ... offerts à Pierre Boyancé, Rome 1974, 579–614
Willis, J., Martianea IV, Mnemosyne 27, 1974, 270–280
Cristante, L., Musica e grammatica nella Enciclopedia di Marziano Capella, Atti e memorie dell'accademia Patavina 87, 1974–1975, 335–379
Lenaz, L., Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii liber secundus [cum versione italica, introd. et commentario sane docto], Padua 1975
Préaux, J., Pallas, tertia Lunae, Hommages à Claire Préaux, Bruxelles 1975, 343–352
Willis, J., Martianea V, Mnemosyne 28, 1975, 126–134
–, Martianea VI, Mnemosyne 30, 1977, 160–173
Cristante, L., La *σφραγίς* di Marziano Capella (*σπουδογέλοιον*; autobiografia e autoironia), Latomus 37, 1978, 679–704 [nugae merae: si leges, operam perdes]
Liderski, J., A non-misunderstood text concerning Tages, La parola del passato 33, 1978, 195–196
Préaux, J., Les manuscrits principaux du De nuptiis Philologiae et Mercurii de Martianus Capella, Lettres latines du moyen âge et de la renaissance (Collection Latomus 158), Bruxelles 1978, 76–128
Taeger, B., Exzerpte aus Martianus Capella in einer frühen hibernolateinischen Grammatik, Beiträge zur Gesch. der deutschen Sprache und Literatur 100, 1978, 388–420
McDonough, C., Some Notes in Late Latin and Mediaeval Writers, Studi medievali, 3. ser. 20, 1979, 926–932
Willis, J., Martianea VII, Mnemosyne 33, 1980, 163–174

PARS TERTIA

qua continentur libri, quibus disputatur vel quantum debuerint vel qualia studia impenderint Martiano sequentium aevorum scriptores

Ancona, P. d', Le rappresentazioni allegoriche dell'arti liberali, L'Arte 5, 1902, 137–155; 211–228; 269–289; 370–385
Ker, W., The Dark Ages, Edinburgh 1904 [denuo impr. New York 1963]
Esposito, M., On the Study of Martianus Capella in mediaeval Ireland, Zeitschrift für celtische Philologie 7, 1910, 499–507
–, Sur le prétendu commentaire de Dunchad sur Marcien Capella, Didaskaleion 1914, 173–181
Laistner, M., Notes on Greek from the lectures of a ninth-century monastery teacher, Bulletin of the John Rylands Library 7, 1922–1923, 421–456
Heyer, K., Martianus Capella und die 7 freien Künste, Die Drei 4, 1924, 841–857
Laistner, M., Martianus Capella and his ninth-century commentators, Bulletin of the John Rylands Library 9, 1925, 130–138
Conklin, M., Martianus Capella in Notker Labeo and others, Columbia 1929

van der Vyver, A., Les étapes du développement philosophique du haut moyen âge, Revue belge de philologie et d'histoire 8, 1929, 425–452
Manitius, M., Zwei Remigiuskommentare, Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde 49, 1932, 173–183
Clark, D., The Iconography of the Seven Liberal Arts, Stained Glass 28, 1933, 3–17
Sehrt, E., et T. Starck, Notkers deutsche Werke 2: Martianus Capella de nuptiis Mercurii et Philologiae, Halle 1935
Lutz, C., Johannis Scotti annotationes in Marcianum, Cambridge, Mass. 1939
Wittkower, R., Grammatica from Martianus Capella to Hogarth, Journal of the Warburg Institute 2, 1938–1939, 82–84
von Ehrhardt, R., Cosmology in the Annotationes in Marcianum, Baltimore 1940
Rand, E., How much of the Annotationes in Marcianum is the work of John the Scot?, Transactions and Proceedings of the American Philological Association 71, 1940, 503 et 508–510
Labowsky, L., A new version of Scotus Eriugena's commentary on Martianus Capella, Mediaeval and Renaissance Studies 1, 1941–1943, 187–194 [de libro manu scripto Bodl. Auct. T. II 19]
Lutz, C., Dunchad Glossae in Martianum, Lancaster, Pa. 1944
d'Alverny, M.-T., La sagesse et ses sept filles: Recherches sur les allégories de la philosophie et des arts libéraux du IX[me] au XII[me] siècle, Mélanges dédiés à la mémoire de Félix Grat, I, Paris 1946, 245–278
Boutémy, A., Une version médiévale inconnue de la légende d'Orphée, Collection Latomus 2 (Hommages à J. Bidez et F. Cumont), Bruxelles 1949, 43–70
Nuchelmans, G., Studien über *φιλόλογος*, *φιλολογία* und *φιλολογεῖν*, Zwolle 1950
Bischoff, B., Das griechische Element in der abendländischen Bildung des Mittelalters, Byzantinische Zeitschrift 44, 1951, 40–47
Dolch, A., Notker-Studien I–III, Borna–Leipzig 1951–1952, T. 3: Stil- und Quellenprobleme zu Notkers Boethius und Martianus Capella
Silvestre, H., Le commentaire inédit de Jean Scot Erigène au mètre IX du livre III du De consolatione philosophiae de Boèce, Revue d'histoire ecclésiastique 47, 1952, 44–122
Willis, J., The letters M and G in the mss. of Remigius of Auxerre, Athenaeum 30, 1952, 196–197
–, Martianus Capella and his early commentators [diss. dactylogr.], London 1952
Préaux, J., Le commentaire de Martin de Laon sur l'œuvre de Martianus Capella, Latomus 12, 1953, 437–459
Huygens, R., Remigiana, Aevum 28, 1954, 330–342
Leonardi, C., Nota introduttiva per un'indagine sulla fortuna di Marziano Capella nel medioevo, Bull. Istit. storico Italiano per il Medio Evo e Archivio Muratoriano 67, 1955, 269
Lutz, C., The use of the letters M and G in certain manuscripts of Remigius, Athenaeum n. s. 33, 1955, 343s.
–, Remigius' ideas on the classification of the seven arts, Traditio 12, 1956, 65–86
–, Remigius' ideas on the origins of the seven liberal arts, Mediaevalia et Humanistica 10, 1956, 221–228
Laistner, M., Thought and Letters in Western Europe A. D. 500–900, ed. 2, Ithaca, N. Y. 1957
Lutz, C., The commentary of Remigius of Auxerre on Martianus Capella, Medieval Studies 19, 1957, 137–156
Nuchelmans, G., Philologie et son mariage avec Mercure jusqu'à la fin du XII[e] siècle, Latomus 16, 1957, 84–107
Bischoff, B., Eine verschollene Einteilung der Wissenschaften, Archives d'histoire doctrinale et littéraire du moyen âge 25, 1958, 5–20

Fontaine, J., Isidore de Séville et la culture classique de l'Espagne visigothique, 2 vol., Paris 1959 [pp. 373–381 de libro *De numeris* et de Martiano fonte eius]
Koch, J. (ed.), Artes liberales. Von der antiken Bildung zu den Wissenschaften des Mittelalters, Leiden–Köln 1959
Leonardi, C., Raterio e Marziano Capella, Italia medioevale e umanistica 2, 1959, 73–102
Stahl, W., Dominant traditions in early medieval Latin science, Isis 50, 1959, 95–124
Liebeschütz, H., Zur Geschichte der Erklärung des Martianus Capella bei Eriugena, Philologus 104, 1960, 127–137
Mathon, G., Jean Scot Erigène, Chalcidius et le problème de l'âme universelle. A propos des Annotationes in Marcianum 7, 10, L'homme et son destin d'après les penseurs du moyen âge, Louvain–Paris 1960, 361–375
Dreyer, J., Mediaeval Astronomy, Towards Modern Science, edited by R. M. Patter, vol. 1, New York 1961, 235–256
Jeudi, C., L'enseignement grammaticale de Remi d'Auxerre [diss. dactylogr.], Ecole nat. des chartes, Paris 1961
Leonardi, C., Nuove voci poetiche tra secolo IX e XI, Studi medievali, ser. 3, 2, 1961, 139–168
Lutz, C., Remigii Autissiodorensis Commentum in Martianum Capellam, 2 vol., Lugduni Bat. 1962 [v. Huygens, Latomus 22, 1968, 866–870; Colker, Speculum 39, 1964, 719–721]
Riché, P., Education et culture dans l'Occident barbare, VIe–VIIIe siècles, Paris 1962
Ciaffi, V., Fulgenzio e Patronio, Torino 1963 [pp. 75–80 de Mart. Cap.]
Pennisi, G., Fulgenzio e la 'Expositio sermonum antiquorum', Firenze 1963 [de Mart. Cap. pp. 19–27 et passim]
d'Alverny, M.-T., Les Muses et les sphères célestes, Studies in honour of Berthold Ullman, Roma 1964, vol. 2, 13–19
Jeauneau, E., Notes sur l'école de Chartres, Studi medievali 5, 1964 [p. 113 de quadam mappa mundi quae fertur opus Martiani]
Langlois, P., Les œuvres de Fulgence le Mythographe et le problème des deux Fulgences, Jahrbuch für Antike und Christentum 7, 1964, 94–105
Quadri, R., Un frammento milanese del 'Tractatus de dedicatione templi' attribuito a Remigio di Auxerre, Italia medioevale e umanistica 8, 1965, 312–322
Courcelle, P., Les sources antiques du prologue d'Alcuin sur les disciplines, Philologus 110, 1966, 293–305
Bataillon, L.-J., Bulletin d'histoire des études mediévales, Revue des sciences philosophiques et théologiques 51, 1967, 62–80
Courcelle, P., La Consolation de Philosophie dans la tradition littéraire. Antécédents et postérité de Boèce, Paris 1967
Liebeschütz, H., apud The Cambridge History of Later Greek and Early Mediaeval Philosophy, Cambridge 1967, 576–578 (de Iohanne Scotto et Martiano)
Ferrarino, P., La prima e l'unica. Reductio omnium artium ad philologiam. Il De nuptiis Philologiae et Mercurii di Marziano Capella e l'apoteosi della filologia, Italia medioevale e umanistica 12, 1969, 1–7
Mathon, G., Les formes et la signification de la pédagogie des arts libéraux au milieu du IXe siècle. L'enseignement palatin de Jean Scot Erigène, Arts libéraux et philosophie au moyen âge. Actes du 4me Congrès international de philosophie médiévale, Montréal–Paris 1969, 47–64
Bernardi Perini, G., La Philologia del Petrarca, Seneca e Marziano Capella, Atti e memorie dell'accademia Patavina 83, 1970–1971, 3, 147–169
Lutz, C., A Diamond and a Dürer in Dubravius' Commentary on Martianus Capella, Yale University Library Gazette 46, 1971, 89–96

Contreni, J., A propos de quelques mss. de l'école de Laon, Le moyen âge 78, 1972, 5–39 [de comm. Martini Laudunensis in Mart. Cap.]
Klopsch, P., et E. Walter, Das Gedicht von der Hochzeit Merkurs und der Philologie, Mittellateinisches Jahrbuch 8, 1973, 142–151
Liebeschütz, H., The Place of the Martianus Glossae in the Development of Eriugena's Thought, The Mind of Eriugena. Papers of a Colloquium ... Dublin 1973, 49–58
Schrimpf, G., Zur Frage der Authentizität unserer Texte von Johannes Scottus' Annotationes in Martianum, The Mind of Eriugena [ut supra], Dublin 1973, 125–139
Lutz, C., Aesticampius' Commentary on the De grammatica of Martianus Capella, Renaissance Quarterly 26, 1973, 157–166
Dronke, P., William of Conches' Commentary on Martianus Capella, Mélanges offerts a E. R. Labande, Poitiers 1974, 223–235
Giacone, R., Arti liberali e classificazione delle scienze, Aevum 48, 1974, 58–72
Disertori, B., Il De nuptiis Philologiae et Mercurii di Marziano Capella, Il Pitagorismo nella Divina Commedia. Atti dell'accademia Roveretana degli Agiali, Classe di Scienze umane, lett. ed arti, 6. ser., 14–15, 1974–1975 [typis vero impressum 1977], 67–92
Ferrarino, P., Il Marziano Capella dell'Accademia patavina e Copernico, Atti e memorie dell'accademia Patavina 87, 1974–1975, 3, 381–383
Jeauneau, E., L'héritage de la philosophie antique durant le haut moyen âge, La cultura antica nell'Occidente latino del VII. all' XI. secolo, Spoleto 1975, 15–74
Préaux, J., Securus Melior Felix, l'ultime orator urbis Romae, Miscellanea E. Dekkers, Bruges 1975, 2, 101–121
Leonardi, C., Glosse eriugeniane a Marziano Capella in un codice Leidense, Jean Scot Erigène et l'histoire de la philosophie, C. N. R. S. 1977, 171–182

CONSPECTVS TOTIVS OPERIS

I 1–2 Martianus pater pollicetur se fabellam, quam sibi Satura dictaverit, filio relaturum. ea fabula huiusmodi est: 3–5 Mercurio uxor quaeritur. 6–20 comitante Virtute Apollinem consultum it Mercurius. 21–25 cum gaudio discunt Mercurius Virtusque Philologiam eis nuptiis idoneam esse. 26–40 de nuptiis consulti assentiunt Iuppiter Iunoque, sed suadente Pallade deorum concilium convocant. 41–90 forma et habitus diversorum numinum a Martiano describitur. 91–97 Iovi ut Mercurius Philologiam in uxorem ducat suadenti certatim assentiunt ceteri dei; inde proprias sedes repetunt.

II 98–109 arithmetica computatione probat Philologia nomen suum cum Mercurii nomine congruere (nam *Φιλολογία* = 724, *Θώνθ* = 1218, quorum numerorum prior = 80 × 9 + 4, alter = 135 × 9 + 3; 4 autem et 3 ambo perfecti sunt et simul sumpti septenarium faciunt, ipsum quoque perfectum). 110–116 ornatur Philologia in caelum ascensura. 117–126 Musae eam comitantes variis carminibus laudant. 127–133 Virtutes quoque et Gratiae eam comitantur. 134–141 terrestrem eruditionem evomit Philologia, Athanasiae poculo exhausto. 142–199 per planetarum orbes ascendit Philologia simulque deos in singulis habitantes veneratur. 200–220 in deorum senatum pervenit virgo, ubi Mercurius ancillas ex famulitio suo ei donat.

III 221–228 introducitur Grammatice, quae artem suam exponit 229–326: 229 de nomine Grammaticae; 230–231 de eius officio et partibus; 232–261 de litteris; 262–278 de syllabis; 279–288 de partibus orationis; 289–308 de nominum declinatione; 309–324 de verborum coniugatione; 325 de anomalis; sed 326 eam tacere iubet Minerva, ne taedio afficiantur dei.

IV 327–334 introducitur Dialectica, quae doctrinam suam exponit 335–422: 335–343 de nomine et partibus Dialecticae; 344 de genere; 345 de formis; 346 de differentia; 347–349 de accidente, de proprio, de definitione; 351–354 de partibus, de divisione, de partitione; 355–360 de rerum nominibus, i. e. aequivocis, univocis, plurivocis, propriis, alienis; 361–366 de substantia; 367–370 de qualitate; 371–373 de quantitate; 374–379 de relativo; 380–383 de reliquis praedicamentis; 384–387 de oppositis; 388–395 quomodo ex nomine et verbo fiat proloquium; 396–403 de proloquiis universalibus, particularibus, affirmativis, negativis; 404–422 de syllogismo eiusque generibus, figuris, modis. tandem 423–424 longius progredi Dialecticam vetat Minerva.

V 425 intrat Rhetorica, cuius forma et habitus describitur 426–435, materia sic distributa: 436–438 de nomine et natura Rhetoricae; 439–440 de officio et materia eius; 441 de quaestione finita et infinita; 442–543 de partibus officii Rhetoricae, quae sic tractantur: 443–505 de inventione; 506–507 de dispositione; 508–537 de elocutione; 538–539 de memoria; 540–543 de pronuntiatione. sequuntur 544–565 de partibus orationis, i. e. de exordio, de narratione, de propositione, de partitione, de argumentatione, de quaestionum generibus, de epilogo. denique 565 Rhetoricae innuit Mercurius ut finem disputationi suae faciat.

VI 566–578 dialogus habetur inter Martianum et Saturam, deinde introducitur Geometria, cuius habitus describitur 579–586. doctrinam suam exponit Geometria 587–703 hoc ordine: 587–589 de nomine et officio Geometriae; 590–601 de forma

et positione terrae; 602 – 608 de quinque zonis; 609 – 621 de magnitudine et ambitu terrae; 622 – 626 de divisione terrae; 627 – 649 de primo sinu Europae, i. e. de Hispania, de Gallia Narbonensi, de Italia, de insulis; 650 de secundo sinu; 651 – 660 de tertio sinu, i. e. ab Acroceraunis montibus ad Hellespontum; 661 – 664 de quarto sinu, i. e. ab Hellesponto ad Maeotim lacum; 665 – 666 de extremitatibus Europae; 667 – 674 de Africa; 675 – 702 de Asia; 703 de mensura Europae, Asiae, Africae, sed 704 conqueritur Venus nimis longam esse hanc orationem, unde 705 iubetur Geometria cetera celerius perstringere; loquitur igitur 706 – 707 de ratione quae inter Geometriam et Arithmeticam intersit; 708 – 720 de planis figuris; 721 – 722 de solidis figuris; denique 724 Euclidis libros Iovi offert, ne diutius ipsa disserat.

VII 725 – 727 Voluptati ut nuptiae festinentur petenti respondet Mercurius brevi tempore ceteras disciplinas confici posse. 728 intrat Arithmetica, cuius habitus breviter describitur; dein 730 – 802 artem suam hoc ordine exponit: 730 de natura Arithmeticae; 731 de monade, 732 de dyade, 733 de triade, 734 de tetrade, 735 de pentade, 736 – 737 de hexade, 738 – 739 de heptade, 740 de octade, 741 de enneade, 742 de decade; 743 – 747 de natura et divisione numerorum; 748 – 749 de paribus et imparibus; 750 – 752 de compositis et incompositis; 753 de perfectis, imperfectis, plusquamperfectis; 754 – 756 de numeris planis et solidis; 757 – 767 de rationibus quae inter duos numeros esse possint; 768 – 771 item de paribus atque imparibus; 772 – 775 item de incompositis; 776 – 801 de compositis, de communi compositorum mensura, de proportione; 802 sua sponte finem orationi imponit Arithmetica.

VIII 803 – 809 Silenum a Cupidine e somno excitatum irrident superi; Martianum aspere reprehendit Satura quod ludicra seriis immiscuerit. 810 – 811 Astronomiae ingressus et habitus describitur. 812 – 887 artem suam exponit Astronomia: 812 – 813 de divina Astronomiae natura; 814 – 816 de mundi constitutione; 817 – 826 de caelestibus circulis, dein fusius de singulis: 827 – 831 de quinque parallelis, 832 – 833 de duobus coluris, 834 – 835 de obliquis; 837 de spatiis, quae inter parallelos intercedant; 838 – 840 de signis triginta quinque; 841 – 843 de synanatolis; 844 – 845 de diversitate temporum, quibus signa oriantur et mergantur; 846 – 849 de inaequalitate dierum et noctium; 850 – 857 de planetarum motibus; 858 – 861 de magnitudine circulorum, quibus planetae moveantur; 862 – 871 de motu et defectu Lunae; 872 – 878 de Solis motu et defectu; 879 – 887 de ceteris planetis. (huius libri finis desideratur)

IX 888 – 900 iterum stomachante Venere disquiritur inter deos, quae adhuc disciplinae audiendae sint; reiciuntur Medicina atque Architectonica, differuntur artes divinatrices quasi postea ab ipsa Philologia examinandae, ut sola iam Harmonia audienda sit. 901 – 903 cantat Hymenaeus, dum Harmonia expectatur. 904 – 910 intrat Harmonia magno sane apparatu, comitantibus multis deis, semideis, heroibus, poetis. 911 – 920 curioso carmine salutat Harmonia deos laudatque quod et ipsi carminibus faveant, deinde 921 – 995 artem suam exponit hoc ordine: 921 – 929 de natura et affectibus musicae, cui et homines et bruta et inanima oboediant; 930 – 966 de melicis. quibus continentur 930 – 932 de tonis, 933 – 934 de symphoniis, 935 de tropis, 936 de divisione musicae, 937 de voce; 938 – 966 de septem partibus harmoniae, i. e. de sonis (938 – 947), de spatiis vel diastematis (948 – 953), de systematis (954), de modulandi generibus (955 – 959), de tonis (960 – 963, in quibus de tetrachordo et pentachordo), de transitu vel commutatione vocis (964), de modulatione (965 – 966); 967 – 995 de rhythmicis, quae item in partes septem dividuntur i. e. de tempore (971), de divisione temporum (972 – 973), de pedibus (974 – 976), de rhythmicis generibus (977 – 993, ubi lacunam statuerunt viri docti, nam nihil omnino dicitur de agoge rhythmica, item nihil de conversionibus sicuti promissum erat).

996 expleto docendi munere Harmonia cantans in Philologiae thalamum pervenit. 997 – 1000 Martiano filio valedicit Martianus pater.

CONSPECTVS SIGLORVM

A	Harleianus 2685
B	Bambergensis Msc. class. 39
C	Parisinus 8669
D	Parisinus 8670
E	Vesontionensis bibl. munic. 594
F	Bodleianus Laud. lat. 118
G	Bruxellensis bibl. reg. 9565–9566
L	Leidensis bibl. univ. 87
M	Parisinus 8671
P	Petropolitanus seu Leninopolitanus publ. bibl. class. lat. F. V. 10
R	Reichenauensis 73
V	Leidensis Voss. lat. F. 48

$\mathbf{A}^1$	primae manus lectio in A
$\mathbf{A}^2$	alterius manus lectio in A
$\mathbf{A}^3$	tertiae manus lectio in A
$\mathbf{A}^m$	lectio in margine libri A ascripta
$\mathbf{A}^v$	varia lectio in A
$\mathbf{A}^g$	glossa in A

d.	deficit (codex, qui legi non potest)
n. f.	ni fallor

In apparatu critico laudantur hi viri docti:

Bentl(ey) 1817, 1881, Deiters 1881, Dick 1925, Eyss(enhardt) 1866, Grot(ius) 1599, Haupt ap. Eyssenhardt, Heins(ius) 1652, 1664, Hercher ap. Eyssenhardt, Jürgensen 1874, Kopp 1836, Meib(omius) 1652, Morelli 1909, Petersen 1871, Salm(asius) 1777, Scaliger, Schoell 1876, Stange 1882, Vonck(ius) 1744, Willis *AMC* 1968, *DMCE* 1971, *Mart(ianea) IV–VII* 1974, 1975, 1977, 1980

MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE

DE NVPTIIS PHILOLOGIAE ET MERCVRII

LIBER I

Tu quem psallentem thalamis, quem matre Camena 1
progenitum perhibent, copula sacra deum,
semina qui arcanis stringens pugnantia vinclis
complexuque sacro dissona nexa foves,
namque elementa ligas vicibus mundumque maritas
atque auram mentis corporibus socias,
foedere complacito sub quo natura iugatur,
sexus concilians et sub amore fidem;
o Hymenaee decens, Cypridis quae maxima cura es
(hinc tibi nam flagrans ore Cupido micat),
seu tibi quod Bacchus pater est placuisse choreas,
cantare ad thalamos seu genetricis habes,

8 *Boeth. cons. 3, carm. 9, 10* tu numeris elementa ligas || 12 *Verg. Aen. 1, 678* mea maxima cura; *georg. 4, 354* tua maxima cura || 14 *Ov. fast. 5, 345* Baccho placuisse coronam

[**ABDMR CEFV GL**] 1 MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIBER INCIPIT **A** *superscriptio nulla in* **B** LIBER PRIMVS PHILOLOGIAE DE NVPTIIS **D** INCIPIT LIBER FELICIS CAPELLAE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE ET MERCVRII **M** *periit pars superior paginae in* **R** MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE AFRI CARTAGINIENSIS SATIRICON LIBRI VIIII DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIBRI DVO DE ARTE GRAM. LIB. I. DE DIALECTICA I. DE RETHOR. I. DE GEOMET. I. DE ARITHM. I. DE ASTROLOG. I. DE ARMONIA I. LIBER PRIMVS INCIPIT **C** MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE AFRI CARTAGINIENSIS DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIBER PRIMVS INCIPIT **EFV** (*sed* MINEI *omiserat* E[1]) MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE AFRI CARTAGINIENSIS LIBER PRIMVS INCIPIT DE NVPTIIS PHILOLOGIAE **G** MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIBER PRIMVS INCIPIT **L** *videlicet nulla fuit superscriptio in archetypo* || 4 pallentem **B**[1] (*d.* **R**) || 5 copula] per copula **EF**[2] (*d.* **R**) || 7 complexusque **A**[1] complexu **G** (*d.* **R**) || 10 iungatur **M**[1] || 12 quae **A**[1] **D**[1] **R** *et fort.* **B**[1] qui *cett.* || 14 seu *deperiit lacerato folio in* **B** || 15 canthare **B**[1] **D**[1] **RL**[1]

comere vernificis florentia limina sertis
  seu consanguineo Gratia trina dedit:
conubium divum componens Calliopea
  carminis auspicio te probat annuere.

2 Dum crebrius istos Hymenaei versiculos nescioquid inopinum intactumque moliens cano, respersum capillis albicantibus verticem incrementisque lustralibus decuriatum nugulas ineptas aggarrire non perferens Martianus intervenit dicens 'quid istud, mi pater, quod nondum vulgata materie cantare deproperas et ritu nictantis antistitis, priusquam fores aditumque reseraris, *ὑμνολογεῖς*? quin potius edoce quid apportes, et quorsum praedicta sonuerint revelato.' 'ne tu' inquam 'desipis admodumque perspicui operis *ἐγέρσιμον* ⟨non⟩ noscens creperum sapis, nec liquet Hymenaeo praelibante disposita nuptias resultare. si vero concepta cuius scaturriginis vena profluxerint properus scrutator inquiris, fabellam tibi, quam Satura comminiscens hiemali pervigilio marcescentes mecum lucernas edocuit, ni prolixitas perculerit, explicabo.

3 Cum inter deos fierent sacra coniugia procreationis undique numerosae, liberique praeclues ac nepotum dulcium aetheria multitudo et inter se quodam caelicolarum complexu ac foedere potirentur, praesertimque potissimos conubialis bearet adiectio, idque diditum mundo loquax triviatim dissultaret humanitas, poetaeque praecipue Oeagrium citharistam secuti caecutientisque Maeonii suaviloquam senectutem epica vulgo lyricaque pagina consonarent nec aliquid dulcius Iovi inter aetherias

1 *Verg. Aen. 4, 202* variis florentia limina sertis || 8 *Apul. met. 1, 6* mi Socrates, quid istud? || 11 *ibid.* Aristomene, inquit, ne tu . . . ignoras || 12 *locum imitatur Fulg. myth. p. 3, 16 Helm; ibid. p. 13, 21* marcentia lumina *et p. 86, 7* creperum aliquid desipere

[**ABDMR CEFV GL**] 1 commere **A**^{1}]ere *laeso folio* **B** || 3 calleopea **C** callopea **G**^{1} caliopea **G**^{2} || 6 albicandibus **R**^{1} || 7 ineptas **A**^{2}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{2}**GL** *legi nequit* **E** ineptias *cett.* (nugulas ineptias *mavult Préaux, Rev. ét. lat. 35, 1961, 225 ss.*) | aggarrirem **B**^{1} agarrirem **D**^{1}**M**^{1}**R**^{1} agarrire **L**^{1} || 9 materiae **A**^{1}**MVL**^{1} materia **A**^{2} | ritum **D**^{1}**R** | antistatis *n. f.* **B**^{1} antestitis **R**^{1} antistis **L**^{1} || 10 adytumque *Grotius parum considerate* | reserares **AC**^{1} | *ὑμνολογεῖς Kopp* ΤΥΜΝΟΛΟΓΕΝΕΙϹ **A** Γ̣ΥΜΝΟΛΟΓΕ̣ΥΕΙϹ **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} Γ̣ΥΜΝΟΛΟΓΥϹϹΕΙϹ **R**^{v} ΓΥΜΝΟΛ̣ΟΥΓϹΕΙϹ **B**^{2}**D**^{2}**MCFVG** ΓΥΜΝΩΛΩΓΙΕΥϹ **L** | ad postes *n. f.* **L**^{1} || 11 quursum **R**^{1} | sonuerunt **C**^{1} || 12 perspicui] pesqui **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | *ἐγέρσιμον coni. Grot. coll. § 911* et epymion **A**^{1} epymion **A**^{2} ΕΓΕΡΙΜΙΟΝ **BDMRCFV** ΕΤΕΡΥΜΙΟΝ **G** egerimion **L** | ⟨non⟩ *addidi Mnemosyne* 33, *1978*, 163 || 14 scaturriginis **B**^{2}**MC**^{2}**L** caturrices **A**^{1}**B**^{1}**R**^{1} caturriginis **A**^{2} scat *dein 7 litterae illegibiles* **D** scaturiginis *cett.* | properos **R**^{1} || 15 satura **A**^{1}**M**^{1} satora **R**^{1} satira **R**^{2}**F** satyra *cett.* | maciscentes **A**^{1}**R**^{1} marescentes *n. f.* **B**^{1} || 17 procreationes **M**^{1}**R**^{v} || 18 praeclu/e/s **B** praecluens **D** prae[**R** || 19 caelicolarum *delebat Eyss.* || 20 diditum *Grot.* deditum *libri* || 21 praecipui **R**^{2} | Oeagrium *Grot.* euagrium **B**^{2}**G** *et fort.* **A**^{1} eyagarium **M**^{1} eyagrium *cett.* || 22 maeonae **A**^{1}**R**^{1} maeoni **B**^{1} || 23 ricaque **M**^{1} libricaque **L**^{1} (*d.* **R**)

voluptates una coniuge loquerentur, hisque accederet promptior fides,
quae suadente aruspicio grandaevos pontifices in testimonium convocat,
cum quid Iuppiter hominum votis trepida curarum ambage suspensis
multa implacabilis hostia denegaret, exorata eius matrona provenire, et
quicquid ille exprompta sententia, Parcarum pugillo asservante, dicta-
verit, delenitum suadae coniugis amplexibus iussuque removere; nec so- 4
lum superum regem attestabatur uxorium, idque etiam Diti propositum,
idque Portuno, certumque esse Gradivum Nerienis Neriae coniugis amore
torreri (Aesculapio quoque non dispar affectio) similique persuasione
transduci Ope coniuga Cybeleque permulsa maestissimum seniorem de-
orum (Ianusque †Argionam utraque miratur effigie); iam reginam tan-
tum marito dependisse Memphiticam, ut obsita luctu perpetuo numquam
eum contenta sit invenire.

Hac igitur fama hisque deorum alternis amoribus motus concitusque 5
Cyllenius, simulque quod cunctorum affectiones et thalamos, dum paret
pluribus, conspicatur, uxorem ducere instituit. in quam sententiam ma-
ter illum anxia, cum annua peragratione zodiaca eam in Pliadum nume-
ro salutaret, impulerat, praesertimque quod palaestra crebrisque discur-
sibus exercitum corpus lacertosis in iuvenalis roboris excellentiam toris
virili quadam amplitudine renidebat, ac iam pubentes genae seminudum
eum incedere chlamidaque indutum parva, invelatum cetera, umerorum
cacumen obnubere sine magno risu Cypridis non sinebant. rationabili
igitur proposito constituit pellere caelibatum.

12 *Ov. met. 9, 693* numquamque satis quaesitus Osiris; *Min. Fel. 22, 1; Aug. civ. 6, 10* || 18 *Apul. met. 6, 1* Psyche variis iactabatur discursibus || 23 *locum laudat Fulg. serm. ant. 45*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 coniuge] cum coniuge **AC^1EFV** cumiuge **L** | loquentur **R^1** || 4 eius] ei **C^1V** (*d.* **R**) || 5 quiquid **M** (*d.* **R**) | aservante **A^1 B^1** (*d.* **R**) || 6 delinitum **B^2** (*d.* **R**) || 7 uxorium idque] uxorividue **A^1** || 8 portunum *n. f.* **M^1** | esset **D** (*d.* **R**) | graduum **A^1** (*d.* **R**) | neriae **G^1** nerinerinae **$B^1D^1R^1$** *om.* **C^1EF^1V** nerinae *cett.* || 10 coniuge **V^1G** Consivia *Grot.* | cybebe **M^1** cybebeque **M^2** cybelaque **V** | permulsum *Grot., sed cf.* exorata *v. 4* || 11 arginionam **C^1** Angeronam *vel* Ageroniam *Grot.* Carnam *Preller Röm. Relig. 163 n. 3 mendum tollere non potui* | iam *Vonck. 78* nam *libri* | *post* reginam *add.* lacrimas *Kopp ex Norimbergensi* | *post* tantum *add.* dicunt *ed. pr.* || 12 memppliticam **A** memplicatam **R^1** | lucto **M^1** || 12. 13 numquam eum non tenta sit invenire *Vonck.* nusquam eum non temptaverit invenire *olim volui Helikon 6, 1966, 229* || 14 motus *om.* **$C^1E^1F^1V^1$** || 17 zodiaca eam *Kopp* zodiacteam **R^1** zodiactea *cett.* || 18 crebrique **M^1** crebris **C^1EF^1V** || 19 iuvenilis **$M^2F^2L^2$** | excelentiam **E** || 20 renitebat **A** | ac iam] aciem **A^1 R^1** || 21 chlamidaque indutum *om.* **$C^1E^1F^1V^1$** | clamidaque **$A^1B^1D^1$RE^2** clamidemque **M^2** clamideque *cett.* | parvam **M^2** | invellatum **L^1** | per cetera **F^3L** || 23 pellicere **R** | caelibatam **R^1** caelibatu **E**

6 Itaque pro illustri ea dignitate, quam conveniret accipere, cunctamento longae deliberationis alternat. nam Sophian ipse miro quidem cupiebat ardore, quod prudens sanctaque sit intemeratiorque cunctis pulchriorque virginibus, sed quod sororis eius collactea et indiscreto amica foedere videretur perindeque ad innubas ipsa quoque transisse, eam in Palladis iniuriam non placuit coaptari. non dispar illum formae desiderabilis grataque luculentas in Manticen quoque succenderat; nam et nobilitas generis illam (quippe Pronoeae maior est filiarum) et praevidum perspicacis prudentiae commendabat ingenium. sed ipsis diebus forte immensi amo-
7 ris impatientia ultro iuvenem consecuta Apollini fuerat copulata. voluit saltem Entelechiae ac Solis filiam postulare, quod speciosa quam maxime magnaque deorum sit educata cura; nam ipsi Ψυχῇ natali die dii ad convivium corrogati multa contulerant. Iuppiter quippe diadema, quod Aeternitati, filiae honoratiori, detraxerat, capiti eius apposuit. Iuno quoque ex purgatioris auri splendente vena addiderat crinibus sociale vinclum. Tritonia etiam interula resoluta ricinio strophioque flammarum instar e cocco atque ipso sacri pectoris ac prudentis amiculo virginem virgo contexit. Delius quoque, ut ramale laureum gestitat, divinatrice eadem coniecturalique virga volucres illi ac fulgorum iactus atque ipsius meatus caeli siderumque monstrabat. Vranie autem praenitens speculum, quod inter donaria eius adytis Sophia defixerat, quo se renoscens etiam originem vellet exquirere, clementi benignitate largita. Lemnius quoque faber illi insopibilis perennitatis igniculos, ne caligantibus tenebris nocteque caeca opprimeretur, incendit. omnes vero illecebras circa sensus

§ 7 alludit ad fabulam de Psyche fictam Apul. met. 4,28–6,24, cf. et Fulg. myth. 3,6; Mythogr. 1,231 || 17 *Apul. met. 8,27* deamque ... amiculo contectam || 20 *Verg. Aen. 6, 849* caelique meatus

[**ABDMR CEFV GL**] 1 illustri ea *Vonck. 78* industriae *libri* | cunctamento *Grot.* cunctas merito **M** cuncta merito *cett.* || 2 sophian **AD** sophia *n. f.* **C** sophiam *cett.* | ipse] ipse quoque **EFV**^{1} || 4 collactea $A^2B^2D^2M^2RC^2F^2GL^2$ collactio B^1 collactanea B^3 collactia $A^1D^1M^1C^1EF^1VL^1$ || 6 cooptari B^1DR^2 | grata D^2M^2 || 7 maticen A^1 || 8 pronoeae AB^1RC^1EFV pronoeaes B^2D^1M pronoes D^2C^2 prono/ae **G** pronoae// **L** | maior est] maiorem F^2 | praevidum $A^1B^1D^1R^1CV^2L$ providum *cett.* || 9 immensis L^1 | amaris L^1 || 10 impatientia] impotentia *fort. legendum* | apolloni C^1V || 11 endelichiae *libri* | postolare M^1 || 12 magnaquo L^1 | Ψυχῇ *ed. pr.* ΥΥΧΗ **A** ΨΥΧЄ F^1 ΨΙΧΗ **L** ΨΥΧΗ *cett.* || 14 aeternitate EL^1 || 15 purgatoris M^1F purgationis L^1 (*d.* **R**) | vena] lana M^1 lamina M^2 | socile B^1 sociare **D** (*d.* **R**) || 16 vinculum **A** (*d.* **R**) | interulo M^1R^2 | resoluta $AB^1DM^1R^1$ resolo F^1 resoluto *cett.* || 17 cocco $B^2R^2C^2EF^2L$ coco *cett.* | *post* pectoris *add.* sui L^2 | ac] a C^1V || 18 fulgurum B^2C^2L || 20 monstrabatur **A** (*d.* **R**) | Vranie **D** *et coniecerat Grot.* Vnie **C** aniae *vel* anie *cett.* (*d.* **R**) || 21 adytis A^1FV additis **E** aditis *cett.* (*d.* **R**) || 22 *post* largita *add.* est $A^2C^gL^g$ || 23 insobibilis **A** insopibiles D^2G insopobilis **R** insopilis E^1 || 24 accendit L^v | illeclebras *n. f.* M^1 ille crebras **E** (*d.* **R**)

cunctos apposuit Aphrodite; nam et unguentis oblitam floribusque redimitam halatu pasci foverique docuerat et melle permulserat et auro et monilibus inhiare membraque vinciri honorationis celsae affectatione persuaserat. tunc crepitacula tinnitusque, quis infanti somnum duceret, adhibebat quiescenti. praeterea ne ullum tempus sine illecebra oblectamentisque decurreret, pruritui subscalpentem circa ima corporis apposuerat voluptatem. sed vehiculum ei ac volatiles rotas, quis mira posset celeritate discurrere, tradiderat ipse Cyllenius, licet eam auri compedibus illigatam Memoria praegravarit. his igitur Ψυχὴν opimam superis ditemque muneribus atque multa caelestium collatione decoratam in conubium Arcas superiorum cassus optabat. sed eam Virtus, ut adhaerebat forte Cyllenio, paene lacrimans nuntiavit impotentia pharetrati volitantisque superi de sua societate correptam captivamque adamantinis nexibus a Cupidine detineri.

Super his igitur virginum thalamis dum eum deliberatae sortis blandi- 8
menta frustrantur, nec facile quaepiam praeterea, quae congrua paritate
Tonantis nurus deligeretur, occurrit, amplius deliberandum suggerit
Virtus, neque eum sine Apollinis consilio quicquam debere decernere aut
fas ab eius congressibus aberrare, cum zodiaca eum hospitia praemetan-
tem numquam abesse menstrua praecursione permitteret. igitur consti-
tutum ubicumque locorum frater esset adiretur. ac tunc volatilem vir- 9
gam, uti secum mundi penita permeare aetheriosque recessus irrumpere
parili celeritate posset, Virtuti de more permittit; ipse pedibus talaria
nectit aurea, et nunc in fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur

1 *Cic. p. red. in sen. 12* unguentis oblitus || 7.8 *Apul. met. 3, 2* mira celeritate

[ABDMR CEFV GL] 1 cunctas **D**^{1} cunctus **R**^{1} | ungentis **B**^{2}**MCEV** || 2 *post* permulserat *add.* ad gustum **EF**^{1}**V** || 2–3 et auro . . . persuaserat *om.* **C**^{1} || 2 aurum **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**EF**^{1} || 3 munilibus **AMC**^{m}**EVL**^{1} | honoratioribus **D**^{2}**M**^{2} honorationibus **M**^{1} | celsa **D**^{2}**M** | affectationi **A** afectatione **B**^{1} affectione **R**^{1}**E** || 4 somnum *om.* **L**^{1} somnium **MC**^{1}**L**^{m} | induceret **R**^{2} || 5 ille crebra **V**^{1} | obletamentisque **F** || 6 decurret **D**^{1} discurreret **R**^{1} | pluritui **AR**^{1} puritui **C**^{1} prituì **L**^{1} || 7 veiculum **D**^{1}**MRL**^{1}**C**^{1} | quas **AR**^{1} | possit **R** || 9 praegravaret **AR**^{1} | ditatamque **R**^{2}**G** || 10 multa *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | collocatione **B**^{1}**R**^{1} || 11 cassus **A**^{2}**B D**^{1}**MR**^{2}**G**^{2}**L** casus **A**^{1}**D**^{2}**R**^{1}**CF**^{2}**G**^{1} cassus vel casus **E** casus vel casus **V**^{1} casus vel cassus **F**^{1}**V**^{2} || 12 impotentia *scripsi* in potentiam **ADMRL** in potentia **BCEFVG** | feretrati **A** faretrari **R**^{1} faretrarii **R**^{2} faretratri *n. f.* **C**^{1} | voluntatisque **L**^{1} || 13 super **A**^{1} || 13.14 a Cupidine *commode abessent* || 14 cupidene **C**^{1} || 15 deliberatae] de libertate **A**^{1} liberatae **L**^{1} || 16 frustantur **DMC**^{1}**EF**^{1}**V** | quempiam **AR**^{1} | praeterea **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**RG** praeter eas **M** praeter eam *cett.* | parilitate **M**^{2}**RG** || 17 diligeretur **AM** delegeretur **B**^{1}**D** || 18 apollinus **M**^{1} appollinis **R** | aut] haud **B**^{2} || 19 zodica **AR**^{1} zodia **F**^{1} | praemetatantem **A** || 20 monstrua **A**^{1} | percussione **L**^{1} | permittit *n. f.* **A**^{1} || 21 locorum *om.* **C**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} locarum **AR**^{1} || 22 recessos **R**^{1} || 23 de morte **A**^{1}**R**^{1} demere **D**^{1} *et coni. Grot. contra rhythmum* || 24 quibus *om.* **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1} quis **F**

ambagibus aut denuntiata pecudum caede fissiculatis extorum prosiciis viscera loquebantur, ⟨nunc in specubus⟩, quibus[que] ⟨solitus⟩ sortitus
10 excedere vel logia personare, sagaci eum investigatione disquirunt. sed his adytorum fastigiis specubusque viduatis absque lauri arentis paucis admodum foliis vittisque semivulsis, quas in Cumano antro post Sibyllam tinearum morsus cariesque carpebant, nihil eius potuit inveniri. per aerios etiam tractus, quibus formare solitus et volucrum diversos meatus et oscinum linguas et praepetis omina pennae, frustra incassumque disquiritur. iam pridem quippe offensus contamine monendorum dedignatur augur Pythius nuncupari. item eum in Helicona, Delon Lyciamque sectantur; sed alibi lauros primores arentesque ederas, alibi carientem tripodem crepidasque situ murcidas praesagiorumque interlitam memoriam reppererunt.

11 Tandem Fama nuntiante cognoscunt quod Phoebo gaudet Parnasia rupes. licet inde quoque ad Indici montis secretum obumbratumque scopulum nube perpetua posterius migrasse perhibebant, tamen Cirrhaeos tunc recessus et sacrati specus loquacia antra conveniunt. illic autem circumstabat in ordinem quicquid imminet saeculorum, Fortunae urbium nationumque, omnium regum ac totius populi. videbantur aliae transacti cursus emensa fugientes; consistebant aliae sub conspectu, adveniebantque quamplures, atque ita nonnullis eminus vanescebat disparata prolixitas, ut velut fumidae caligationis incredibilis haberetur aura. inter haec mira spectacula Fortunarumque cursus [motus] nemorum etiam susurrantibus flabris canora modulatio melico quodam crepitabat appulsu. nam eminentiora prolixarum arborum culmina perindeque distenta

1 *Apul. Socr. 6 p. 134* extis fissiculandis || 3 *Apul. met. 6, 2* anxia disquisitione ... requirit; *Firm. math. 2, 29, 3* sagaci ... inquisitione || 8 *Verg. Aen. 3, 361* et volucrum linguas et praepetis omina pennae || 10 *Hor. c. 1, 2, 32* augur Apollo || 14 *Verg. ecl. 6, 29* Phoebo gaudet Parnasia rupes || *§ 11 cf. Cic. Tim. 59; Macr. somn. 2, 3, 15*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 denuntiate **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | pecodum **AM**^{1}**R**^{1} | phisiculatis **B** fisiculatis **MC**^{2}**L** | prosiciis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**L**^{1} prosicisiis *n. f.* **E** prosicis *cett.* || 2 nunc in specubus *add. Dick* | quibus **D**^{1}**C**^{1} | solitus *add.* **F**^{m} *om. cett.* | sortiatus **C**^{1} || 3 excedere *om.* **D** excidere **A**^{1}**B**^{1}**R**^{1} (*locus adhuc sanandus*) || 4 adytorum **A** aditorum *cett.* (*d.* **R**) | laure **L**^{1} | arentes **AD**^{1}**R**^{1} || 5 vittisque **A**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{2} vitiisque **R**^{1} vitisque *cett.* || 6 carpebat **L**^{2} || 8 liguas **L**^{1} | pinnae **AB**^{1}**DM**^{1} (*d.* **R**) | incasumque **D**^{2} (*d.* **R**) || 10 noncupari **AF** nucupari **C**^{1} (*d.* **R**) | item] itemque **D**^{2}**B**^{2} (*d.* **R**) | Lyciamque *N. Heinsius* litiumque **C** lictumque **E** lictiumque **F** lyciumque *cett.* (*d.* **R**) || 11 carientem **AB**^{1}**D**^{2}**ML** cariantem *cett.* (*d.* **R**) || 12 murcias **A**^{1} marcidas **A**^{s}**M**^{1}**L**^{s} || 18 in ordinem *om.* **A**^{1} in ordine **L**^{2} | quiquid **D**^{1} (*d.* **R**) || 19 regum] rerum **B**^{2} | trasacti **A**^{1} || 20 emensa *Eyss.* emenso *libri* | aliae sub conspectu *om.* **L**^{1} || 21 ita *om.* **L**^{1} | nonullis **D**^{1}**C**^{1} | evanescebat **F**^{1} | disparata **BDMR**^{1}**L** desperata **A**^{1}**C**^{2} (*deinde* vanescebat disperata *repetit* **A**^{1} *delet* **A**^{2}) || 22 laberetur *Eyss.* || 23 motus *del. Dick* motusque **R**^{2} || 24 susarrantibus **R**^{1} | fabris **A**^{1}**R**^{1} flabis **B**^{1} | mudulatio **D** modolatio **M** | nelico **A**^{1} lico **C**^{1}**V**^{1} | apulsu **E** || 25 proindeque **L**^{1} | distet **A**^{1} distantia **R**^{v}

acuto sonitu resultabant; quicquid vero terrae confine ac propinquum ra-
mis acclinibus fuerat, gravitas rauca quatiebat. at media ratis per annexa
succentibus duplis ac sesqualteris nec non etiam sesquitertiis, ⟨sesqui⟩-
octavis etiam sine discretione iuncturis, licet intervenirent limmata, con-
cinebant. ita fiebat, ut nemus illud harmoniam totam superumque carmen
modulationum congruentia personaret. quod quidem exponente Cyllenio 12
Virtus edidicit etiam in caelo orbes parili ratione aut concentus edere aut
succentibus convenire. nec mirum quod Apollinis silva ita rata modifica-
tione congrueret, cum caeli quoque orbes idem Delius moduletur in Sole,
hincque esse quod illic Phoebus et hic vocitetur Auricomus; nam Solis 13
augustum caput radiis perfusum circumactumque flammantibus velut
auratam caesariem rutili verticis imitatur; hinc quoque Sagittarius, hinc
quoque Vulnificus, quod possit radiorum iaculis icta penetrare.

Demonstrabat praeterea Virtuti Cyllenius amnes quosdam caelitus 14
defluentes, quos transeundos esse perhibebat, ut ad deum ipsum, quem
reperire cura est, pervenirent. verum eosdem amnes diversicolor fluen-
torum discrepantium unda raptabat; quippe primus diffusioris ac pro-
lixi ambitus gurges liventis aquae volumine nebuloso atque algidis ad-
modum pigrisque cursibus haesitabat. interius alius lactis instar candi-
daeque lucis mitis omnia quietusque motu undas volvebat argenteas.
tertius vero nimio rubroque igne rutilantes festinataque rapiditate prae-
cipites fragososque cursus anhela sulphureus celeritate torquebat. qui
hunc sequebatur auratus ac fulgidus ac flammis coruscantibus rutilans;
sed diversitatem fluminum, utrimque coniunctus quibusdam rivulis
intermixtis, quantum pensabat moderatio, temperabat. verum interior
illo electro purior resplendebat amnis, quem praeter ceteros Fortunarum
ille consistens populus appetebat, quarum alias eius odor et halatus
illexerat, alias lenis undae canori permulsere modulatus; gustum
autem haustumque quamplures ex eodem dulcissimo gurgite sitiebant.

§ 13 cf. Macr. sat. 1, 17, 47 || **20** *Apul. met. 4, 6* evomebat undas argenteas || **26** *Verg. georg. 3, 522* purior electro campum petit amnis

[**ABDMR CEFV GL**] **1** acuta **B**^{1} | exsultabant **M**^{1} || **2** aclinibus **C**^{1}**EFV** | anexa **AL**^{1} annixa **R**^{1} || **3** sequalteris **A** sesquialteris **MR**^{1} | sequitertiis **A**^{1} sexquitertiis **R**^{1} | sesquioctavis **B**^{s}**L**^{s} *dett.* octavis *omnes mei* || **4** limmata **MR**^{1}**EF**^{2}**GL** lumata **A**^{1} limata *cett.* | concinnebant **AM**^{1}**C**^{1}**EV**^{1}**F**^{1} || **6** quod] qui **A**^{1} || **8** appollinis **MRL** || **9** modelatur **A** || **10** illic **B**^{2}**D**^{v}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} ille *cett.* | et hic *om.* **A**^{1} || **11** circuactumque **D**^{2}**M**^{2}**R**^{2} || **12** rutuli **AD**^{1}**M**^{1}**R**^{1} | hinc quoque Sagittarius *om.* **L**^{1} || **14** demonstrabit **R**^{1} | quodam **R**^{1} || **15** pervidebat **D**^{1} || **16** curae est **B**^{2}**CEV**^{2}**G** curae esset *Eyss.* curae *fortasse legendum est* || **18** aquae] atque **A**^{1}**L**^{1} -que **A**^{2} (*d.* **R**) || **19** interior *fort. legendum est* || **20** omnia] per omnia **M**^{2}**EFV**^{1}**L** | genteas **C**^{1}**V**^{1} (*d.* **R**) || **21** minio *Leid. 88* | rutulantes **A** rutilans **G** (*d.* **R**) || **22** fragrososque **G** | solphuereus **M**^{1} solphureus **M**^{2} sulphereus **V**^{1} (*d.* **R**) | celeritae **M** (*d.* **R**) || **24** diversitatem *scripsi* diversitate *libri* | coniunctis **G**^{1} (*d.* **R**) | rivulus **A** || **25** moderatio temperabat *om.* **A**^{1} | temporabat **A**^{2} temperabatur **G** || **26** ille *dett. pauci* | eletro **L**^{1}

nec deerant, qui eadem foveri abluique lympha ac se in illam iacere cupiebant. praeterea duo restrictiores ac sinu ambituque parvo raptabantur interius, quorum uterque pro aliorum vicinia et confinio coloratus exiguum proprii saporis haustum multa mutabilis admixtione traxere. nam alter nimia celeritate festinus ac plerumque consistens relabensque ferebatur; alius vero quandam undarum originem gestans flexuosisque anfractibus errabundus spumabat cunctis seminibus fluentorum.

15 Hi igitur cursus discoloris amnes praedictas rerum nationumque Fortunas immensis primo sinibus ambiebant. tunc diversa undarum violensque rapiditas singulas quasque pervadens improvisa vi per declivis alvei praecipites lapsus rapidis turbinibus pertrahebat, ita ut alius easdem plerumque alteri transfunderet fluvio, et quam ille exercitam longa collisione vexarat, alter aut ripae redderet aut amne mersaret. non tamen Fortunas omnes illi sanguineus aut caeruleus involutas gurgites rapiebant; plerumque illius lactei praenitens unda repente correptas eminentis tractus vertice subvehebat; aliquando etiam sublimatas atque fluctu elatiore suspensas in illum cruentae similitudinis reiciebat aestum aut in torrentem lividum vorandas hiatu piceo despuebat. alterna igitur permixtione fluviorum ille Fortunarum populus agebatur; neque enim ulla prorsus erat, quae ab omni immunis incursu cunctoque esset gurgite feriata.

16 Denique Virtus secuta Cyllenium dum sola cunctos interrite transmearet, licet eam magno fragore colliserint, tamen opprimere non quiverunt. tandem trans fluvios, qui ad quoddam Phoebi spectaculum ferebantur, cum Virtute Mercurius constiterunt. ac tunc Latoium conspicati edito considentem arduoque suggestu atque in conspectu quattuor urnulas

5 *Apul. met. 5, 12* festinantes impia celeritate || 18 *cf. carm. Burana 41, 1* Saturni sidus lividum || *§ 16 cf. Hom. Il. 24, 527–534*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 nec ... cupiebant *om.* C^1 | qui ... 2 duo *om.* L^1 || 2 ac *del.* L^2 || 4 amixtione $CFVL^1$ (*d.* R) | traxerat $B^2D^2MR^2L$ | namque B^2M || 5 nimia] nimpha A^2 || 6 fluxuosisque R^1M^1 flexuosis G^1 || 7 in cunctis L^1 | senioribus A || 8 hii B^2D^1RCV | cursus *om.* G | discolores $A^2B^1R^2G^2$ | amnis B^1C^1F VG^1 | rerum] regum *dubitanter Dick coll. p. 6, 19* omnium regum || 9 sinibus A^2B^2 D^2M^vC finibus *cett.* | tum C^2 | diumsa C^1 || 10 improvisia nuper L^1 | declivi A^1 declevis M^1 || 11 turbinis C^1 | pertrahebat $A^2B^2D^2MR^2C^2G^2$ pertrahebant *cett.* | alis D^1 || 13 vexerat $B^1D^1L^2$ vexaret R | alteri G | aut^1] ut $A^1B^1D^1R$ | amni M^1 | versaret F^1 || 14 sanguineos $A^1B^1D^1M^1R^1$ | cerulos $A^1M^1R^1$ caeruleos B^1 celeus C^1 | gurgite B^2 || 15 rapiebat B^2 | latei M^1R^1 | correptos $AB^1D^1M^1R^1V^1$ || 16 tractos $B^1D^1R^1$ | subhibat M^1 subhebat R^1 | aliquanto $A^1B^1DMR^1L^2$ | sublimatos $A^1B^1DM^1R^1$ || 17 elevatiore E^1 elaetiore L^1 | suspensos $A^1B^1DM^1R^1$ || 18 vorandas M^2 vorandum *cett.* || 19 promixtione L^1 || 20 cuntoque A || 23 non quiverunt] nequiverunt C^1V || 24 Phoebi *om.* R^1 | receptaculum *coni. Dick* | ferebant AM^2 || 25 consisterunt L^1 | clatoium A^1M^1 datoium R^1 latonium C^2 | conspicantur $A^2D^2MR^2$ conspicato F^1 || 26 sidentem M^2C^1 | in conspectu *delebat Dick*

adopertas vicissim atque alternis inspectionibus enudare, quae diversa
specie metallisque formatae. nam una ex ferro, quantum conici potuit,
duriore, alia ex argenti fulgentiore materie, tertia liventis plumbi fusili
robore videbatur, at vero propior deo perlucentis vitri salo renidebat. sin-
gulae autem rerum quaedam semina elementaque gestabant. nam flam- 17
ma flagrantior et ab ipsius Cecaumenes exanclata fomitibus ex ferri prae-
dicta anhelabat urna, quae tamen vertex Mulciberi dicebatur. alia etiam,
quae fuerat ex argenti materie, praeferebat serena fulgentia et vernantis
caeli temperie renidebat; hanc dicebant risum Iovis. illa vero metalli
gravioris plena undosae hiemis atque algidi frigoris necnon etiam prui-
narum, haec Saturni vocabatur exitium. at vero sali resplendentis atque
ad ipsius dei dexteram sita, aeris totius seminibus erat referta; hanc
Iunonis ubera memorabant. ex his igitur urnis deus alternatim, quantum 18
dispositis sat erat, hauriebat. nam quotiens orbi complacito vitalis spiri-
tus salubres ministrabat auras, ex illa argenti clementia aeris hausti per-
miscens semina temperabat; cum vero pestem diram commeritis mor-
talibus minabatur, aeri similiter anhelos ignes aut torpentis frigoris ve-
nena miscebat et in affligendum meare cogebat orbem. tali dei tempera- 19
mento Virtus admonita, magisque cum eum salutares auras miscere con-
spiceret, caeci poetae Graium versum Mercurio comprobante commemo-
rat:

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμοῦ νεφέλην ἀπερύκει,

ex quo pestem fugari posse Mercurius, si voces prime vestigiis eius acce-
derent, admonebat; subdendae tamen Clario fidibus personanti atque

3 *Verg. Aen. 7, 687* glandes liventis plumbi || **9** *cf. Carm. Burana 41, 4* risum Iovis nudante*; 46, 3* risu Iovis reserato || *§ 19 cf. Luc. Alex. 36; Macr. sat. 1, 17, 47*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** inconspectionibus *n. f.* **C**^{1} || **3** materiae **AB^{1}FV** materia **D** (*d.* **R**) || **4** videbantur **A^{1}B^{1}D^{1}G** videbatur *cett.* (*d.* **R**) | propior **A^{2}B^{2}D^{2}M^{2}GL** proprior *cett.* (*d.* **R**) | solore nidebat **G**^{1} (*d.* **R**) || **5** gustabant **GL**^{1} (*d.* **R**) || **6** fraglantior **BD**^{2} fraglantia **D**^{1} (*d.* **R**) | ipsis **C**^{2} (*d.* **R**) | cecaumenes **A^{1}B^{1}D^1** caecaumenis **A^{2}B^{2}M^{2}CEFVG^{1}L** caecauminis **M^{1}D^{2}G^2** (*d.* **R**) || **7** quae] -que **A**^{1} qua **D**^{1} (*d.* **R**) | mulciveri **AB**^{1} mulciferi **B^{2}D^{2}M** (*d.* **R**) || **8** materiae **AD**^{1} materiem **F** materia **L** (*d.* **R**) || **10** *post* plena *add.* erat **E^{2}G** (*d.* **R**) || **11** *post* vero *add.* alia **G** | salis **A**^{1} soli *n. f.* **E** | resplendentes **R**^{1} || **12** dei] die **L**^{1} | dextram **EV** || **13** deius **D**^{1} || **15** permicens **L**^{1} || **16** cummeritis **A** || **17** minabantur **A**^{1} | aeris **MCEFVL**^{1} | frigores **R**^{1} || **18** in adflugendum **A**^{1} ad infligendum **CEFV** || **19** eum] eo **M**^{1} | salutaris **AB^{1}DM^{1}R^{1}C^{2}G** | aura **A** || **20** caeci poetae *delebat Eyss.* (Graeci *Kopp ex Hugiano*) | gravum **A**^{1} || **22** ΦΗΒΟϹ **B**^{2} ΦΟΕΒΟϹ **D^{2}M^{1}EG** ΦΟΗΒΟϹ **M**^{2} | ΚRΙϹΟΚΟΜΗϹ **B^{2}C^{2}FL^2** ΚΡΙϹϹΟΚΟΜΗϹ **D**^{2} ΧΡΥϹΟΚΟΜΗϹ **M** ΑΚΕΡϹΕΚΟΜΝϹ **E** ΑΚΕΡΚΕΚΟΜΗϹ **G** | *λοιμοῦ Lucianus* ΑΥΜΟΥ **ACEFVL** ΛΥΜΟΥ **BDR** ΛΙΜΟΥ **M** ΛΙΜΙ **G** | ΝΕΦΛΝΝ **A** ΝΕΦΕΛΕΝ **BR**^{2} ΝΕΦΕΑΝΝ **R**^{1} ΝΕΦΝΛΗΝ **E** ΝΕΦΕΛΕΙΜ **G** ΝΗΦΗΛΗΝ **L** | *ἀπερύκει Lucianus* ΑΠΟΡΥΚΥ **AL** ΑΠΟΡΥΚΙ **BRCEFV** ΑΠΟΡΥΚΕΙ **D** ΑΠΟΡΟΥΕΙ **M** ΑΠΟΡΙΚΙ **G** || **23** fugare **M** | prime **BD^{1}RC^{2}G** primae *cett.* (*locus nondum sanatus*) || **24** fidelibus **A**^{1}

20 inter serta laurigera infularum lubrico implexoque crine redimito. talia conserentes ut procul Pythius adventare conspexit causamque adventus primis aspectibus recognovit, throno, quo insidebat, exsurgens Musas iussit occurrere; quae licet in Maiugenae officium properare viderentur, ratis tamen incessibus movebantur. ac tunc germano in participatum operis consessumque suscepto prior orsus est Phoebus:

21 anxia cum trepidis nutat sententia rebus,
fluctuat incertis aut sors ignota futuris,
consultet mortale genus (quippe indiga veri
cura facit dubium vel spes incerta fatigat);
at nobis praescire vacuum est, cunctatio nulla est:
quod superi voluere licet; de pectore fixis
praeoptare caret, si quid placet atque necesse est.
sed tibi quod nondum venit mansura voluntas,
consilium vis ferre meum: sic semper ab omni
velle capis socium, faciunt atque addita mentem.
22 est igitur prisci generis doctissima virgo,
conscia Parrhasio cui fulgent sidera coetu,
cui nec Tartareos claustra occultare recessus
nec Iovis arbitrium rutilantia fulmina possunt;
fluctigena spectans qualis sub gurgite Nereus,
quaeque tuos norit fratrum per regna recursus,
pervigil immodico penetrans arcana labore,
quae possit docta totum praevertere cura
quod superis praescire datum. quin crebrius in nos
ius habet illa, deos urgens in iussa coactos;
et quod nulla queat superum temptare potestas,
invito scit posse Iove. stent ardua magno,
alterutrum cumulat parilem meruisse iugalem.

12 *Ov. met. 8, 619* quicquid superi voluere*; Apul. met. 4, 31* || 26 *Ov. ep. 4, 12* in dominos ius habet ille deos

[**ABDMR CEFV GL**] 1 serta *om.* **C** | librico **AD**^{2}**M**^{1}**R**^{1} | implexu quoque **A**^{1} implexuque **A**^{2} implexo quoque **MR**^{1} | crinire dimito **M**^{1}**C**^{1} crinire dimitto **R**^{1} || 2 ut *om.* **F** | conspexum **R**^{1} || 3 exurgens **BCL** exexsurgens **M**^{1} || 4 properare **B**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**G** prope facere **A** prope fare **R**^{1} prope fari *cett.* | videretur **AM**^{1}**R**^{1} || 5 ratis **R**^{2} satis *cett.* | ac] at **L** || 6 consensumque **AM**^{1}**RG**^{1} *fort. recte* || 8 aut] haud **B**^{1}**D** haut **C**^{1} || 9 consultat **AMG** | quippe *scripsi* quodque *libri* quosque . . . dubios *coni. Haupt* | indigna **D**^{1}**E** || 11 vacum **R**^{1} vacat *coni. Stange 5 (v. Sundermeyer 1–2)* | est^{1} *del.* **D**^{2} || 12 de] da **A**^{1}**D**^{1}**R** | pectore **D**^{2}**M**^{2}**G** pectora *cett.* || 14 quia nondum **A**^{1}**B**^{1}**R**^{1}**C**^{1} dum quia non **D**^{2}**M** non quia dum *Dick ex Bern. 56b* || 15 omne **F**^{1} (*d.* **R**) || 16 capit *n. f.* **B**^{1} capi **L** (*d.* **R**) || 18 parrasio **A**^{1}**D**^{1} parnasio *cett.* (*d.* **R**) | sudera **D**^{1} (*d.* **R**) || 19 recultare **D**^{1} (*d.* **R**) || 21 quali **MC**^{2}**EFV** (*d.* **R**) || 22 recussus **M** || 23 penetras **V** || 25 supernis **A**^{1} super his **M**^{1} (*d.* **R**) || 26 illa *om.* **C**^{1}**EF**^{1}**V**^{1} ille **D**^{1} (*d.* **R**) | urguens **D**^{1}**RC**^{1}**EFV** | in iussis **M**^{1}

His Apollinis dictis laetabunda Virtus, quod tam excellentis virginis suasum videt esse coniugium, ut nihil amissum ex supra dictarum duceret dignitate, nomen tamen eius inquirit. quod ubi cognovit Philologiam esse, de qua foedus instabat, tanta gratulatione alacritateque concutitur, ut aliquanto de ingenito rigore descendens etiam corpore moveretur. quippe propinquam esse commemorat et laudatae illius Mantices patronam, in ipsam quoque Sophian supellectilis multae remuneratione largissimam. nam Ψυχὴν incultam ac ferino more versantem apud hanc asserit expolitam, ita ut, si quid pulchritudinis ornatusque gestaret, ex Philologiae sibi cultibus arrogarit, quae ei tantum affectionis impenderit, ut eam semper immortalem facere laborarit. nihil igitur immorandum, quippe cum impiger gerendorum sciatur esse Cyllenius. sed acceptis Apollinis fatibus respondit ipse Maiugena: **23**

certum est, Lauripotens decusque divum, **24**
nostrum ex contiguis venire pectus
et quicquid socium ciere numen
iunctus compererim probare rerum.
sed numquam mage velle disparamus
et fit collibitum manere iussis,
quam cum Deliaco meare fatu
cura atque arbitrio monemur isto.
hunc quippe ambiguum nefas putare,
et quaecunque fuit perit voluntas.
quocirca officio decentiore
paret praecluibus libens profatis
Arcas in thalamos venire iussus.
sed tu, Delie, quo Tonantis exstet
compar propositum volensque nutus,
instes; nam solitus ciere pectus
et praeversa vigil monere sensa,

8 *Ov. met. 4, 722* more ferocis **versat**

[**ABDMR CEFV GL**] 2 vidit **A**^{1}**RC**^{1} *fort. recte* | ammissum **V** | ductarum *n. f.* **A**^{1} || 4 foebus **D**^{1} || 5 aliquando **A**^{1}**R**^{1} | de ingenito *bis scripsit* **A**^{1} || 6 manticis **R**^{2} || 7 sophian **A**^{1}**DRE** sophiae **M**^{2} sophiam *cett.* | multa **G** || 8 nam *om.* **L**^{1} || 10 arrogaret **AR**^{1}**C**^{1}**F**^{1} | impenderet **AR**^{1} || 11 laboraret **AV**^{1} laborat **R**^{1} | immoderandum **R**^{1} || 12 impigrum **D**^{2}**M**^{2} | sciatur *scripsi AMC (1968) 80* satiat **R**^{1} sciat *cett.* | cillenium **M**^{2}**V** || 13 appollinis **CEL** | *post* Maiugena *add.* metrum spondaicum constans ex spondeo coriambo et diiambo **M**^{2} trochaicum senarium **E**^{m}**V**^{m} trochaicum senarium posito quibusdam locis anapesto et dactilo **L** || 15 continguis **B**^{1}**D**^{1}**R** || 17 prorare **A**^{1}**R**^{1} || 20 delia commeare **B**^{1}**D**^{1} || 21 movemur **A**^{1} || 22 putare *Dick* putamus *libri* || 24 quocirco **A**^{1} || 26 Arcas ⟨iam⟩ in *coni. Stange 31 n. 2* || 30 perversa *coni. Vonck. 145* | movere *Vonck.*

illum contribuas favere iussis
et coeptis sacra fulserit voluntas.

25 Haec dicente Mercurio 'quin potius' inquit Virtus 'uterque vestrum Iovem voce conciliet. nam et hic eius consiliorum conscius et tu praeceptionis arcanus; ille mentem novit, tu verba componis: Phoebo suevit instante concedere, tibi pectus solitus aperire. addo quod vos numquam convenit disparari, et licet hic cursor Apollinei plerumque axis celeritate vincatur ac remorata statione consistens cupiat Delii festinata praevertere, tamen cum consequitur, ita libratus antevenit, ut cessim plerumque recursitans gaudeat occupari. una igitur vestrum Iovem pia pignora convenite. certum quippe est quod et Phoebeo conivens splendore succum-
26 bat et cum Stilbonte incedens conubiorum copulis allubescat.' his dictis Virtus praecedentis officio ac Mercurialis virgae perflatione concussa in caelum itura sustollitur. augurales vero alites ante currum Delio constiterunt, uti quis vellet vectus ascenderet; nam futura plerumque conformans his praesagire consueverat. petaso autem ac talaribus concitatis coepit praeire Mercurius; sed scandente Phoebo Musarum pedisecus ad-
27 haerensque comitatus candenti canoraque alite vehebatur. tum vero conspiceres totius mundi gaudia convenire. nam et Tellus floribus luminata, quippe veris deum conspexerat subvolare Mercurium, et Apolline conspicato aeria Temperies sudis tractibus renidebat. superi autem globi orbesque septemplices suavis cuiusdam melodiae harmonicis tinnitibus concinebant ac sono ultra solitum dulciore, quippe Musas adventare praesenserant; quae quidem singillatim circulis quibusque metatis, ubi suae

§ 26–28 imitantur Apul. met. 6, 6

[**ABDMR CEFV GL**] 1 fabere **A^{1}D^1** (*d.* **R**) || 5 arcarius *coni. Morelli 234* || 6 istante **C^1** instantem **EF^{1}V** | condere **M** | pectus **G** *et coni. Kopp ut coniectura non opus esse ostenderet* secus **A^1** sectus *cett.* | solitus *delebat Eyss.* | vos *om.* **C^{1}EFV** nos **A^1** || 8 cupiat **F^2** caput **A^{1}R** capiat *n. f.* **A^2** captat **B^{1}DEFV^{1}G** captet **B^{2}V^{2}L** captatur **M** captat (tat *in ras.*) **C** *de hoc loco vide quae scripsi Mnemos. 27, 1974, 270* | Delii *scripsi* et demum **A^2** demumque **M^2** demum *cett.* | festinat **M** || 9 cessim **A^{2}B^{2}D^{2}M^{2}C^2** cessum **R** cesim **G** cessem *cett.* || 10 gaudeat *om.* **C^{1}E^{1}F^{1}V^1** || 11 phoebo eo **C^{1}EFV** | conivens **A^{2}B^{2}D^2** cohibens **A^{1}B^{1}R^2** conhibens *cett.* | splendori **E^{2}L^2** || 12 copules **B^{1}D^1** | adlubestate **A^{1}B^{1}D^{1}R** || 14 auguriales **D^{2}M^2** | ante] ad **M^1** | delium **M^2** (*fort. recte, cf. § 29* currum Delium) | constituerunt **AR^1** || 15 quis (*i. e.* quibus) *interpret. Kopp.* quo *fort. legendum est* || 16 praesaire **B^{1}D^1** || 17 perire **R^1** | *in verbis* sed scandente *incipit liber* **P** | pedisecus **AB^{1}DGP** pedisequus **B^{2}MC^{1}E** pedissecus **R^{1}L^1** pedissequus **C^{2}FL^2** pedis aequus **V** || 18 candente **A** || 19 luminata **F^2** lumina *cett.* || 20 veris *om.* **C^{1}EF^{1}V^1** | Mercurium *commode abesset* Mercurio *Eyss.* | apollinem **DR** || 21 (Apollinem) conspicata *coni. Morelli 235* | subdis **M^1** | tractantibus *n. f.* **M^1** | renitebat **A^1** || 22 suavius **D^{2}M** || 23 concinnebant **A** | praesenserat **P^1** || 24 singilatim **R** singulatim **L** | circulus **R^1** | meatis **M^1**

pulsum modulationis agnoverant, constiterunt. nam Vranie stellantis
mundi sphaeram extimam continatur, quae acuto raptabatur sonora tin-
nitu, Polymnia Saturnium circulum tenuit, Euterpe Iovialem, Erato **28**
ingressa Martium modulatur, Melpomene medium, ubi Sol flammanti
mundum lumine convenustat, Terpsichore Venerio sociatur auro, Cal-
liope orbem complexa Cyllenium, Clio citimum circulum, hoc est in Luna
collocavit hospitium, quae quidem graves pulsus modis raucioribus per-
sonabat. sola vero, quod vector eius cycnus impatiens oneris atque etiam
subvolandi alumna stagna petierat, Thalia derelicta in ipso florentis cam-
pi ubere residebat. interea tractus aerios iam Phoebus exierat, cum subi- **29**
to ei vitta crinalis immutatur in radios, laurusque, quam dextera retine-
bat, in lampadem mundani splendoris accenditur, fiuntque volucres, qui
currum Delium subvehebant, anheli flammantis lucis alipedes. atque
idem pallio rutilante ac reserato stellantis poli limine Sol repente clarus
emicuit. Cyllenius quoque in sidus vibrabile astrumque convertitur.
atque ita metamorphosi supera pulchriores per Geminos proprietate **30**
quadam signi familiaris invecti augusto refulsere caelo, ac mox Tonantis
palatium petiverunt. qui postquam ingressi et coram data copia fandi,
ut vidit Clarius consortio patrem Iunonis haerentem, quam noverat
suffragari plurimum ac favere conubiis, laetus primo omine ipsamque
concilians, in cuius arbitrio positam mariti noverat voluntatem, ita mitis
affatur:

possem minore ambigens fiducia **31**
solum Tonantem pignoris pro foedere
bupaeda vixdum vel paterna contremens
praecepta adire, ni iugata caelitum
omen pararent prosperum consortia,
tabensque divum nunc moneret nexio.

2 *Apul. flor. 3 p. 4, 2* acuto tinnitu; *met. 10, 31* tinnitus acutos || 11 *Ov. met. 5, 617* crinales vittas; *9, 771* crinalem ... vittam || 18 postquam ... fandi = *Verg. Aen. 1, 520*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 agnoverunt **EFV**^{1} | uraniae **M**^{2}**G** | stellantes **R**^{1} || 2 continatur **D**^{1}**R**^{1} *et ed. Eyss.* concinatur **A**^{1}**B**^{1}**D**^{2}**M**^{1}**C**^{1}**EV** concinit **A**^{2}**B**^{3} concinebat **B**^{2} concinat **M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**FGL**^{2}**P** || 3 saturnum **R**^{1} || 4 melpone **V**^{1} || 5 auro] astro *ed. Kopp. ex Norimberg.* || 6 Clio ... 7 collo- *om.* **A**^{1} || 7 graves **B**^{2}**C**^{2}**P** gravis *cett.* | pulsis **L**^{2} || 8 sala **L**^{1} | cycnus *edd.* cicgnus **M** cignus *cett.* (*d.* **R**) || 10 quum subbito **A**^{1} (*d.* **R**) || 11 vita carnalis **P**^{1} (*d.* **R**) || 12 mundanis **C**^{1} (*d.* **R**) | splendores **V**^{1} (*d.* **R**) || 13 curru **CL**^{2} (*d.* **R**) | flammantis lucis *Vonck. 145* flammis lucis *libri* lucis *delebat Eyss.* || 16 gemines **P**^{1} || 19 clarios **A**^{1} || 20 prurimum **A**^{1} | favore **M**^{1}**E** (*d.* **R**) | homine **A**^{1}**M**^{1}**RV**^{1}**P**^{1} || 21 voluntatem *om.* **D**^{1} || 22 *post* affatur *add.* metrum iambicum senarium **M**^{2} iambicum senarium **L** || 24 pigneris **G** || 25 bupaeda *Kopp praeeunte Bongarsio* pubeta *n. f.* **E** pubeda *cett.* | vel *om.* **F** || 28 tabesque **C**^{1} favensque *Morelli 236*

Iunone thalamos quis rogare conscia
nollet deorum, cum futura Pronuba
eadem profecto quaeque suffragabitur?
iugalis ergo blanda nutus praestrue
nostrisque suade quo allubescat nisibus.
32 te nunc parentem principemque maximum
fatumque nostrum (quippe Parcarum chorus
humana pensat, tuque sortem caelitum,
tuumque velle est ante praescientias,
ac mente gestas quicquid instabit deis,
cuiusque nutu gignitur necessitas,
futura cuius illigat decretio,
instatque quicquid velle vel serum potes)
te, te igitur illo quo benignus numine es
deposco, caeli blanda temperatio
piumque culmen, iure qui divum pater,
concede proli quo nepotum provehat
numerum, supernis astra quem vibrant polis.
Maiae tuumque flagitat pignus sacrum,
thalamis iugetur virginis doctissimae.
33 sed te parentis cura ⟨si⟩ stringit pia,
par est deorum convoces coetum potens,
conubium ipsa sanciens cum coniuge,
quo prolis exstent lege supera nuptiae
perpesque vinclum caelitum signet decor.

34 Hic postquam Delius conquievit, conversus ad coniugem Iuppiter, quid eius voluntas haberet, inquirit. verum illa multa ratione permulsa (primo quod ei qui placiditatem afferre solitus Phoebus orabat, quique etiam a se eiusdem filias eruditas ad parentum quoque conspectum fecerat subvolare; dehinc nuptiis Iuno non solita refragari; tunc etiam Cylle-

1 *Ov. epist. 12, 87* conscia sit Iuno || 7 *cf. Mythogr. Vatic. III 3, 3* || 21 *Ov. epist. 8, 15* cura mei si te pia tangit

[ABDMR CEFV GLP] 1 thalamus **A**^{1}**R** | qui **F**^{1} || 3 quaeque] qu(a)e **D**^{2}**P** || 5 suade *Grotius* suada *libri nulla verborum structura* | quod allubescat **A**^{1} quo ablubescat **M** coallubescat **R**^{2}**G** quoque allubescat **P** || 7 factumque **AM**^{1}**V**^{1}**L**^{1}**P**^{1} || 10 diis **A**^{2}**EFVL** || 11 girnitur **V** || 12 alligat **B**^{2} illicat **R** | dicretio **B**^{v}**F**^{1}**V**^{1} || 13–14 *versus om.* **A**^{1} || 14 te, te *Grotius* te ne *libri* | quo **A**^{m}**B**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2} que **P** quod *cett.* | benigno **M**^{2}**R**^{2} | nomine **P**^{1} || 18 quem] qui **R**^{2}**G** || 19 Maiae] mage **A**^{1} (*d.* **R**) || 21 sed **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**EFL**^{1} sed si **A**^{2}**B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{s}**E**^{s}**F**^{s}**V**^{s}**GP** si **L**^{2} (*d.* **R**) | si stringit *ed. pr.* restringit **C**^{2} stringit *cett.* || 23 sacies **A**^{1} sancies **B**^{1}**V** (*d.* **R**) || 24 quo] quod **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**E**^{1}**L**^{1} || 25 perperque **C**^{1} | caelitum *om.* **L** (*d.* **R**) | signe **A** (*d.* **R**) || 26 hinc **G**^{2} (*d.* **R**) | posquam **C**^{1}**L**^{1}**P**^{1} (*d.* **R**) || 27 haberet *om.* **P**^{1} || 30 Iuno] in uno **R**^{1} | refragi **F** (*d.* **R**) | tunc] tum **B**^{2}**LP**

nium diligebat, quod eius uberibus educatus poculum immortalitatis
exhauserat; perindeque et matris gratiam conferebat; accrescebat votis,
quod multa eam Clarius conciliatione devinxerat) faciendum profecto
accelerandumque persuadet, ne itidem Cyllenius Cypridis lactatus ille-
cebris Hermaphrodito fratrem gignere succensus optaret. stimulabat 35
paululum Iovem, ne uxoris Cyllenius fotibus repigratus somnolento re-
pente marcore torperet et iam velut maritali vacatione feriatus discur-
sare sub praeceptis Iovialibus denegaret. 'nam illum iam pridem' ait 36
'Philologiae sentio amore torreri eiusque studio comparatas habere quam-
plures in famulitio Disciplinas, ipsum linguae insignis ornatibus fandi ni-
miam venustatem, quo placeret virgini, consecutum, deinde barbito
aurataque chely ac doctis fidibus personare. addo quod celebrat mira-
bile praestigium [elegantiam pingendi], cum vivos etiam vultus aeris aut
marmoris signifex animator inspirat; totum certe complacitum est, quic-
quid comit decorem iuvenalium gratiarum.' se igitur eos iam pridem amo-
re mutuo colligatos idcirco paululum distulisse, ne in thalamum primaeva
affectione festinans, cum discurrendum esset, totis noctibus repigratior
paululum simularet anomalum. tunc Iuno 'atquin' ait 'eiusdem convenit 37
virginis subire vinclum, quae illum etiam quiescere cupientem conivere
non perferat. an vero quisquam est, qui Philologiae se asserat pervigilia
laborata et lucubrationum perennium nescire pallorem? quae autem
noctibus universis caelum, freta Tartarumque discutere ac deorum om-
nium sedes curiosae indagis perscrutatione transire, quae textum mundi
circulorumque volumina vel orbiculata parallela vel obliqua, decusata,
polos, climata axiumque vertigines cum ipsorum puto siderum multi-

13 *Verg. Aen. 6, 848* vivos ducent de marmore vultus

[ABDMRCEFVGLP] **1** uberius **R^{1}C^1** || **3** devixerat **D^1** || **4** ne] nec **L^1** (*d.* **R**) || **5** fratre **L** | suscensos **A^{1}B^{1}D^{1}R^1** suscensus **R^{2}C** | oportet **C^1** || **6** reprigratus **EV^1** reprigatus **F^1** | somnulento **B^1** somnolente **B^1** || **7** vocatione **C^1** vagatione **G^1** || **10** famulatio **CL** | ipsum **A^{1}B^{1}D^{1}MRC^{1}G** ipsumque *cett.* (*locum tractavi DMCE 24*) | nimiam] animam **R^1** || **11** qua **M^v** || **13** elegantiam pingendi *delevi DMCE 64* elegantiamque pingendi **A^{2}R^2** elegantia pingendi **B** elegentiam pingendi **D^1** | cum vivos] cuivos **A^{1}B^{1}D^{1}M^{1}R^1** com vivos **R^2** convivos **G** || **14** animator *om.* **V^1** | certe] cere **A^1** ergo **B^2** | complacitum est] complacuit *n. f.* **E** complacitu est **F** || **15** comit] comem **R^1** | iuvenalem **B^{2}M^{1}C^{2}F^2** iuvenilem **R^2** iuvenilium **G** | se igitur *om.* **A^1** | eos *om.* **C^1** eius **D^1** | amorem **R^1** || **16** ne ne **R^1** || **17** repigratior *Grotius* reprigratior **E** reprigritior **F^{1}V** repigritior *cett.* || **18** paulum **B^{2}M^1** (*commode abesset vox ex praecc. fort. repetita*) | anoma **A^1** animalum **P^1** | atqui **A^{2}B^{2}D^{2}L^2** || **18.19** virginis convenit **L** || **19** vinculum **G** | etiam] et **E^1** | adquiescere **A^1** | conivere **A^{2}B^{2}D^{2}R^2** con(h)ibere *cett.* || **20** qui *om.* **M^1** || **21** pollorem **L^1** || **22** notibus **A^1** | discurtere **P^1** || **23** curiosae *om.* **E^{1}F^{1}V^1** | indaginis **B^{2}R^{2}C^{2}F^{2}G** || **24** calculorumque **A^1** culcorumque **R^1** | oblique decusata **A^1** obliqua decussata **D^{2}G** (*d.* **R**) (*fortasse et* parallela *et* obliqua *nihil nisi glossemata sunt*) || **25** polos, climata *Petersen 42* (climata *iam Grot.*) polose limmata **A^{1}D^{2}C^{2}P** polos limmata **A^2** polos et limmata **M^2** polose limata *cett.* (*d.* **R**) | anxiumque **A^{1}F^1** (*d.* **R**)

tudine numerare, nisi haec Philologia, gracilenta quadam affixione consuevit? quotiens deos super eiusdem coactione instantiaque conquestos, cum eos concubiae aut intempestae noctis silentio quiescentes ad se ve-
38 nire inaudita quadam obsecratione compelleret. tam vero abest ut sub hac possit pigrescere intricarique Cyllenius, ut commotis ab eadem suscitatisque pinnis extramundanas petere latitudines urgeatur. cur igitur, rex optime, differuntur, cum pro sola Atlantidae sollertia duos vigiles repromittam?'

39 Haec cum Iuno affixa, ut adhaerebat elatiori plurimum Iovi, acclinatis eius auribus intimaret, de quodam purgatioris vibratiorisque luminis loco allapsa sensim Pallas corusca descendit atque ita, ut videbatur vertici Ioviali inhaerere supervolans, tandem constitit sublimiore quodam annixa suggestu. quam cum Iuppiter, ut iugali elatior adhaerebat, de proximo contiguoque suspexit, sic exorsus: 'o virgo, nostri pars melior, opportune votis intermixta Maiugenae, quae sive Deliacis vocibus permulsa descendis, sive absque te Iovis non erat formare consilium, seu consensus noster ne mutilus videretur approperas, noveris tamen Philologiae Cyllenium nuptias postulare. nondum mea prompta sententia est; exspecto quid suadeas. novi quippe, quam eiusdem virginis incessabilis labor tibi semper acceptus, et ut e tuis numeretur illa pedisequis; par est igitur ipsa
40 praesertim decernas, quicquid de eius conubio provisura dispensas.' tunc Pallas aliquanto submissior ac virginalis pudoris rubore suffusa oculosque peplo, quod rutilum circum caput gestabat, obnubens, improbabat aliquantum quod super nuptiis virgo consulitur, praesertimque eius, quam propter consociationis officia manere cuperet semper intactam. dedignatur praeterea huiusmodi adhibere consensum, cum ita expers to-

§ 39 in. cf. Aug. civ. 4, 10 in. et 7, 16; Macr. sat. 3, 4, 8 || 11 *Ov. met. 3, 101* superas delapsa per auras Pallas adest || 22 *Verg. georg. 1, 430* virgineum suffuderit ore ruborem

[ABDMR CEFV GLP] 1 adfectione **L**^{1} (*d.* **R**) || 2 instantiaque **A**^{2}**B**^{3}**D**^{2} stantiaque **B**^{1}**GP** constantia stantiaque **D**^{1} constantiaque *cett.* (*d.* **R**) || 3 cum eos *om.* **D**^{1}**L**^{1} (*d.* **R**) | concubiae **A**^{2}**B**^{1}**DME**^{2}**F**^{v} conubiae *cett.* (*d.* **R**) || 4 compleret **P**^{1} (*d.* **R**) || 5 poscit **C**^{1} posset **F** (*d.* **R**) || 6 pinnis **B**^{1} perennis **D**^{1}**M**^{1} pennis *cett.* (*d.* **R**) | latitudinis **R** || 7 differentur **E**^{1}**L**^{1} (*d.* **R**) | adlantidae **A**^{1}**C**^{1}**EFVP** atlantiadae **G**^{2} | deos **M**^{1} || 9 cum *om.* **L**^{1} || 10 umbrantioris *n. f.* **A**^{1} vibrantiorisque **D**^{m}**RV**^{1}**GP** || 11 Pallas] lapsas **A**^{1} | discendit **B**^{1}**DM**^{1}**R** | videbantur **A** | vertice **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{2}**C**^{1}**GL** || 13 quam] qua **L** | cum] quam **A**^{1} com **F**^{1} | iugalia **R**^{1} vilia *n. f.* **C**^{1} || 14 continguoqu(a)e **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 15 maiuienae **F** iunae **L**^{1} || 16 discedis **A**^{1}**R**^{1} | seu *om.* **L**^{1} || 17 nostri **C**^{2}**FVL**^{1}**P**^{1} | mutilis **EF**^{1} inutilius *n. f.* **P** || 18 mea] ea **C**^{1}**V** | prumpta **M**^{1} exprumpta **M**^{2} | expecta **V** || 20 *post* acceptus *add.* sit **A**^{g}**E**^{g} *add.* est **D** | e *om.* **C**^{1} | pedis aequis **V** pedissequis **LP** || 21 cunibio **M**^{1} cunubio **M**^{2} || 22 robore **M**^{1} || 23 pleplo **EF** | improbrabat **R**^{2} improbat **E**^{1} || 24 aliquantulum **R**^{2} || 25 consociatiationis **A**^{1} sociationis **C** consortionis **G**^{m} | officio **A**^{1} | cupiret **R**^{1} | intacta **A**^{1}**D**^{1}**R**

tius copulae censeatur, ut neque de ulla commixtione progenita neque ipsa procreare quicquam Arithmetica teste monstretur. ac tunc septem radiorum coronam solivaga virginitas renudavit, ne feturarum causis et copulis interesset. quia tamen eius optaverat Iuppiter exegeratque consilium, suadet deos maritos dearumque grandaevas in haec decernenda conduci; quippe convenire Cyllenio, ut pro officiorum praemiis potissimorum favor caelitum eius vincla sanciret. augustius quoque fieri Ioviale decretum, cum coetu deorum attestante depromitur, ipsamque nupturam deo convenire non posse, nisi superi senatus consulto mortalis esse desineret. id genus plurima suadente Tritonia regum coniugum uterque consentit.

Ac mox Iovis scriba praecipitur pro suo ordine ac ratis modis caelicolas **41** advocare, praecipueque senatores deorum, qui Penates ferebantur Tonantis ipsius quorumque nomina quoniam publicari secretum caeleste non pertulit, ex eo quod omnia pariter repromittunt, nomen eis consensione perfecit. Vulcanum vero Iovialem ipse Iuppiter poscit, licet num- **42** quam ille de sede corusca descenderet. tunc etiam ut inter alios potissimi rogarentur ipsius collegae Iovis, qui bis seni cum eodem Tonante numerantur, quosque distichum complectitur Ennianum:

> Iuno Vesta Minerva Ceresque Diana Venus Mars
> Mercurius Iovis Neptunus Vulcanus Apollo.

item et septem residui, qui inter duodecim non vocantur. post hos quam- **43** plures, alti pro suis gradibus, caelites ac deorum omnium populus absque impertinentibus convocandi. nec mora milites Iovis per diversas caeli re- **44** giones approperant. quippe discretis plurimum locis deorum singuli

§ 41 cf. Aug. civ. 4, 23; Arnob. nat. 3, 40; Sen. nat. 2, 41, 2 || **12** *Apul. met. 6, 23* iubet Mercurium deos omnes ad contionem protinus convocare; *cf. etiam Ov. met. 1, 167 ss.* || **20–21** = *Enn. ann. 63 Vahlen, cf. Apul. Socr. 2 p. 121* || **25** *Ov. met. 1, 173* plebs habitat diversa locis

[**ABDMR CEFV GLP**] **2** quicquid **E** || **3** feturarum *Dick* (*cf. § 738* sine feturarum contagione) futurarum *libri* || **4** copolis **M**^{1} | quia] quae **F** | optaveratque **R**^{1} | exigeratque **R**^{1} || **5** deus **C**^{1} | decerna **A**^{1} || **7** favore **D**^{2}**C**^{1}**V** favorem *n. f.* **M**^{1} fabor **G**^{1} | augustus **A**^{1} || **9** nupturam **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**G**^{2}**P**^{2} nuptiarum **M**^{1}**R**^{1} nuptarum *cett.* | superi *Grotius* super *libri* || **10** coniugum *om.* **P**^{1} (*d.* **R**) || **12** scribae **C**^{2} (*d.* **R**) | ac ratis] atratis *n. f.* **A**^{1} agratis **D**^{1}**M**^{2} sacratis **L**^{1} (*d.* **R**) || **13** penates] per penates **M**^{1} (*d.* **R**) || **14** publicare **C**^{2} (*d.* **R**) | secretum caeleste *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} caeleste secretum **E**^{m} (*d.* **R**) || **15** *ante* consensione *add.* ex *Leid. 36* (*sed melius fortasse* ex *pro* eis *legendum*) | consione **M**^{1} (*d.* **R**) || **16** volcanum **M**^{1} (*d.* **R**) | vero] quoque **EFV**^{1} (*d.* **R**) | iupiter **L** (*d.* **R**) | poscio **D**^{1} (*d.* **R**) || **18** collige **MR** | sene **B**^{1} || **19** ennoanum **D** || **21** Iovis *ed. pr.* iuppiter **A**^{1}**B**^{1}**DRCF**^{1}**V** iupiter *cett.* | nertunus **V** neptuns **L**^{2} (*cf. Remig. ad loc.*) nereus **G** *audaci divinatione* neptunus *cett.* || **22** et *n. f.* **M**^{1} *rasura duarum litt. in* **G** ex *cett.* || **23** alti] alii *dett. quidam* | ac *om.* **F**^{1} | omnis **A**^{2} *edd.* || **24** diversas] universas **A**^{2} || **25** disceretis **C**^{1} discetis **G**^{1} | lucis **R**^{1}

mansitabant, et licet per zodiacum tractum nonnulli singulas vel binas
domos animalibus titularint, in aliis tamen habitaculis commanebant.
45 Nam in sedecim discerni dicitur caelum omne regiones, in quarum pri-
ma sedes habere memorantur post ipsum Iovem dii Consentes Penates,
46 Salus ac Lares, Ianus, Favores opertanei Nocturnusque. in secunda iti-
dem mansitabant praeter domum Iovis, quae ibi quoque sublimis est,
ut est in omnibus praediatus, Quirinus Mars, Lar militaris; Iuno etiam
47 ibi domicilium possidebat, Fons etiam, Lymphae diique Novensiles. sed
de tertia regione unum placuit corrogari. nam Iovis Secundani et Iovis
Opulentiae Minervaeque domus illic sunt constitutae; sed omnes circa
ipsum Iovem fuerant in praesenti. Discordiam vero ac Seditionem quis
ad sacras nuptias corrogaret, praesertimque cum ipsi Philologiae fuerint
semper inimicae? de eadem igitur regione solus Pluton, quod patruus
48 sponsi est, convocatur. tunc Lynsa silvestris, Mulciber, Lar caelestis
49 necnon etiam militaris Favorque ex quarta regione venerunt. corrogan-
tur ex proxima, transcursis domibus coniugum regum, Ceres, Tellurus
50 Terraeque pater Vulcanus et Genius. vos quoque, Iovis filii, Pales et Favor
cum Celeritate, Solis filia, ex sexta poscimini; nam Mars Quirinus et Ge-
51 nius superius postulati. sic etiam Liber ac secundanus Pales vocantur ex
septima. Fraudem quoque ex eadem post longam deliberationem placuit
52 adhiberi, quod crebro ipsi Cyllenio fuerit obsecuta. octava vero transcur-
ritur, quoniam ex eadem cuncti superius corrogati, solusque ex illa Veris

§ 45 cf. Plin. nat. 2, 143 (Weinstock, Martianus Capella and the Cosmic System of the Etruscans, JRS 36, 1946, 101–129); 2, 138 s.; Firm. math. 2, 19, 2–13 || 7 *Apul. flor. 22* bene praediatus || 15 Lar militaris] *cf. ILS 451; 3637; 3638* || 17 Pales] *cf. Serv. georg. 3, 1; Arnob. nat. 3, 40*

[**ABDMRCEFVGLP**] 1 mansitabat **P**^{1} || 2 domus **CEFVLP** | *ante* animalibus *add.* in **M**^{2}**E**^{2}**F**^{2}**V**^{2} | titularent **A**^{1}**R**^{1} || 3 discerni dicitur **AMRCV**^{v}**G**^{2} discernitur *cett.* | omnes **A**^{1}**R**^{1} || 4 Consentes Penates *sine interpunctione scribendum docuit Wissowa Ges. Abh. (1904) 127 n. 2* || 5 ac lares] aglares **A**^{1}**R**^{1} alares **P**^{1} | fabores **B**^{1}**D** **M**^{1}**R**^{1}**GL**^{1} | opertanei **M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} obpertanei **AB**^{2}**M**^{1}**FL**^{1} obportanei **B**^{1}**D** obtertanei **R**^{1} oppertanei **C**^{1}**V** | noturnusque **A**^{1} nocturnique **C**^{1}**L**^{1} || 7 in *om.* **R**^{1} | *post* praediatus *add.* hereditatius **C**^{1}**EFV** *delet* **C**^{2} | lar **A**^{2} lars *cett.* | militari **D**^{1} mitaris **C**^{1} || 8 possidebant **L**^{1} | fons] fors **R**^{v} | lympae **A**^{1}**M**^{1}**R** | dii **B**^{1} | novem siles **AD**^{2}**M** iovensiles **R**^{v}**G**^{v} || 9 corrigari **R**^{1}**P**^{1} || 10 oppulentiae **L** | domus *om.* **L** || 11 sedictionem **B**^{1}**M** siditionem **C**^{1} seditione **E** || 12 rogaret **C**^{1} corrogat **P**^{1} | praesertim quae **B**^{1} praesertim **M**^{2} (-que *deleto*) | cum] tum **A**^{1}**D**^{1}**R** tam **M**^{1} | ipse **V** | fuerint **R**^{2}**G** fuerant **C**^{2}**L**^{1} fuerunt *cett.* || 14 convacatur **M**^{1} vocatur **F**^{1} | lymsa **P** | mulcifer **M**^{2} || 15 favorque **A**^{2}**M**^{2}**F**^{2}**L**^{2} faborque *cett.* | convenerunt **EF** || 16 proxima] prima **L**^{1} | coniugium **M**^{1} | telluris **A**^{1} || 17 genuus **R**^{1} | vos ... 18 Genius *om.* **C**^{1}**V**^{1} | vos] hos **E** | fili **R**^{1} | fabor **A**^{1} || 18 secta **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**L**^{1} | posci minimam **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 19 postulanti **R**^{1} | sic] sed **B**^{2}**M**^{1}**R**^{2}**C**^{2} | ac *om.* **C** et **EFVP** || 20 septimae **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R** | quoque *Vonck. 80* quippe *libri* | placuit *om.* **B**^{1} || 21 crebo **CVL** | vero] etiam **A**^{1} | transcuritur **C** || 22 eadem] edem **A**^{1}**R**^{1}

fructus adhibetur. Iunonis vero Hospitae Genius accitus ex nona. Nep- 53 54
tune autem, Lar omnium cunctalis ac Neverita tuque, Conse, ex decima
convenistis. venit ex altera Fortuna et Valitudo Favorque pastor, Mani- 55
bus refutatis, quippe ii in conspectum Iovis non poterant advenire. ex 56
duodecima Sancus tantummodo devocatur. Fata vero ex altera postu- 57
lantur; ceteri quippe illic dii Manium demorati. bis septena Saturnus 58
eiusque caelestis Iuno consequenter acciti. Veiovis ac dii publici ter quino 59
ex limite convocantur. ex ultima regione Nocturnus Ianitoresque ter- 60
restres similiter advocati. ex cunctis igitur caeli regionibus advocatis 61
deis, ceteri, quos Azonos vocant, ipso commonente Cyllenio convocantur.
tunc elementorum praesules atque utilitatis publicae mentiumque culto- 62
res omnisque populus potestatum, quas Numae multus successor indigi-
tat; qui confestim omnes Iovis imperio convocati, in aulam caelitem con-
vibrantibus venere sideribus.

Tunc Ianus in limine militesque Iovis ante fores regias constiterunt; 63
ingressuros etiam cunctos nominatim vocabat Fama praeconans. at 64
intra consistorium regis quaedam femina, quae Adrastia dicebatur, ur-
nam caelitem superamque sortem inrevocabilis raptus celeritate torque-
bat excipiebatque ex volubili orbe decidentes sphaeras peplo inflexi pec-
toris Imarmene. Clotho vero Lachesis Atroposque, quoniam sententias 65
Iovis orthographae studio veritatis excipiunt, utpote librariae superum
archivique custodes, cum senatum curiamque contrahi et ipsum Tonan-
tem exuviis indusiari publice cernerent, magistratus in acta caelestumque

10 Azonos] *cf. Serv. Aen. 12, 118* || *§ 64 cf. Gell. 7, 2, 1*

[ABDMR CEFV GLP] **1** hospitio $D^2M^1GP^v$ (*d.* **R**) || **2** *ante* lar *add.* et B^2 (*d.* **R**) | omnium *fort. delendum quasi explicatio vocis* cunctalis | cunctalis *corruptum putabat Eyss.* | noverita **A** (*d.* **R**) | cosse $A^vB^2C^2L^v$ || **3** valatitudo L^1 (*d.* **R**) | favorque $A^2EFV^1GL^2$ faborque *cett.* (*d.* **R**) || **4** ii D^2 hi **AGP** hii *cett.* (*d.* **R**) | ex] de **F** (*d.* **R**) || **5** dudecima A^1 XII **C** duodecimo P^1 (*d.* **R**) | sanctus C^1 (*d.* **R**) | postolantur M^1 (*d.* **R**) || **7** eique B^1 (*d.* **R**) || **10** de his $B^1D^1R^1$ diis EFV^1 | azonus D^1 *et fort.* B^1 azonas **R** | vocant *hoc loco* $A^2D^2GL^2P$ *om.* C^1L^1 *ante* azonos *collocant* C^2EFV *pro* vocant *est* quae *in* $A^1D^1M^1$ *et fort.* B^1 *delet* M^2 (*d.* **R**) | ipsa **M** ipsos C^1 (*d.* **R**) || **12** omnesque D^1 (*d.* **R**) | quas *scripsi AMC (1968) 81* quos A^1G^2 quis *cett.* | multis A^1P^1 *om.* L^1 | indigitat *scripsi* indicat *libri* || **13** convibrantis A^1D^2 convibratis $B^1D^1M^2F^2L^1$ *fort. recte* conbibrantis **R** || **14** venire $A^1B^1DM^1R$ || **15** limite B^1 | foras **R** || **16** ingressurus A^1R | vocabant **R** | at] ad **AR** || **17** consistorum A^1R^1 | adarastria D^1 adarastia D^2 adrastria C^2 *et fort.* B^1 | urnam] nam R^1 unam C^1 || **19** dicidentes B^1D^1 decidente R^1F^1V decedentis P^1 decidentis P^2 | inflexo *n. f.* G^1 || **20** inarimene *n. f.* C^1 imamene V^1 || **21** utpute **G** || **22** arciique **E** archique P^1 | *ante* senatum *add.* in B^2 | Tonantem] senatum A^1 || **23** exuviis $A^2B^2D^2M^2R^2EV^1L$ exubis G^1 exubius P^1 exubiis *cett.* | publici A^1R^1 pulici M^1R^2 pliblice **F** | magistratus] senatus *coni. Eyss.* | caelestumque BDM^1RG caelestemque A^1 caelestiumque *cett.*

66 consultum stilos acuunt cerasque componunt. tunc Iuppiter publica et quae senatum contracturus assumit indumenta percipiens apponit primum vertici regalis serti flammantem coronam contegitque ex posticis caput quodam velamine rutilante, quod ei praesul operis Pallas ipsa texuerat. dehinc vesti admodum candidae obducit amictus hyalinos, quos stellantibus oculis interstinctos crebri vibratus ignium luminabant. tunc duo globosos orbes, quorum unus auro, electro alius praenitebat, dextera porrectiore corripuit, laeva enneapthongon chelyn innitenti similis imprimebat. calceos autem smaragdinae fluctu viriditatis herbosos vestigiis eius Tellus annexuit. insidebat autem ex pavonum pennis intertextae oculataeque pallae, ex qua multicoloribus notulis variegata pictura vernabat; sub calceis vero fuscinam deprimebat.

67 Huius suggestui subditus Iunonis consessus haud indecenter ornatus. ipsa vero tecto capite lacteo quodam calymmate praenitebat, cui gemmis insitum diadema pretiosis; nam neque scythidis virecta nec ceraunorum vibrans fulgoransque lumen nec flucticolor hyacinthi credebatur abesse profunditas, sed totum illud sertum capitis fulgorantis Thaumantias obtulisse reginae caelitum ferebatur. ipsius vero divae vultus assidua perlucens gratia fratri consimilis, nisi quod ille immutabili laetitia renidebat, haec commutationum assiduarum nubilo crebrius turbidabatur; nam vestis eius hyalina, sed peplum fuerat caligosum, quod tamen, si appulsu cuiusque luminis tangeretur, inter obumbrantes nebulas sudae perspicuitatis gratia praeniteret. haec fulmen dextera, laeva sonorum bombis

§ 66 de Iove quasi mundi totius imagine cf. Aug. civ. 7, 6 et 9 || 4 *cf. Sidon. carm. 15, 126 s.* || 11 *Apul. met. 11, 16 et flor. 15 p. 20, 14* picturis variegatam || 13 *Apul. met. 4, 26* decenter ornabat

[**ABDMR CEFV GLP**] 3 contigitque **A^1RG^1** || 4 praesol **R^1** || 6 cerebri **A^1R^1** || 7 duos **$R^2C^2GL^2$** || 9 imprimebant **$A^1B^1D^1R^1$** | smaragdinae **A^1DGL** smaracdinae **B^1MRC^1EVF** smaragdineae *cett.* || 10 annexuerat **B^2** innexuit **M^2** annexit **C^1** anexuit **P** | pavorum **A^1R^1** | pinnis **$B^1D^1R^1E$** pennis *cett.* || 11 occultaeque **A^1** | notolis **A^1R^1** | variegata **$A^1B^1M^1R^1$** variata **$A^2R^2EL^2$** variegraata **D^1** varicata *cett.* || 12 vernebat **M^1** | fuscina **F** || 13 consensus **$A^1B^1D^1RV^1$** confessus **F^1** consesus **L^1** | haud] au **A^1** haut **MV** aut **RC^1** hau **P** || 14 calymmate *Grot.* calummate **A^2** calumnate **$A^1B^1D^1M^1RV^2GL^1$** galumnate *cett.* || 15 nam neque] namque **L** | scytis **A^2D^2** scyrthidis **M** sci//tidis **C** smadis **F^1** smaragdis **F^2** scyadis **V^1** | curaunorum **A^1B^1** ceraunorum curaunorum **D^1** ceraunionum **D^2** cura unonum **M** curacunorum *n. f.* **C^1** (*d.* **R**) || 16 fulguransque **A^2C^2GL** flugoransque **C^1** | iaccincti **A^1** iacincti **A^2RCP** || 17 fulgorantis **$AB^1DF^2L^2P$** fulgorans **B^2** fulgurantis **MCV^2GL^1** fulgurans **EF^1V^1** (*d.* **R**) *melius posuisset* fulgentis *ut repetitio insulsa vitaretur* || 19 renitebat **A^1** (*d.* **R**) || 20 commotationum **D^1** commutionum **M** commotionum **G** (*d.* **R**) | nibilo **D^1** (*d.* **R**) | turbidabatur **G** turbidatur *cett.* (*d.* **R**) || 21 salina **B^1D^1** alina **F^1** (*d.* **R**) | adpulsum **M^1** apulsu **$C^2F^2G^2$** (*d.* **R**) || 22 cuiusdam *n. f.* **A^1** cuius **C^1V^1** (*d.* **R**) | umbrantes **B^1** (*d.* **R**) | sudae *post* perspicuitatis *collocat* **F** suadae **D^1** (*d.* **R**) || 23 praetineret **A^1B^1M** praeniteret praetineret **D^1** (*d.* **R**) | dextra **CEFV** a dextera **P^2** (*d.* **R**) | pompis **RE**

terrentibus tympanum sustinens, sub quibus plurimum sudans ima sub-
iecta roscidis videbatur inundare fluoribus. huius vero calcei admodum
furvi, quorum maxime solea atrae noctis nigredine coloratur. nam eius-
dem genua zona quidem diversicolor ambiebat, quae nunc perfulgido
resplendebat orbe, nunc vanescentis gratiae tenuata varietas ita penitus
ablegabat, tanquam nihil habuisset ante discolorum. his igitur uterque 68
regum indumentis decenter ornati ante consessum in suggestu sidereo
positam quandam sphaeram caelatam varietate multiplici conspicantur,
quae ita ex omnibus compacta fuerat elementis, ut nihil abesset, quicquid
ab omni creditur contineri natura. illic caelum omne, aer, freta diversi-
tasque telluris claustraque fuere Tartarea; urbes etiam, compita cuncta-
rumque series animantum tam in specie quam in genere numerandae.
quae quidem sphaera imago quaedam videbatur ideaque mundi. in hac
quid cuncti, quid singuli nationum omnium populi cotidianis motibus
agitarent, Pythei reformantis speculo relucebat. ibi quem augeri, quem
deprimi, quem nasci, quem occidere Iuppiter vellet, manu propria ipse
formabat; quam terrarum partem disperdere, quam beare, quam vastam
quamque celebrem cuperet, fictor arbitrarius variabat. hoc igitur fatum 69
publicum conspicans componensque deorum senatum iussit admitti.
quamvis intus, quos innominabiles sacra vis testatur, intrarent, tamen
etiam primatibus divum praesertimque parentibus uterque consurgunt.

§ 68 *cf. Prob. Verg. ecl. 6, 31* || 7 *Apul. met. 4, 26* decenter ornabat

[ABDMR CEFV GLP] 2 innudare *n. f.* C^1 | floribus A^1 fluvoribus G || 3 sola $A^1B^1D^1RC^1EFV$ sole M^1 | coloratu B^1D^1 colorat[R coleratur F^1 | eiusdem] idem eius D^1 *et fort.* B^1 (*d.* R) || 4 quidem] *fort. legendum* quaedam | ambigebat $CEFV^1$ || 5 vanescentes A^1R^1 vanes C^1 | gratias *dub. Dick, qui aut sic corrigendum aut post* penitus *inserendum* colores *vel* fulgorem *putavit* | verietate L^1 varietate *coni. Morelli 251* || 6 ablegabat $M^2C^2L^2$ abligabat AG^2P obligabat $BDEFVL^1$ abligebat M^1]bat R abligat C^1 alligabat *n. f.* G^1 | antea *fort. legendum propter clausulam* | igitur uterque $A^2B^2M^2C^2L^2$ igiturque $A^1M^1R^1$ igitur $B^1DR^2C^1EFVGL^1P$ || 7 consensum $A^1D^1M^1RV^1L^1$ disconsessum P^1 | sugestu M || 8 oppositam A^2M | feram F^1 | celam $A^1M^1R^1$ || 9 *post* omnibus *repetit* conspicantur ... omnibus F || 10 omnibus ADM^1R^1 | continere AB^1DMR^1 (*sane malim* quicquid omnis creditur continere natura) | illi A^1R^1 || 11 fuere *scripsi Mnemos. 30, 1977, 160* fuerat $A^1M^1R^1$ fuerant *cett.* | orbes D^1 | competa $A^2M^2C^2P$ compta M^1 | cunctorumque B^2P cunctorum CEFV cunctarum L^1 || 12 series *scripsi* (*ibid.*) species *libri* | animantum BDG^2LP animantium *cett.* || 14 quotidianis A^1D^1L quod tidianis B^1 cottidianis R tidianis P^1 || 15 Pythei reformantis *coni. Kopp* (pithei *etiam* R^2G^m) pidei reformantis $B^1D^1R^1$ pede ire formanti F^1 pede ire reformantis G^2 pede ire formantis *cett.* || 17 disperderet P | beare] abeare A^1R^1 habere P^1 | quamque] et M || 18 cupiret R | factor G^v | arbritrarius P || 19 componesque L^1 | amitti B^1

70 verum sator eorum gressibus tardus ac remorator incedit glaucoque amic-
tu tectus caput. praetendebat dextra flammivomum quendam draconem
caudae suae ultima devorantem, quem credebant anni numerum nomine
perdocere. ipsius autem canities pruinosis nivibus candicabat, licet ille
71 etiam puer posse fieri crederetur. eius coniunx grandaeva corpulentaque
mater quamvis fecunda circumfusaque partubus, tamen floridam disco-
loramque vestem herbida palla contexerat, in qua totus gemmarum me-
tallorumque census atque omnium proventus frugesque sationum larga
72 admodum ubertate ferebantur. huic Vesta, quae etiam coaeva eius fue-
rat, adhaerebat, quae quod nutrix Iovis ipsius suoque eum sustentasse
73 gremio ferebatur, caput regis ausa est osculari. post hos candida cum so-
rore Sol auratus expetitur, qui mox ut coepit ingressui propinquare, pur-
purae rutilantis puniceus quidam fulgor antevenit, et rosulenti splendoris
gratia totam aulae ipsius curiam obstupefactis ceteris ornatibus lumina-
vit. ast ubi primos honorati capitis radios ingressurus immisit, ipse etiam
Iuppiter paululum retrogressus sub immensi nitoris lumine caligavit,
sphaerae vero orbesque, quos dextera sustinebat, veluti speculo cognati
74 luminis refulsere: Iuno autem diversicoloris illustris ornatibus ac varia
[velut speculo cognati] gemmarum luce resplendens candentibus serenis
75 enituit. erat illi in circulum ducta fulgens corona, quae duodecim flam-
mis ignitorum lapidum fulgorabat. quippe tres fuerant a fronte gemmae
lychnis, astrites et ceraunos, quae eius effigiem reverendam a cognitione
conspicientium vibrantes radiorum fulgoribus occulebant; quarum alia
Cancri cerebro, Leonis oculis altera, Geminorum fronte assumpta tertia

1–2 *Verg. Aen. 12, 885* caput glauco contexit amictu || 2 draconem] *Macr. sat. 1, 9, 12* || 6 *Culex 70* florida tellus || 9 Vesta] *Varro ap. Aug. civ. 7, 24* Tellurem ... putant esse ... Vestam || 11 *Verg. Aen. 7, 8* candida ... luna || *§ 75 locum sequitur Mythogr. Vatic. III 8, 7–10*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 glauco quoque **F^2G** *et fort.* **A^1** glauquoque **F^1** | amicto **A^1R** || 2 dextera **CEFVG** || 3 credebat **L^1** || 4 canicis **B^1D^1** cantices **R** canices **L^1** | nubibus **$A^1D^2M^1R^1$P** nubibus nibubus **D^1** | candidabat **G^2LP^1** || 4.5 illi etiam **A^1R** etiam ille **G** || 5 pose **L^1** | coniunx **BDC^2GLP** coniux *cett.* || 6 secunda **$A^1B^1R^1$** | circususaque **A^1** | partibus **$A^1B^1D^1R^1$E** || 7 conexerat **B^1** contexuerat **G** | totos **$A^1B^1DM^1R^1$** || 8 cessus **E** || 9 uberitate **F** | ferebant **A^1** || 12 exposcitur **A^sEFVP^v** (*d.* **R**) | ut *delebat Dick* || 13 fulgo **A^1** fulgur **C^2F^1** (*d.* **R**) || 14 ceterorum **B^2** (*d.* **R**) | ornatilibus *n. f.* **B^1** ornationibus *fort.* **C^1** (*d.* **R**) | luminabat **A^2D^2M** (*d.* **R**) || 15 ingressurus] insuros **M^1** || 16 lumine *scripsi Mnemos. 30, 1977, 160 et ita vulgo ante Eyss. edebant* nomine **A^1M^1** numine *cett.* || 17 sphaera *volebat Eyss.* | speculo] spectaculo *fort. legendum* || 18 Iuno] Luna *coni. Grotius infeliciter* | diversecoloris **A^1C^1** diversicoloras **R^1** | illius tris **A^1R^1** || 18.19 velut varia **C^1EFV** || 19 velut speculo cognati (*sic* **$B^1D^1R^1$** cognatu **A^1** cognato *cett.*) *delevit Petersen 68* || 20 corona] cora **F^1** (*d.* **R**) || 21 ignitorum **D^2** ignotorum *cett.* | fulgebat *n. f.* **A^1** fulgurabat **C^2E^2P** || 22 lignis **$A^1R^1L^1$** lychinis **B^1G** lychgnis **D^1** | ustrites **A** austrites *n. f.* **D^2** | caeteraunos **E** ceraunis **G^1** ceraunus **G^2** || 23 vibrantibus **A^vMR^2** | oculebant **A^1R^1**

dicebatur. aliae sex ex utroque latere rutilabant, quarum smaragdos una,
scythis altera, iaspis tertia vocabatur, inter quarum virorem †feta mari
lumina coruscatus fonti quaedam interioris† suavitas resplendebat. hya-
cintho dendrites etiam heliotropios utrimque compacti, qui lapides
coloribus suis terras ratis temporum vicibus herbidabant, quos ei ad ob-
sequium numinis recurrentes Ver dicebatur et Autumnus muneri contu-
lisse. posterior autem pars coronae hydatide, adamante et crystallo la-
pidibus alligabatur; hos enim Hiems undosa genuerat. ipsius vero divi
auro tinctam caesariem comasque crederes bratteatas. facie autem mox **76**
ingressus est pueri renidentis, in incessu medio iuvenis anheli, in fine senis
apparebat occidui, licet duodecim nonnullis formas convertere credere-
tur. corpus autem eius flammeum totum, pinnata vestigia, pallium coc-
cinum, sed auro plurimo rutilatum. sinistra autem manu clipeum co- **77**
ruscantem, dextera ardentem facem praeferebat, calcei autem similes
ex pyropo. quem iuxta Luna leni quodam teneroque vultu ex fraterna
fulgorem lampade resumebat. post hos admissi fratres Iovis, quorum **78**
alter maritima semper inundatione viridior, alius lucifuga inumbratione
pallescens. in capite uterque dominandi sertum pro regni condicione ge- **79**
stabat; nam unus albidi salis instar candidum atque spumarum canitiei **80**
concolorum, alter ebeninum ac tartareae noctis obscuritate furvescens;
qui quidem multo ditior fratre et semper eorum quae gignuntur conquisi-
tionibus opulentus; alius vero propter molem elationemque corporis re-
nudatus ac despuens divitias oppressione quaesitas. verum utrique di- **81**

§ 76 cf. Macr. sat. 1, 18, 10 et 1, 21, 21, cf. Aug. civ. 7, 16 || 13–14 *Cic. Verr. 5, 74* sinistra manu retinebat arcum; dextra ardentem facem praeferebat

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 dicebantur $\mathbf{R^{1}}$ | sex] etiam $\mathbf{B^{2}}$ | smaragdos $\mathbf{A^{2}BDMG}$ smaracdus **CEV** smaragdus *cett.* || 2 scydis **G** | altera] una **P** | haspis $\mathbf{C^{1}}$ | virorem] rem $\mathbf{A^{1}}$ verorem $\mathbf{R^{1}}$ | feta $\mathbf{B^{1}L^{1}}$ freta **DR** foeta *cett.* || 3 fronti $\mathbf{B^{2}P^{2}}$ fontis $\mathbf{R^{2}G^{1}}$ | quaedam fonti **E** | interior $\mathbf{A^{2}D^{2}M^{2}}$ (*locum ut desperatum reliqui*) | resplendebat *om.* $\mathbf{E^{1}FV^{1}}$ resplendebant $\mathbf{R^{1}}$ | hyacintho **FLP** yacincto $\mathbf{B^{1}RCEVG}$ yacintos **D** iaconctos $\mathbf{AB^{2}M}$ || 4 dentrides $\mathbf{A^{1}D^{2}R^{1}}$ dentrites $\mathbf{A^{2}}$ | eliotropos **M** | compacti $\mathbf{B^{2}MV^{2}L^{2}P^{2}}$ compactum *n. f.* $\mathbf{A^{1}}$ compactu *cett.* || 6 recurrentis $\mathbf{B^{2}R^{1}C^{2}G}$ | vir $\mathbf{A^{1}}$ veri **P** | muneri *scripsi* munere *libri* || 7 hydatide **AR** ydatite *cett.* | crystallos $\mathbf{A^{1}M^{1}R^{1}}$ || 8 alligabat $\mathbf{A^{1}R}$ | hiemps **BRCEV** | divi *om.* $\mathbf{C^{1}E^{1}F^{1}}$ *ante* vero *collocat* $\mathbf{F^{2}}$ || 9 credere $\mathbf{C^{1}V}$ | brattiatas $\mathbf{A^{1}B^{1}M^{1}R^{1}}$ | *post* mox *add.* ut $\mathbf{A^{s}D^{2}R^{2}E^{s}L^{s}}$ || 10 renitentis $\mathbf{AR^{2}}$ renidentes $\mathbf{R^{1}}$ | incensu $\mathbf{AR^{1}G}$ incesu **M** || 11 apparebit $\mathbf{D^{1}}$ | a nonnullis $\mathbf{M^{2}L^{2}}$ nonnulli $\mathbf{V^{1}}$ || 12 pinnata $\mathbf{B^{1}D^{1}M^{1}R}$ pendata $\mathbf{A^{1}}$ pennata *cett.* | coccineum $\mathbf{A^{2}B^{2}M^{2}L^{2}}$ coccinium $\mathbf{M^{1}}$ cogtineum **P** || 14 dextra **EFV** | faciem $\mathbf{R^{1}}$ | autem] vero **G** || 15 leni **L** levi *cett.* || 16 resunebat $\mathbf{A^{1}}$ || 17 utridior $\mathbf{L^{1}}$ || 18 codicione $\mathbf{D^{1}}$ || 19 alibi $\mathbf{R^{1}}$ albido **E** abbidi **P** | canitiei $\mathbf{M^{2}}$ canitie $\mathbf{A^{2}C^{2}L^{2}P^{2}}$ canitiem *cett.* || 20 altor $\mathbf{R^{1}}$ | ebeninum *scripsi* euenum $\mathbf{R^{1}}$ ebenum *cett.* (ebeneum *vulgo edunt*) | fervescens $\mathbf{A^{1}R^{1}C^{1}VG^{v}}$ || 23 despuens **CEFVLP** dispuens *cett.* | oppressiones $\mathbf{A^{1}}$ cum oppressione $\mathbf{E^{s}V}$ (*d.* **R**) | verum] fuerat $\mathbf{A^{2}}$ (*d.* **R**) | utrisque $\mathbf{B^{2}CEFVL^{1}}$ (*d.* **R**)

versa coniunx; nam hic nudus omnium nutricem deorumque hospitam
secum ducit; ille puellam accessibus gratulantem, quae ita plerumque
frugem exposcentibus tribuat, ut magni nominis vota sint eidem redhi-
82 bere centesimam. dehinc admissi Tonantis ipsius filii, inter quos primus
quidem ruber iuvenis ac vorax omnium sititorque etiam sanguinis gra-
diebatur; alter suavis et comis facemque dextera, laeva gestans cratera
somnificum ac pronus in petulantiam ferebatur. huius gressus incerti
83 atque olacis temeti madoribus implicati. post hos duorum una quidem
84 germanaque facies, sed alius lucis sidere, noctis alius refulgebat. dehinc
quidam roboris inauditi et exstirpandis semper adversitatibus praepara-
tus; sed eius miros lacertos rictusque Cleonaeos limis Iuno cernebat.
85 quin inter eos decentes feminae, quarum una virgo ferebatur, alia gene-
rationum omnium mater; illi arcus cum pharetra, huic rosis decusatim
vinctis sertata contextio. quam et conspicere nitentem et fantem audire
dulces illecebras et attrahere flagrantissimi spiritus halatibus redolentem
et osculis lambere et contingere corpore eiusque velles cupidine suspirare!
quae quidem licet amorum voluptatumque mater omnium crederetur,
86 tamen eidem deferebant pudicitiae principatum. cum his grata Ceres,
admodum gravis femina alumnaque terrarum ac nutrix mortalium, vide-
87 batur. quidam etiam claudus faber venit, qui licet crederetur esse Iuno-
88 nius, totius mundi ab Heraclito dictus est demorator. tunc etiam omnium
garrula puellarum et contrario semper fluibunda luxu levitate pernix
desultoria gestiebat; quam alii Sortem asserunt, Nemesinque nonnulli,
Tychenque quam plures aut Nortiam. haec autem quoniam gremio lar-

4 centesimam] *cf. Fulg. myth. 1, 10*

[ABDMR CEFV GLP] 1 coniux $\mathbf{A^1B^1M^1F}$ || 2 gratulentam $\mathbf{A^2M^1}$ (*d.* **R**) || 3 tribuit $\mathbf{A^2C^2}$ (*d.* **R**) *de* tribuebat *olim cogitabam* | nominis *coni. Eyss.* numeris $\mathbf{A^1D^1}$ numerus *n. f.* $\mathbf{B^1}$ numinis *cett.* (*d.* **R**) | idem $\mathbf{B^1}$ | redebere $\mathbf{A^2}$ reddibere **M** || 4 dehinc] deinde $\mathbf{F^1}$ (*d.* **R**) | amissi $\mathbf{A^1C^1EV}$ || 6 comis $\mathbf{B^2M^2C^2F^2P^2}$ comes *cett.* (*d.* **R**) | facemque $\mathbf{A^1B^1DM}$ *et coni. Grot.* faciemque *n. f.* $\mathbf{C^1}$ falcemque *cett.* (*d.* **R**) | dextra **CEFV** (*d.* **R**) | laevaque **CEFV** (*d.* **R**) || 7 ferebatur $\mathbf{F^2L}$ referebatur *cett.* (*d.* **R**) || 9 sidereae $\mathbf{B^2E^2G^1L^2}$ (*d.* **R**) || 10 inaudicti $\mathbf{L^1}$ (*d.* **R**) || 11 rictosque $\mathbf{A^1}$ (*d.* **R**) | cleneos $\mathbf{A^1B^1D}$ clineos $\mathbf{D^v}$ cleonios $\mathbf{M^1}$ (*d.* **R**) | limis $\mathbf{A^1B^1D^1R}$ sublimis *cett.* || 12 quin *Kopp ex Darmst.* ques **M** quos $\mathbf{L^1}$ quis *cett.* quos (*deleto* eos) *ed. Dick* | decentes *coni. Grot.* decernentes *libri* || 13 decussatim $\mathbf{M^1}$ || 14 iunctis **AG** vincis $\mathbf{B^1}$ vinculatis $\mathbf{B^2}$ devinctis **C** | contexio $\mathbf{C^1}$ | fontem $\mathbf{A^1B^1D^1R^1}$ || 15 dulcis $\mathbf{A^1BD}$ $\mathbf{M^1R}$ | flagrantissimi $\mathbf{B^2P^2}$ flagrantissimis $\mathbf{AB^1M^1RP^1}$ fraglantissimi $\mathbf{M^2C^2F^2}$ fraglantissimis *cett.* | spiritibus $\mathbf{A^1R}$ | *ante* redolentem *add.* et $\mathbf{L^1}$ | redolentem *om.* $\mathbf{C^1E^1F^1V^1}$ || 16 suspirari $\mathbf{A^2D^2M^2}$ || 17 quae] qui $\mathbf{C^1}$ quod $\mathbf{F^1}$ || 18 eiusdem $\mathbf{B^1}$ | grata] gratiam $\mathbf{A^1B^1D^1M^1R^1}$ (Graia *fort. legendum*) || 20 faver $\mathbf{A^1R^1}$ | iunonis $\mathbf{A^1}$ $\mathbf{R^1E^1}$ || 21 demoratur $\mathbf{R^1}$ moderator *Préaux* *alii alia* || 22 fluibundus $\mathbf{A^1R^1}$ fluvibunda $\mathbf{B^2MP}$ | luxu] luxu et $\mathbf{A^2}$ luxa $\mathbf{V^1}$ (*fortasse de* lusu *cogitandum est*) | levitae $\mathbf{B^1C^1}$ || 23 gestabat $\mathbf{A^2L^1}$ | Nemesinque *Dick ex Bern.* nemesimque *omnes mei* || 24 tychenque $\mathbf{B^1DRGLP}$ tichem quam $\mathbf{A^1}$ tycheque $\mathbf{B^2}$ tichemque *cett.* | aut *del.* $\mathbf{C^2}$ au $\mathbf{L^1}$ | quoniam *om.* $\mathbf{L^1}$

giore totius orbis ornamenta portabat, et aliis impertiens repentinis moti-
bus conferebat, rapiens his comas puellariter, caput illis virga commi-
nuens, eisdemque quibus fuerat eblandita ictibus crebris verticem com-
plicatis in condylos digitis vulnerabat. haec mox Fata conspexit omnia **89**
quae gerebantur in Iovis consistorio subnotare, ad eorum libros et pugil-
larem paginam currit, et licentiore quadam fiducia quae conspexerat
inopinata discerptione corripuit, ut quaedam repente prorumpentia vel-
ut rerum seriem perturbarent, alia vero, quae causarum ratio prospecta
vulgaverat, quoniam facere improvisa non poterat, suis tamen operibus
arrogabat. post hanc vulgo ceteri devenere. Iuppiter tunc solio resedit **90**
praecepitque cunctos pro meriti ordine residere. tuncque subsellia flam-
mabunda coetum suscepere sidereum; verum quidam redimitus puer ad
os compresso digito salutari silentium commonebat. 'conticuere omnes
intentique ora tenebant.' tunc Iuppiter coepit: **91**

Ni nostra, astrigeri, nota benignitas
conferre arbitrium cogeret intimum
et quicquid tacito velle fuit satis
id ferre in medium collibitum foret,
possem certa meis promere ductibus,
nec quisquam illicitis tollere nisibus
concertans cuperet iussa deum patris.
sed tristis melius censio clauditur,
atque infanda premit sensa silentium,
ne vulgata ciant corda doloribus.

2 *Plaut. Rud. 1118* ego tibi comminuam caput || 3 *Apul. met. 6, 22* assiduis ictibus || 10 *Verg. Aen. 1, 506* solioque ... resedit || 12–13 *Varro ap. Aug. civ. 18, 5* simulacrum, quod digito labiis impresso ...; *Ov. met. 9, 692* quique premit vocem digitoque silentia suadet || 13 conticuere ...] *Verg. Aen. 2, 1* || 15 *ss. videtur Mart. ante oculos habuisse orationem Iovis ap Ov. met. 9, 244 ss.*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 repentinis] repentibus **R**^{1} || 2 comes **A**^{1}**B**^{1}**M**^{1}**R** *et fort.* **E**^{1} comens **D**^{1} | illius **B**^{1}**R**^{1} | comnuens **G**^{1} || 3 eisdem **CFV** | blandita **M** || 4 *post* mox *add.* ut **C**^{2} | fata **B**^{2}**C**^{2}**L**^{2}**P**^{2} facta *cett.* || 5 pugellarem **A**^{1}**M**^{1}**R** || 6 cucurrit **A**^{2}**B**^{2} || 7 discerptione *scripsi Mnemos. 33, 1980, 165* descriptione *libri* | corrupit **R**^{1}**C**^{1} | ut *om.* **V**^{1} | velud **A**^{1} || 8 aliam **R**^{1} || 10 vulgus ceterum *Eyss. non male* | *post* ceteri *add.* dii **CEFV** | deveneri **A**^{1}**D**^{1} deveniri **R**^{1} devenire **L**^{1} | tunc **A**^{2}**B**^{2}**GL**^{2}**P**^{2} nunc *cett.* | resedit] recidit **L**^{1} || 11 pro] per **L**^{1} || 12 suscipere **A**^{1}**MR**^{1} susceperi **E** | syderum **EG** | quidam] quidam esse **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**M**^{1} quidem **EFV** (*d.* **R**) || 13 hos **A**^{1}**D**^{1}**C**^{1}**VL**^{1} (*d.* **R**) | commovebat **A**^{1}**D** (*d.* **R**) || 14 *post* coepit *add.* dactilicum tetrametrum catalecticum. constat autem spondeo dactilo catalecto duobus dactilis **M**^{2} *similia* **E**^{m}**V**^{m} || 15 astrigera **C**^{1} (*d.* **R**) || 17 quiquid **L**^{1} (*d.* **R**) || 19 ductibus **ABD**^{1}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2}**P** ducibus *cett.* (*d.* **R**) || 22 cluditur **M** || 23 atquin fanda **A**^{1}**B**^{1} atquinfan **M**^{1} atqui infanda **M**^{2} || 24 ciant **A**^{2}**B**^{2}**M**^{2} ceant **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1} taceant **M**^{1} cieant *cett.* (*d.* **R**) | doloris **B**^{1}

at cum laeta patrem promere gaudia
et certo deceat foedere pignora
palam perpetuis iungere nutibus,
cassum est nolle loqui sensa decentia.
vobiscum ergo, dei, grata propinquitas,
conferre studium est vota propaginis.
aequum quippe puto foedere caelitum
quae sectanda fuant orsa probarier.
92 nostis Maiugenae pignoris incliti
in nostris meritum degere sensibus.
quae nec frustra mihi insita caritas,
ut suevit patria stringere pectora.
nam nostra ille fides, sermo, benignitas
ac verus genius, fida recursio
interpresque meae mentis, honos sacer;
hic solus numerum promere caelitum,
hic vibrata potest noscere sidera,
quae mensura polis, quanta profunditas,
qualis sit numerus marmoris haustibus
et quantos rapiat margine cardines,
quaeque elementa liget dissona nexio,
perque hunc ipse pater foedera sancio.
sed forsan pietas sola recenseat,
quae parens probitas munera pensitet:
qui Phoebi antevolans saepe iugalibus
in sortem famuli nonne relabitur?
hic quoque sic patruis servit honoribus,
ut dubites, proprium quis mage vindicet.
illum conubio rite iugarier
suadent emeritis saecla laboribus,

17 *ss. cf. Manil. 1, 30–37*

[**ABDMR CEFV GLP**] 4 cussum *n. f.* **A**^{1} casum **G**^{1} || 6 propiginis **A**^{1}**R**^{1} || 7 aecum **R**^{1} || 8 fuant *Petersen 10* fuerant **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} forent *cett.* || 9 nostis *coni. Vonck. 81 et Barth. 1243* nostris **A**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1} nostri *cett.* | Maiugenae ... meritum *coni. Dick* maiugenam ... merito *libri* || 11 frustra mihi *vix sana*; frustra animis *coni. Stange 32* || 12 stringere patria **EFV**^{1} | pectora] paria **M** || 15 onos **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**REVG** *ὁ νοῦς Johannes Scottus, Annotat. in Marcianum ed. Lutz p. 52* | sacer **A**^{2}**B**^{2}**D**^{2}**MG**^{1} sater **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**CEFVL**^{2}**P** socer **R**^{2} sator **G**^{v} *et fort.* **L**^{1} || 17 ubrata **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} umbrata **M**^{1} || 20 margina **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R** || 21 elimenta **MRC**^{2}**EFV** | licet **M**^{1}**R**^{1}**E**^{1} || 22 foedere **M** | sanctio **A**^{1}**R**^{2} sancto **R**^{1} || 23 recensiat **A**^{1}**R**^{1} || 27 sic *om.* **V**^{1} || 28 dubites *scripsi Mnemos. 27, 1974, 272* dubium *libri* | vindicet **A**^{1}**B**^{1}**REG** vendicet *cett.* || 29 conubium **P**^{2} || 30 suadent emeritis **G**^{2} suadente meritis **D** sudentemem[**R** suadentem meritis *cett.*

et robur thalamos flagitat additum.
at virgo placuit, docta quidem nimis **93**
et compar studio, sed cui terreus
ortus, propositum in sidera tendere;
plerumque et rapidis praevolat axibus
ac mundi exsuperat saepe means globum.
cunae ergo officiant quis nihil edita,
censendum, superi, quique crepundia
terris recolitis vestra tenerier,
quae occultant adytis sacra latentibus.
iungantur paribus, nam decet, auspicis,
et nostris cumulent astra nepotibus!

Sed postquam Iuppiter finem loquendi fecit, omnis deorum senatus in **94**
suffragium concitatur, acclamantque cuncti fieri protinus oportere,
adiciuntque sententiae Ioviali, ut deinceps mortales, quos vitae insignis
elatio et maximum culmen meritorum ingentium in appetitum caelitem
propositumque sidereae cupiditatis extulerit, in deorum numerum coop-
tentur, ac mox inter alios, quos aut Nilus dabat aut Thebae, Aeneas, Ro- **95**
mulus aliique, quos postea astris doctrinae nomen inseruit, designati cae-
lites nominentur, ut post membra corporea deorum fierent curiales. his **96**
quoque annuente Iove iubetur quaedam gravis insignisque femina, quae
Philosophia dicebatur, hoc superi senatus consultum aeneis incisum ta-
bulis per urbes et compita publicare. tunc Iuno condicit propter praedic- **97**
torum thalamum iuvenum et nuptialia peragenda, uti postridie omnis

§ 94–95 cf. Cic. nat. deor. 1, 38; Aug. civ. 18, 19 et 21

[ABDMR CEFV GLP] 1 thalamo **B**^{2} (*d.* **R**) | aditum **B**^{1} (*d.* **R**) || 2 at] ad **A**^{1}**RP**^{1} || 4 praepositum *ed. Dick mero errore ut vid.* || 7 quis **C**^{1}**EV** quo *cett.* | edita *scripsi* (*i. e. 'nihil ei officiant cunae quibus edita est'*) deditae **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1} dedite **M** vel editae **E** editae *cett.* (*d.* **R**) *locum vix sanum varie emendaverunt vv. dd.:* quoi nihil? edite *Grot.* quod nihil editae *Eyss.* quod nihil editae? *Morelli 238* quom nihil editae *Dick* || 8 censeo dum **M** || 11 auspicis **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} auspiciis *cett.* || 12 et . . . cumulent *om.* **EV** | comulent **L**^{1} || 13 iuppiter *post* loquendi *ponit* **G** || 15 Ioviali ut] iovi aliud **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | vita **M**^{1} || 16 ingentium *scripsi Rhein. Mus. 111, 1968, 82* et ingenium **A**^{2}**B**^{2}**V**^{1} ingeniumque **M**^{2} ingenium *cett.* | caelitum **M**^{2}**P** || 17 syderae **M**^{1}**C**^{1}**VP** | numero **A**^{1}**CEFV** | cooptentur **R**^{1} coaptantur **C**^{1} coaptentur *cett.* || 18 tubae **E** tabae **V** | *ante* Aeneas *add.* ut **P**^{2} | *ante* Romulus *add.* et **P**^{2} || 20 nominentur] nomine **V**^{1} (*fort. legendum* numerentur *ut frigida repetitio vitetur*) || 21 iovi **R** | gravis *om.* **M** || 22 philolophia **D**^{1} || 23 urbes *Petersen 43 et* **D**^{2} (*cf. p. 21, 11*) orbes *cett.* | competa **B**^{2}**C**^{2}**GP** | concidit **D**^{1}**R**^{1} dicit **C**^{1} | proptae **R**^{1} || 24 nuptiala **C**^{1} | postridie **C**^{1}**L**^{1} posttridie *cett.* | omnes **R**^{1}**L**^{1}

ille deorum senatus in palatia, quae in Galaxia Iovis arbitri habitationem potissimam faciunt, diluculo convenirent. his igitur actis solio rex ipse surrexit, omnisque ille deorum numerus sedes proprias cursusque repetivit.

LIBER II

98 Sed purum astrificis caelum scandebat habenis
Nox revocans merso fulgentia sidera Phoebo.
ardua. tunc senior succendit plaustra Bootes,
et spiris torvo nituerunt astra Draconi;
auratis etiam flagrans splendebat in armis
qui trahit aestifero fulgentem Sirion ortu;
hoc quoque Nysiacis quod sparsum floribus ardet
multiplici ambitum redimitur lumine sertum.
virginis interea trepidas perlabitur aures
Fama, Iovis magno dum complet tecta boatu.

99 Denique ipsa compertis superum decretis adultaque iam nocte Philologia pervigilans multa secum ingenti cura anxia retractabat: ingrediendum primo senatum deum Iovisque subeundos impraemeditata visione

3 *nam di etiam astra sunt, cf. Aug. civ. 7, 6* || 7 *Manil. 1, 652* fulgentia sidera ponto || 8 *Prop. 3, 5, 35* serus versare boves et plaustra Bootes || 9 *Cic. nat. deor. 2, 106* torvus Draco serpit || 14 *Verg. Aen. 7, 646* famae perlabitur aura || 15 *Verg. Aen. 2, 679* gemitu tectum omne replebat*; 7, 502* questuque . . . tectum omne replebat || 17 *Ov. met. 9, 275* longis anxia curis

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 arbitri habitationem *vel* arbitri stationem *coni. Dick* habitationem **R**^{v} arbitrationem *cett.* || 2 ipso **M** || 3 omnesque **D**^{1}**M** | propias **L**^{1} | *post* repetivit *invenitur subscriptio his fere verbis*: Securus melior felix asp̄ com̄ consist̄ rhetor urb̄ r̄ ex mendosissimis exemplaribus emendabam contra legente deuterio scolastico discipulo meo rome ad portam capenam cons̄ paulini v̄ c̄ sub die non̄ martiarum christo adiuvante *in quibus hae sunt variae lectiones*: asp̄] ut sup̄ **A** usp̄ **R** | urb̄ r̄] urbarum **G** | legente] lege **A** legenae **R** legentem **G** | deuterio] eucherio **B**^{2} euterio **L**^{2} | v̄ c̄] vic̄ **AR** | die] *unam litteram gamma Graeco similem habent* **DG** | martiarum] mar̄ **A** martianum **G** | *hanc subscriptionem omittunt* **MCEFVP***; de toto loco videndus Préaux, Gratiarum actio Dekkers 31* | *post subscriptionem addunt* MARTIANI MINNEI (*sic* **B**^{1}**DR**^{1}**G** minei *cett.*) FELICIS CAPELLAE (DE NVPTIIS PHILOLOGIAE *add.* **A** AFRI CART̄ *add.* **G**) LIBER PRIMVS EXPLICIT (FELICITER *add.* **BDL**) **ABDRCVGLP** Explicit liber primus de nuptiis philologiae mercuri **M** *nihil huius generis* **EF** || 5 *superscriptio* INCIPIT EIVSDEM LIBER SECVNDVS FELICITER **A**]FELICITER **R** INCIPIT LIB. II **C** *nihil superscriptum in* **EF** INCIPIT II **V** INCIPIT EIVSDEM II DE NVPTIIS PHILOLOGIAE ET MERCVRII **G** INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER *cett.* || 6 *a voce* sed *deest* **P** *iterum adfuturus p. 54, 18* | habenis *om.* **E**^{1}**V**^{1} habe **F**^{1} || 8 bootes *om.* **C**^{1}**V** (*d.* **R**) || 9 torto *coni. Burman. anth. 1, p. 185* | dracone **M** (*d.* **R**) || 10 in armis *om.* **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1} (*d.* **R**) || 12 *versiculum post v. 14 ponit* **M** || 14 interea trepidas] intrepidas **E**^{1}**V**^{1} (*d.* **R**) || 18 iovis quae **R**^{1} | sub eum dos **M** *om.* **L**^{1} | impraemeditatem **F** impraemedita **G**

conspectus, exiliendumque sibi in superam caelitumque sortem; deinde 100
ipsi sociandum esse Cyllenio, quem licet miro semper optarit ardore, tamen vix eum post unctionem palaestricam recurrentem, dum flores ipsa decerperet praelectis quibusdam herbusculis, conspicata. quid? quod utrum sibi haec nuptialis conduceret amplitudo anxia dubitabat? nam certe mythos, poeticae etiam diversitatis delicias Milesias historiasque mortalium, postquam supera conscenderit, se penitus amissuram non cassa opinatione formidat. itaque primo conducatne conubium atque 101
aetherii verticis pinnata rapiditas apto sibi foedere copuletur ex nuptiali congruentia numero conquirit. moxque nomen suum Cylleniique vocabu- 102
lum (sed non quod ei dissonans discrepantia nationum nec diversi gentium ritus pro locorum causis cultibusque finxere, verum illud quod nascenti ab ipso Iove siderea nuncupatione compactum ac per sola Aegyptiorum commenta vulgatum fallax mortalium curiositas asseverat) in digitos calculumque distribuit. ex quo finalem utrimque litteram sumit, quae numeri primum perfectumque terminum claudit; dehinc illud quod in fanis omnibus soliditate cybica dominus adoratur. litteram quoque, quam bivium mortalitatis asserere prudens Samius aestimavit, in locum proximum sumit, ac sic mille ducenti decem et octo numeri refulserunt. quos 103
per novenariam regulam minuens ⟨contrahens⟩que per monades decadibus subrogatas in tertium numerum perita restrinxit. suum quoque voca- 104

6 *Apul. met. 1,1* sermone isto Milesio varias fabulas conseram || 8 *Arnob. nat. 1, 31* rumoris cassi opinatione; *Apul. met. 8,5* cassa formidine || 9 *Apul. met. 6,30* pinnatam Pegasi celeritatem || 10 vocabulum] *Θωύθ scil., cf. Cic. nat. deor. 3,56* hunc [*sc. Mercurium*] Aegyptii Thoth appellant || 14.15 *Apul. apol. 89 de calculo per digitos facto* || 17 *Macrob. sat. 1, 19, 14* simulacra Mercurii quadrato statu figurantur; *Cornut. 16 (p. 23, 17); Plotin. Enn. 3,6,19* || 18 *Serv. Aen. 6,136; Pers. 3,56; Auson. Technop. 13,9; Hier. epist. 107,6; Lact. inst. 6,3,9; Isid. orig. 1,3,7* || 20 *ss. de laudibus ternarii et quaternarii affatim Macr. somn. 1,6,23–44*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 exilliendumque **A** exilendumque **M**^{1} || 2 sociandum **L**^{1} *et coni. Eyss.* sociatam **A**^{1} sociandam *cett.* | optaret **A** obtaret **R**^{1} obtarit **V** | ardorem **R**^{1} amore vel ardore **CEFV** || 4 praeelectis *ed. pr. Dick* | herbuscolis **A**^{1}**R** || 5 utrumne **B**^{2}**C**^{2} utrumque **C**^{1}**EF**^{1}**V** quod utrum *in ras.* **G** || 6 mythus **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 7 condescenderet **A** conscenderet **B**^{2}**RL**^{2} | ammissuram **AB**^{1}**D**^{1}**R** || 8 opinione **E**^{1} | formidabat **B**^{2}**C** | conducaturne **G** || 9 pennata **A**^{2}**B**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**EGL** || 12 *post* nascenti *add.* et *n. f.* **M**^{1} || 13 sidera **D**^{1} || 14 commenta *om.* **E**^{1} | adfuerat **A**^{1} asseverit **R**^{1} | digitas **M**^{1} || 15 discribit **M** || 16 terminum *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} || 17 cybi ac dominus **A**^{1}**R**^{1} || 18 bivium **A**^{2}**F**^{2}**G**^{2} vivum **A**^{1}**D**^{1}**R**^{1} vium *n. f.* **B**^{1}**M**^{1} vis **EF**^{1} vim *cett.* | samnis **R**^{2} (*'i. e. beneventanus' Ioh. Scottus*) || 19 sumit *om.* **L**^{1} | sic] si **A**^{1}**B**^{1}**D**^{1}**RC**^{1}**V** | ducenti] cc **A**^{1}**CEFV** | decem et octo] xviii **EFV** | numero **A**^{1}**C**^{1}**R**^{1} || 20 minuens ⟨contrahens⟩que *scripsi* minuens quae **B**^{1}**L**^{1} minuensque *cett.* i. distribuens *add.* **G**^{3} *manu XV saeculi* ⟨minuens⟩ minuensque *Dick* distribuens minuensque *ed. Kopp Eyss. Lenaz* | monadens *n. f.* **B**^{1} monadas *Leid. 36* || 21 subrogatis **A**^{1} | restinxit **R**^{2}

bulum per septingentos viginti quattuor numeros explicatum in quater-
narium duxit, qui uterque numerus congruenti ambobus ratione si-
105 gnatur. nam et ille, quod ratio principium, medium finemque dispen-
sat, pro certo perfectus est; quippe lineam facit primus et solidorum
frontes incunctanter absolvit, nam longitudine ⟨latitudine⟩ profunditate-
que censentur; dehinc quod numeri triplicatio prima ex imparibus
cybon gignit. tres autem symphonias quis ignorat in musicis? numerus-
que impar maribus attributus. omne vero tempus tribus vicibus variatur,
atque idem numerus seminarium perfectorum, sexti videlicet atque noni,
106 alterna diversitate iuncturae. rite igitur deo attribuitur rationis. Philo-
logia autem, quod etiam ipsa doctissima est, licet femineis numeris aesti-
metur, absoluta tamen ratione perficitur; nam quaternarius suis partibus
complet decadis ipsius potestatem, ideoque perfectus est et habetur qua-
dratus, ut ipse Cyllenius, cui anni tempora, caeli climata mundique ele-
107 menta conveniunt. an aliud illa senis deieratio, qui *μὰ τὴν τετράδα* non
tacuit, confitetur nisi perfectae rationis numerum? quippe intra se unum,
secundum triademque ipsum bis binum tenet, quis collationibus sympho-
niae peraguntur. nam tres ad quattuor epitritus vocitatur arithmetica
ratione ac diatessaron perhibetur in musicis. item intra eum iacent tres
ad duo, quae hemiolios forma est, symphoniamque secundam, quae dia-
pente dicitur, reddunt. tertia symphonia diapason in melicis perhibetur
diplasioque conficitur, hoc est uno duobus collato. igitur quaternarius
numerus omnes symphonias suis partibus perfectus absolvit omniaque
mela harmonicorum distributione conquirit. hanc igitur discutiens nu-
108 meri congruentiam perita virgo gratulatur. deinde utrumque consociat,

4 *Macr. somn. 2, 2, 12* ternarius numerus prima linea esse credatur || 15 *cf. Porph., Theon., Macrob. in app. crit. laudatos* || 18 *ss. de symphoniis musicis e. g. Macr. somn. 2, 1, 8–25*

[ABDMR CEFV GL] 3 *post* ille *add.* ternarius **FV**[1] | ratione **A**[2]**D**[2]**M** (*d.* **R**) || 4 pro certo] profecto **E** | perfectus] profectus **M**[1] pr[**R** || 4–5 quippe ... absolvit *om.* **L**[1] | primus *scripsi, cf. Macr. Comm. 2, 2, 12* solus *libri* || 5 fontes **A**[1]**B**[1]**D**[1] (*d.* **R**) | latitudine *add.* **A**[2] *om. cett.* (*d.* **R**) || 7 cybum **A**[2] cybom **D**[1] cubum **D**[2] cibon **M** cubon **L**[2] || 8 *post* attributus *add.* est **A**[2]**D**[2]**C**[g]**E**[g]**L**[g] (*d.* **R**) || 9 seminarum **B**[1]**D**[1] senarium **C**[1] (*d.* **R**) | profectorum **D**[1] (*d.* **R**) | sexti] vi **C**[1]**E**[1]**F**[1]**V**[1] | noni *om.* **M**[1] viii **C**[1]**E**[1]**F**[1]**V**[1] (*d.* **R**) || 10 rite] recte **EFV**[1] || 14 *ante* anni *add.* iiii **A**[2]**D**[2]**M** *Kopp Eyss. Dick Lenaz* | anni *om.* **M** || 15 dei ratio **A**[2]**B**[2]**M**[2]**F**[2]**GL**[2] (i. pitagore **L**[g]) | *μὰ τὴν τετράδα Scaliger* maten tetradan **A**[1]**B**[1]**D**[1]**M**[1]**EFV** maten tetraden **A**[2]**D**[2]**M**[2]**L** mathen tetradan **B**[2]**G** manente tradan **R** (*post vocem* qui *desinit liber* **C** *iterum adfuturus p. 33, 18*) *μὰ τὴν τετρακτύν maluisset Dick coll. Porph. vita Pythag. 20 extr., Theon. Smyrn. p. 94 ed. Hiller, Macrob. somn. 1, 6, 41* || 17 triademque **AE** triadenque *cett.* | ipsumque *Kopp* (*sed* bis binum *subiectum est*) || 18 epitrititus **M** | vocatur **A**[v]**EFV**[2] vocatur vocarit **V**[1] || 19 iacet **B**[1] || 20 *ante* symphoniamque *add.* in **A**[1]**D**[1]**R**[1]**L**[1] || 21 diapasson **M** || 22 collatio **D**[1] || 23 phonias **L**[1] || 24 harmoniarum *forte melius* || 25 virgo] in agro **E**[1] | deinde] denique **B**

et trias quaternario sociata heptadem facit, qui numerus rationis sapientiaeque perfectio est, sicut ἑβδομάδων illa edocet plenitudo. an aliud fatalis temperamenti cursus siderumque circuli motusque testantur intraque latebras uteri septimo mense absoluta mortalitas? dehinc quod trias triplicata novem numeros facit, quaternarius autem per διπλάσιον geminatus octo reddit, novem vero ad octo epogdoi numeri efficiunt iunctionem, tantumque pensat in numeris, quantum symphonia [diapason] in melicis quae tonon facit, qui est consonae unitatis continua modulatio; ex quo nihil est, quod discrepet aut resultet in medio, consentaneaque congruit iugitate. ergo praedictorum nominum numerus concinebat. **109**
sic igitur rata inter eos sociatio copulam nuptialem vera ratione constrinxit, ex quo commodissimum sibi conubium laetabunda, alio mentis fluctum multivida concitavit. nam nihil diffidens animo, decori formae ac substantiae coepit formidare corporeae; quippe perferendos flammarum caelestium globos et ignes ardentium siderum mortalibus adhuc artubus et macilenta gracilitate siccatis non cassum tremebunda formidat. sed adversum illa quoddam Abderitae senis alimma, cui multa lapillis **110**
surculisque permixtis herbarum etiam membrorumque congesserat, praeparavit. Colchica etiam †in centum voces continuata fiducia adamantini cacuminis impressione signatur quicquid adversum ignes superos

2 *ad Varronis Hebdomadum libros alludi posse putat Dick, sed v. Lenaz 68* || 14–15 *Verg. georg. 1, 473* **flammarumque globos;** *Aen. 3, 574* **attollitque globos flammarum** || 17 *ss. cf. Aug. civ. 10, 11* **(Porphyrio) videtur herbis et lapidibus et animantibus . . . fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas variis effectibus exsequendis** || 17. 18 *Apul. met. 2, 5* surculis et lapillis || 18 membrorumque] *cf. Gell. 10, 21, 1 et 5 s; Plin. nat. 28, 112 et 115*

[**ABDMR EFV GL**] 1 heptadem **A**^{1} *n. f.* heptaden *cett.* | fecit **MR**^{2}**GL** | sapientiaeque *scripsi* superaeque **A**^{1}**B**^{1} **D**^{1}**MR** superae *cett. edd.* || 2 perfectio est] perfectionem **E** | *ante* sicut *add.* et **B**^{2} | *ἑβδομάδων Petersen 43* & ΙΛΟΜΑΛΩΝ **A**^{1}**B**^{1} **DR** etiam ΛΟΜΑΛΩΝ **A**^{2} ЄΤΙΘΙΜΑΛΛΩΝ **B**^{2} ЄЄΥΑΩΜΑΛΩΝ **M** et ΟΜΑΛΛΩΝ **L** ЄΘΥΛΟΜΑΛΩΝ *cett.* | illa edocet *scripsi DMCE 25* illa docet **A**^{2}**B**^{2}**M**^{2}**F**^{2}**L**^{2} ille docet *cett.* || 3 intra **G**^{1} || 4 dehinc quod] *fort. legendum* dehincque || 5 *ante* numeros *add.* per **E**^{2}**F**^{2}**VL** | per *om.* **M** | ΔΙΠΛΑCΙΟΝ **B**^{2}**L** ΛΙΑΠΛΑ. Sion **V** ΔΙΑΠΛΑCΙΟΝ *cett.* || 6 reddidit **R**^{1} | epogdoi *ed. Kopp* epocdoin **A**^{1}**R** epocdoi **A**^{2}**BD**^{1}**FL** epiocdoi *n. f.* **D**^{2} EPGdoi *ut vid.* **M** epodoi **E** pocdoi **V** ЄΠΟΓΔΟΙ **G** || 7 diapason (diapasson **M**) *delevi Mnemos. 30, 1977, 161* || 8 tonos **EFV** tonum *n. f.* **L**^{1} | fecit **R** | quae **A**^{1} || 10 nominum] numerum **R**^{1} | concinnebat **AB**^{1}**R** continebat **M** || 11 copulam *dett.* cupiam **D**^{1}**R** copiam *cett.* || 13 fluctum **R** fluctu *cett.* | multiva **L**^{1} | diffidens *Grot.* deferens **D**^{1} differens *cett.* || 14 ac . . . formi (*in* formidare) *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) || 16 *ante* macilenta *add.* de **E**^{s}**V** | macillenta **M** maculenta **G**^{1} (*d.* **R**) | tremibunda **M** (*d.* **R**) | formidant **R** || 17 aversum **M** (*d.* **R**) || 18 membrorum **EFV** (*d.* **R**) nemorumque *Kopp ex Guelferb.* unguentorumque *Vonck. 81* | congesserat *ed. pr.* concesserat *libri* (*totum enuntiatum corruptum videtur*) || 20 quicquid *coni. Dick* qui **L**^{1} quid *cett.*, *sed locus adhuc misere corruptus est*

et deorum confinia praeparata decoris in curam venustatis etiam lumine
summovebat. denique revibratu corpori mensis apposito irrorati liquoris
111 allinebat unguentum. sed cum talia virgo componit, pediseque eius Peri-
ergia, utrum matre virginis missa an sua (utpote eius collactea) trepida-
112 tione sollicita, quid ageret conspicatur. quae cum disponentem praedicta
rimatim ab ostio speculabunda cognosceret, aliam eius ancillam, cui
Agrypnia vocabulum est atque intra cubiculum praebebat excubias,
adorta est increpare, quod paululum conivere servandi decoris gratia vir-
ginem non sivisset, cum ipsa haec cuncta, si Philologia iniungeret, vale-
113 ret implere. nam iam multa asserit circumisse, mancipiaque dotalia
quid sollertiae, quid ornatus, quid denique indumentorum sumerent com-
perisse. non sibi quoque nescitum, quid sponsus ipse perageret, quid
Iovis palatio gereretur, an Leucothea succenderet facem lumenque pur-
pureum, et an Solis remigia vigilarent sonipesque Phosphori comeretur.
id genus innumera, quae curiosis perscrutationibus aspexerat, astruebat.
114 verum secretum cubiculi repente Phronesis mater irrupit. quam cum
virgo conspiceret, ad eam accurrens honorandumque pectus exosculans
praeparatorum boethematum consciam fecit. verum illa exuvias filiae
ornatusque detulerat, quis induta deorum sociari coetibus non paveret.
itaque vestem peplumque lactis instar fulgidum dedit, quod vel ex illa
herbarum felicium lana, qua indusiari perhibent Indicae prudentiae va-
tes accolasque montis umbrati, et, quantum usus eius telluris apportat,
ex candentis byssi netibus videbatur. dehinc apponit vertici diadema

2 *Ov. met. 1, 371* libatos irroravere liquores || 8 *Apul. met. 1, 11* paululum coniveo || 13 *Plaut. Trin. 170* sciunt quod Iuno fabulata est cum Iove || 16 *Apul. met. 9, 2* cubiculum ... protinus inrupissem || 18 *Soranus p. 81, 16 Rose* boethemata || 21 *Apul. apol. 56* lana ... profanus vestitus est; sed enim mundissima lini seges ... amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus; *Hier. epist. 64, 19, 3* induemur veste linea, nihil in se mortis habente

[**ABDMR EFV GL**] 1 in curam *Dick* incuria **M** incuriam *cett.* (*d.* **R**) | *ante* lumine *add.* cum **E**^{s}**F**^{s}**V**^{2} || 2 summonebat **A**^{1} (*d.* **R**) | corpore **A**^{1}**RD**^{2} | opposito **G**^{1} | loquoris **D**^{1} licoris **L**^{1} (*d.* **R**) || 3 allinebat **MG**^{2} allinibat **V**^{1}**G**^{1} alliniebat *cett.* (*d.* **R**) | ungentum **DMV** (*d.* **R**) | pedisequa **AB**^{2}**REG** pedesequa **B**^{1} pedis aequa **V** pedissequa *cett.* || 4 *ante* matre *add.* a **L**^{2} | eius] illius **EFV** | collactea **A**^{2}**L**^{2} collatea **A**^{1} collatia **M** collactia *cett.* || 7 agrypnia **F**^{2} agrimnia **AB**^{2}**L** agripinia **EF**^{1}**V** agrinia *cett.* | est] eius **A**^{1} | atque] ac quae *Grot., sed cf. Thes. L. L. II 1074, 14* || 8 adortata **B**^{1} | conivere **A**^{2}**BDG** convenire **A**^{1}**R** conibere **EL**^{1} conhibere *cett.* || 10 circumisse **AB**^{1}**DRG** circuisse *cett.* || 13 palotio **A** | geretur **L**^{1} | leucatea **M** leuchoeta **R** | porpureum **D**^{2} || 14 viglarent **A** || 15 asperat **M** || 17 ad eam *om.* **B**^{1} | honerandumque **AR** || 18 boethematum *Dick* *βοηϑημάτων Kopp* boebatum **A** boematum *cett.* | exubias **AR** || 19 sociare **L**^{1} || 20 plepumque **L**^{1} | iactis **R** | instar] inter **M** | vel ex illa] vexilla **R** || 21 indusia **E** || 22 acollasque **M** | muntis **A** | umbrati **B**^{2} *et coni. Grot.* umbrantia **A** umbratia **B**^{1}**D**^{1}**R** umbracii **M** umbraque **V**^{1} umbratii *cett.* | quantum] quam tum **D**^{1}**RF**^{2} | usus **B**^{2}**D**^{2}**MF**^{s}**G** osus *cett.* | telloris **R** || 23 cadentis **M** | bissine tibi **A** byssinitibus **B**^{1} byssi nexibus **F** | dehinc] dea hinc **V**^{1}

virginale, quod maxime medialis gemmae lumine praenitebat, ex qua
galeata quaedam obtectaque vultum virgo instar secreti Troiani penitus
incisa resplenduit. at cingulum, quo pectus annecteret, sibi prudens ma- 115
ter exsolvit et, ne Philologia ipsius Phronesis careret ornatibus, eius pec-
tori, quo verius comeretur, apponit. calceos praeterea ex papyro textili
subligavit, ne quid eius membra pollueret morticinum. acerra autem mul-
to aromate gravidata eademque candenti manus virginis onerantur.

et iam tunc roseo subtexere sidera peplo 116
coeperat ambrosium promens Aurora pudorem,
cum creperum lux alma micat, gemmata Dione
cum nitet, aurato vel cum fit Phosphoros astro.
tunc candens tenero glaciatur rore pruina
et matutina greges quatiunt in pascua caulas,
languida mordaces cum pulsant pectora curae,
et fugit expulsus Lethaea ad litora somnus.

117 Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suavitatibus suscitatur, quem Musarum convenientium chorus impendens nuptialibus sacramentis modulationis doctae tinnitibus concinebat. nam nec tibiarum mela nec ex fidibus sonitus nec hydraularum harmonica deerat plenitudo, sed in blandum collata cantum ac modificato fine compactum voci virginum complementi spatio ratum fecere silentium. ac tunc ille omnis chorus canoris vocibus dulcique modulatu praevertit omnes organicas suavitates, et cum sacrae numeris cantilenae haec dicta funduntur:

6 *Varro ling. 7, 84* in aliquot sacris ... scriptum habemus ... ne morticinum quod adsit*; cf. et Serv. Aen. 4, 518 et Ov. fast. 1, 629* scortea non illi fas est inferre sacello || 8 *ss. colorem sumunt a Verg. georg. 3, 322–326; cf. et Calp. ecl. 5, 52–55* || 13 et matutina] *cf. Anth. 389, 45* Sol et hyperboreo fulget matutinus in ortu (*sed Calp. l. l.* et matutinae lucent in gramine guttae) || 14 *Lucan. 7, 128* animique truces sua pectora pulsant || 17 *Apul. met. 6, 24* ut Musae quidem chorum canerent aut tibias inflarent

[**ABDMR EFV GL**] 1 verginale **F** || 2 vultum *dett.* vultu *omnes mei* || 4 Phronesis] honestis **AD** ponestis **B**^{1} honesis **R** || 7 eadem **M** | cadenti **R** || 9 ambrosium *Vulcan. in marg.* ambroum **AM** amborum **B**^{1}**D** ambronum *cett.* (*d.* **R**) || 10 gemma **A** geminata **EF**^{1}**G**^{v}**L** (*d.* **R**) | Dione (*quod coni. Grot.*) **G** *in ras.* ditione **AD**^{1} decore *cett.* (*d.* **R**) || 11 vel cum fit *Dick ex Bern.* et cum fit *omnes mei* (*d.* **R**) et cum fulgit *Grot.* | phosphorus **D**^{2}**EFVG** (*d.* **R**) || 12 cadens **D**^{1}**FL**^{1} (*sed* albicans **F**^{2}) || 13 matina **L**^{1} | quatiunt] pascunt **M** (*d.* **R**) || 14 lincuida **R** || 15 littera **A** littora **MF** rittora **V** (*d.* **R**) || 16 quidem **AR** | dulcisonus **B**^{1}**D**^{2} | suscitatur **G** sciatur **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1} ciatur **M**^{2} cietur *cett.* (*d.* **R**) || 17 conventium **B**^{1}**DR** || 18 modulationibus **R** | *in voce* doctae *iterum adest* **C** | concinnebat **AEG** continebat **M** (*d.* **R**) | tibiaurum **M**^{1} (*d.* **R**) | mella **A** || 21 complementi *vix sanum* competenti *fort. legendum* | tunc] tum **AD**^{2} tam **F** (*d.* **R**) | choris **A** || 22 omnes ... 23 funduntur *om.* **R**^{1} || 23 *post* funduntur *add.* metrum trochaicum tetrametrum recipit etiam spondeum alternis currens versibus unus recipit quattuor alter tressemis **E**^{m} *similia* **F**^{m}**L**^{m}

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

118 tunc Vrania ceteris paulum reticentibus coepit:

sidereos coetus et culmina sacra polorum
  nil iam coniciens numine fisa vide;
olim disquirens nexos quid torqueat orbes,
  nunc praesul causas raptibus ipsa dabis.
quae circos textura liget, quae nexio claudat,
  ambiat et quantos orbita curva globos,
sidereos cursus quid cogat quidve retardet,
  quis Lunam flammet vel minuat radius,
qui caelum stellet fomes et quanta revolvat,
  quae sit cura deis vel modus aspicies.
scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

119 tunc Calliope:

semper complacitis amica Musis,
cui Permesia poculum fluenta
et fons Gorgonei tulit caballi,
vertex Aonidum virens corollis
cui fundit violas parante Cirra;
tu vatum mela dulcibus Camenis
et scis Pindaream chelyn referre;

5 nil iam coniciens] ***Macr. somn. 1, 20, 11*** **Aegyptii, nihil ad coniecturam loquentes || 19** ***Fulg. myth. 1pr. (p, 8, 6 Helm)*** **Gorgonei fontis aspergine madidas et praepetis ungulae rivo merulentas Pierides abstraxit;** ***myth. 1, 2 (p. 12, 19)*** **Gorgonei ipsius fontis fluenta;** ***Iuv. 3, 118*** ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi; ***Pers. prol. 1*** fonte . . . caballino || 23 ***Ov. Pont. 4, 16, 28*** Pindaricae fidicen . . . lyrae

[**ABDMR CEFV GL**] 1 foere **R**^{1} || 2 sacer **V**^{1} || 3 urana **M**^{1} | paulum **BDRCL** palulum **G** paululum *cett.* || 6 quid] qui **R**^{1} || 8 licet **AD**^{1} | quae^2] quid **AB**^{1}**D R**^{1}**CL** quoniam **E** | claudet **CEFV** || 10 cogitat **E**^{1}**V**^{1} || 11 flammet] flamma et **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} inflammet **R**^{2} | minuet **M** | radios **B**^{1}**D**^{1}**R**^{2} || 12 et quanta] rota quanta *Stange 15* et quando *Vonck. 81* | revolvet **ARC**^{1}**E** || 13 cura sit **EFV** | de his **M** | aspicies] ac species **A** ac spicies **R**^{1} || 15 poscit . . . Iuppiter *om.* **EFV**^{1} || 16 tunc Calliope *om.* **AE**^{1}**F**^{1} | tunc] tun **F**^{m} | caliope **G** | *post* Calliope *add.* metrum falleucium constans ex spondeo dactilo et duobus trocheis *vel sim.* **C**^{m}**E**^{m}**F**^{m}**V**^{m}**L**^{m} || 18 Permessia *Grot.* permenesia *n. f.* **A** magnesia (mag *in ras.*) **B** permnesia **D**^{1} permesia **M** pernesia **R** permagnesia *n. f.* **C**^{1} magnesia *cett. edd.* || 19 cavalli **R**^{2} || 20 corollis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} coryllis **M** corulis **L**^{1} coraulis *cett.* || 21 fundit *scripsi (quod legi posse et Kopp agnovit)* fondit **AR**^{1} frondit **B**^{1}**D**^{1} frondet *cett., edd.* | parente **B**^{1}**C**^{1} praeparante **L**

te dictante fides sacrumque plectrum
novit Threicium sonare carmen.
o lux nostra, sacros probare cantus
suesce atque organicis beare circis.

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

ac sic Polymnia: **120**

tandem laboris fructus, aethram fulgidam
divumque sedes ac Iovis consortia,
provecta carpis inditoque numine,
cruenta dudum, quae iugare rhythmica
ac dissipare mixta sueta regula,
mox quid iacente, quid iugata linea
trigonus recurvet circulusque torqueat,
melos probare ac tonos et crusmata
artesque cunctas solita, quaeque caelitum
possunt parare mente adacta culmina.

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

tunc Melpomene: **121**

sueta cothurnatos scenis depromere cantus
soccumque ferre comicum
et reboare tua tulimus quae carmina cura
melo favente rhythmico:

21–22 *Mart. 8, 3, 13* an iuvat ad tragicos soccum transferre cothurnos?

[**ABDMR CEFV GL**] **1** fidis **R**^{2}**G**^{1} || **2** novit **G**^{2} movit *cett.* | thereicium **M** || **5** scande ... **7** Polymnia *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) | templa ... **6** Iuppiter *om.* **F** || **6** te ... Iuppiter *om.* **EV** || **7** ac sic Polymnia *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | *post* Polymnia *add.* iambicum senarium hyponacteum constans trimetro catalectico **E**^{2}**V**^{2}**L**^{m} (*d.* **R**) || **8** fructus] fructum ad *coni. Stange 21* || **9** ac] ad *coni. Eyss.* || **10** capis **D**^{1} || **11** crenta **AB**^{1} **D**^{1} creante **M** (*d.* **R**) distenta *coni. Eyss.* (*'cruenta dudum' significare 'mortalis modo' opinatur Dick*) || **12** dissipare *Dick* dispare **AB**^{1}**D** dispari *cett.* (*d.* **R**) disparari *Eyss.* (*locus nondum sanatus videtur*) || **13** quid in iacente **B**^{2} (*d.* **R**) || **14** recurvat **A** recurbuet **D**^{1} recurbet **M** (*d.* **R**) | circulus qui **E** || **16** artisque **AB**^{1}**DG** eartesque **M** (*d.* **R**) | quaeque] que **M** || **17** parere **AC**^{1} || **18** caeli ... **19** Iuppiter *om.* **CEF** templa ... Iuppiter *om.* **V** || **20** tunc Melpomene *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} *post* cantus (*v.* **21**) *ponit* **C** | mephomenae **A** phomene **D**^{1} | *post* Melpomene *add.* laus philologiae de arte poetica *vel sim.* **E**^{2}**F**^{m}**V**^{2}**L**^{m} || **21** conturnatos **M** | cenis **E** || **22** socumque **L**^{1} || **24** fabente **B**^{1}**D**^{1} fabenti **M**^{1} fovente **R**^{2}**L** | rithimico **D**

nunc tibi, virgo, cano, spes atque assertio nostri,
  tenore versa carminis.
nam thalamum redimire iuvat, tu serta probato
  tuis placere ritibus.
digna maritali semper videaris Olympo
  decentiorque caelitum.

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

122 ac sic Clio:

tu quae rhetorico clangere syrmate
atque reum rabido absolvere pectore,
quae nunc sensa ligans horrida nexibus,
soritas cumuli accessibus aggerans,
nunc quid grammatica stringere regula,
quid fandi ambiguis conterat ordinem,
sollers docticanis ludere censibus;
nunc stellata poli conspice limina
et candore sacro aetheris utere,
quem vero pretium est noscere lumine.

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

123 mox Erato:

caput artibus, inclita virgo,
cui panditur aula Tonantis,
merito tibi subditur orbis
rationibus ante repertus.
sacra fulgura cur rutilescant,

1 *Verg. Aen. 8, 514* hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri || 3 *Repos. 53* tu lectum consterne rosis || 19 *Lucan. 9, 11* lumine vero (*i. e. caeli*)

[**ABDMR CEFV GL**] 2–3 *versus om.* **D**^{1} || 3 redimere **AMRE** | iuva **M**^{1} iuvet **C**^{1}**F**^{1} || 7 caeli . . . 8 Iuppiter *om.* **CEFV** || 9 ac . . . 21 Iuppiter *post p. 37, 12* Iuppiter *ponit* **M** || 9 ac sic Clio *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} || 11 rapido **B** || 13 soritas **AB**^{2}**M**^{2}**RF**^{2} **C**^{2}**GL**^{2} solitas **B**^{1}**D** sortitas *cett.* | cumulos **M**^{1} | aggeris **M** aggeras **F**^{1} || 14 numquid **AB**^{1}**DMR** | grammatior **A** || 16 sollers docticanis *Grot.* docticanis sollers *libri* | censibus **AD**^{1}**MR**^{1} sensibus *cett.* || 17 lumina **CV** celimina **E**^{1} || 20 scandere **R**^{1} || 20–21 templa . . . Iuppiter *om.* **EFV** digna . . . Iuppiter *om.* **C** || 22 mox Erato *om.* **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | mox] vox **C** | *post* Erato *add.* laus philologiae de physica metro anapestico recipit iii anapestos et sillabam *vel sim.* **E**^{2}**V**^{2}**L**^{2} || 23 artubus **B**^{1} || 25 subditus **BDM** (*d.* **R**) || 26 repertis **D**^{1} (*d.* **R**) || 27 fulgura **B**^{2}**C**^{2} **EFVG** fulgora *cett.*

fragor intonet unde resultans,
quid agat per aperta madorem
modo nubibus imbrificatis,
quid euntibus agmine nimbis
revocet nitidissima verna
. . . .
rotet omnia circulus anni
properantia claudere saecla:
quod habent rationis operta
canimus tibi cognita soli.

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

ac tunc Terpsichore: 124

laetor honoris meritis: conspicis astra, virgo;
hoc tibi sollers peperit ingenium labosque;
ista peritis tribuit cura vigil lucernis.
perdia pernoxque sacris namque operata chartis
quicquid †agentestocasi† praescia dant futuris
semper anhelis docilis fomitibus tulisti.
nam Sabaeorum rapidis quid vapor edat aris,
fumida quid turicremis aura paret favillis,
omina vel certa ferant vocibus auguratis,
intrepidis nec dubitans fatibus antevortis.

1 *Verg. Aen. 2,692* subitoque fragore intonuit; *Calp. ecl. 1,86* translati . . . fragor intonet orbis. *cum toto hoc poemate cf. Verg. Georg. 2,475–482; Ov. met. 15,63–72 (de Pythagora); Claud. 17,100–112* || 16 *Ov. ars. 3,411* operataque doctis cura vigil Musis || 17 *Apul. met. 5,6* et perdia et pernox || 21 *Verg. Aen. 4,453* turicremis . . . aris

[**ABDMR CEFV GL**] 2 madores **BL** (*d.* **R**) || 4 nimbris **D**^{1} (*d.* **R**) || 5 *et* 7 *versus inverso ordine exhibet* **M**^{1} | *post* 5 *versum excidisse statuit Eyss., quod respuens Dick* ⟨et⟩ *post* verna *addidit* || 7 rotat *n. f.* **M**^{1} || 8 properentia **C** || 9 quod *Eyss.* quid *codd.* | opeta **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} (opaca *fort. legendum*) || 10 caminus **M**^{1} caninus **M**^{2} || 11 templa . . . 12 Iuppiter *om.* **CEFV** || 13 ac tunc Terpsichore *om.* **C**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | ac *om.* **M** | trepsicore **A** | *post* Terpsichore *add.* laus ab aruspicina *aliaque monachalia* **EFV** hoc metrum constat ex duobus coriambis et tribus trocheis et syllaba *add.* **L**^{m} || 14 laeta **G**^{1} (*quod et Ioh. Scottus videtur legisse p. 63, 3*) | conspicis astra virgo *Grot.* astra virgo conspicis *libri* || 17 perdia *bis scripsit* **M**^{1} | sacris *om.* **A** | operata *Grot.* honorata **F** (h)onerata *cett.* | charos **L**^{1} || 18 agentestocasi **A** agentes tota si **B**^{1}**D**^{1} agentes stoa si **B**^{2}**R**^{m}**C**^{2}**F**^{2} agentestoasi **D**^{2}**F**^{1}**VGL** agent sto//asi **M** agentes id casi **R**^{1} agentes toasis *n. f.* **C**^{1} agentes toti **E**^{1} agentes stoicis **E**^{2} *locum ut desperatum reliqui* (agentes Stoici *Grot., deinde* futuri *Bentl. sed incertissime*) || 20 vaporem dat **B**^{1}**DG**^{1} | aris] ris **A** || 22 omnia **AMG** || 23 facibus **A** | antetibortis **M**^{1} antebortis **M**^{2}

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

125 dehinc Euterpe:

virgo perite
praevia sortis,
quae potuisti
scandere caelum
sacraque castis
dogmata ferre,
noscere semet
quis valuere,
quisque videntes
lumine claro
numina fati
et geniorum
cernere vultus,
quaeque Platonis
Pythagoraeque
esse dedisti
sidera mentes,
tuque caducis
[mortalibusque]
nube remota
cernere iusti
numina caeli.
iure senatum
scande Tonantis,
quam decet unam
Mercuriali
foedere iungi.

13 *Boeth. cons. 1 met. 7, 20* lumine claro cernere verum || 23 *Mar. Victor aleth. 1, 402* nube remota; *Iuv. 10, 3–4* remota erroris nebula || 30 *Verg. Aen. 4, 112* foedera iungi

[**ABDMR CEFV GL**] 1 caeli . . . 2 Iuppiter *om.* **F** | templa . . . Iuppiter *om.* **EV** | virgo . . . Iuppiter *om.* **C** || 3 dehinc Euterpe *om.* $E^1F^1V^1$ *dein* Euterpe *tantum ascribunt* $E^mF^mV^m$ | *post* Euterpe *add.* metrum dactilicum *etc.* C^m**EVL** || 4 perite **A** peritae *cett.* || 9 dogmate M^1 docmata **C** || 12 quisque M^2 quidque *n. f.* M^1 quique *cett.* | vidente **A** vident te **M** || 14 numina B^2C^2 numine *cett.* || 18 pytharaeque L^1 || 22 mortālibusque *del. Stange 33* (mortalibus *glossat* caducis, *cf. p. 43, 26*)

scande caeli templa, virgo, digna tanto foedere;
te socer subire celsa poscit astra Iuppiter.

deinde Thalia: **126**

beata virgo, tantis
quae siderum choreis
thalamum capis iugalem
ac sic favente mundo
nurus adderis Tonanti.
ac cuius esse divi
tibi contigit maritam?
eius, meante pinna
qui solus astra mundi
praetervolans perexit
rapidis vigil procellis,
qui cum superna tranat
freta, Tartarum recurrit;
qui solus ante currum
et candidos iugales
alti potens parentis
memorem ciere virgam;
qui fata succidentis
reparat libens Osiris,
sationibus gravari
genitalibus repertis
quem scit pater deorum;
cui lacteam papillam

5 *Manil. 1, 670* sidera ... exercent varias ... choreas || 8 *Stat. Ach. 1, 655* quid defles magno nurus addita ponto? || 15 *Verg. Aen. 4, 245* turbida tranat nubila || 16 *Sedul. carm. pasch. 5, 428* Tartara post caelum penetrat, post Tartara caelum || 17–18 *Aen. 7, 280* currum geminosque iugales || 22 *ss. cf. Macr. sat. 1, 21, 11 s.; somn. 1, 12, 12; Plut. Is. et Os. 10 et 51–52; Diod. 1, 22, 6*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 scande ... 2 Iuppiter *om.* E^1V^1 caeli ... Iuppiter *om.* **F** templa ... Iuppiter *om.* E^2V^2 virgo ... Iuppiter *om.* **C** (*d.* **R**) || 3 deinde Thalia *om.* $E^1F^1V^1$ (*d.* **R**) | deinde] inde E^mF^1 | *post* Thalia *add.* metrum anacreunticum *aliaque inepta* C^mEVL || 4 tantis] tonantis $AB^1D^1C^1$ (*d.* **R**) || 6 capitis **A** campis L^1 (*d.* **R**) || 7 *et deinceps versus ita turbato ordine exhibet* **A** *ut primo vv. 8, 10, 12 etc. ponat usque ad p. 40, 18, deinde omnes omissos, ut 7, 9, 11 usque ad p. 40, 19* | ac sic] accessit M^1 (*d.* **R**) || 8 aderis **MFG** (*d.* **R**) || 9 ac] at B^2CF et **M** a V^2 ah! *coni. Lucianus Mueller* (*d.* **R**) || 10 contingit B^1D^1L (*d.* **R**) || 11 pinna AB^1D^1MR penna *cett.* || 13 perrexit AM^1RG || 15 trahat AR^1 || 19 potens] *fort.* potest, *sed cf. p. 1, 6* qui ... stringens || 20 memorem] memor est B^2FL | ciere *om.* **M** (*d.* **R**) || 22 reparat *coni. Bentl.* separat *libri*

gaudens dedit noverca,
cuius vigente virga
dirum stupet venenum,
cui virus omne fanti
orbem facit gemellum.
est doctus ille divum,
sed doctior puella.
nunc, nunc beantur artes,
quas sic sacratis ambo,
ut dent meare caelo,
reserent caducis astra
ac lucidam usque ad aethram
pia subvolare vota.
per vos vigil decensque
nus mentis ima complet;
per vos probata lingua
fert glorias per aevum.
vos disciplinas omnes
ac nos sacrate Musas.

127 Dum haec igitur Musae nunc solicanae, nunc concinentes interserunt vicissimque mela dulcia geminantur, ecce quaedam matronae sobrio decore laudabiles nec conquisitis figmentis circa faciem vultuosae, verum simplici quadam comitate praenitentes, in penates virginis thalamumque conveniunt. quarum una intenta circumspectione cautissima et omnia rerum vigili distinctione discriminans dicebatur Prudentia vocitari.
128 huius germana sua cunctis attribuens, nullumque eo, quo non merebatur,
129 afficiens, Iustitiae ferebatur sortita vocabulum. verum tertia contemptis muneribus atque abstinentia praedicanda ex morum temperantia nomen
130 acceperat. quae supererat, fortissima ac tolerandis omnibus adversis semper infracta, subeundis etiam laboribus robore quoque corporis prae-

2 *de caduceo Macr. sat. 1, 19, 16; Cornut. 16* (*p. 22, 19*); *Isid. orig. 8, 11, 47; Hyg. astr. 2, 7* || 24 *Apul. met. 11, 19* cautoque circumspectu vitam . . . esse muniendam

[**ABDMR CEFV GL**] 2 ingente **A** vigenti $\mathbf{D}^1$ || 4 fati $\mathbf{MR}^2$ || 8–19 *versus om.* $\mathbf{M}^1$ || 10 ut dent] vident $\mathbf{R}^1$ || 12 ad *om.* **L** | aetheram $\mathbf{AD}^1$ || 14 vigil] iugal **A** | descendensque **L** || 15 nus $\mathbf{ABDR}^1$ NOYC $\mathbf{C}^2\mathbf{GL}$ nys *cett.* || 17 fer *n. f.* $\mathbf{C}^1$ ferit $\mathbf{L}^1$ | gloria $\mathbf{C}^1\mathbf{V}$ || 20 concinnentes **AE** || 21 maronae **L** || 22 laudales $\mathbf{D}^1$ | verum **DG** reum *n. f.* $\mathbf{C}^1$ rerum *cett.* || 23 virgines $\mathbf{A}^1\mathbf{L}^1$ virgini/// **M** || 24 omne **A** || 25 distrinctione **A** | discriminas $\mathbf{R}^1$ || 26 attribues $\mathbf{L}^1$ | eo] ei **A** o $\mathbf{B}^1$ || 27 contemptus $\mathbf{AB}^1\mathbf{D}^1\mathbf{R}$ || 28 abstinentiam **A** || 29 ac] at $\mathbf{L}^1$ | tolerandis] temperandis **M** || 30 etiam *del.* $\mathbf{R}^2$

parata, Virium vocabulum possidebat. in amplexum eius osculumque de-
feruntur atque eam, cum intra cubiculum conspicerent per omnia trepi-
dantem et velut lucifugam haesitationibus torpentem, pectus eius fa-
ciemque tractantes in conspectum omnium et publicam venire faciem
compulerunt. post has ingressa quaedam gravis crinitaque femina et ex **131**
eo, quod per ipsam Iuppiter ascensum cunctis in supera tribuerit, admo-
dum gloriosa. quam cum virgo conspiceret, ad eam omni studio affec-
tuque concurrit; quippe quadam fiducia compertorum ipsa eidem scan-
dendum caelum fuerat augurata et nunc ad eam in nuptias corrogandam
ab ipso transmissa Maiugena. praeterea tres puellae vultu decoreque pa- **132**
rili ac venustate luculentae [sertis] religatae invicem manus rosarumque
sertulis redimitae ad virginem convenere. quarum una deosculata Philo-
logiae frontem illic, ubi pubem ciliorum discriminat glabella medietas,
alia os eius, tertia pectus apprendit, videlicet prima, ut 'laetos oculis
afflaret honores', secunda gratiam linguae inspirabat, animo tertia comi-
tatem. quippe illae Charites dicebantur, et quicquid apprenderant ve-
nustabant. quae quidem virginem postquam lumine replevere, Musis
admixtae etiam gesticulationes consonas atque hymeneia dedere tripu-
dia. sed ecce magno tympani crepitu crotalorumque tinnitu universa **133**
dissultant, eo usque ut Musarum cantus aliquanto bombis tympani ob-
tusior redderetur, et cum sonitu introfertur lectica interstincta sideribus,
cui ritu mystico crepitus praecinebant, qua mos fuerat nubentes deas in
caelestis thalami pervenire consortia. ante hanc quaedam augustioris **134**
vultus femina ac sacro lumine aethereque resplendens venerabili anti-
stitio praeminebat. quam cum omnes qui affuere conspicerent, reveriti

6 *Cic. leg. 2, 19* olla, propter quae datur homini ascensus in caelum; *nat. deor. 2, 62* || 10 *cf. Sen. benef. 1, 3, 2–4* || 14 laetos . . . 15 honores = *Verg. Aen. 1, 591* || 18 *Hor. c. 1, 4, 6* Gratiae . . . alterno terram quatiunt pede

[**ABDMR CEFV GL**] 1 virum **C**^{1} | *ante* in *add.* hae *Kopp ex Hugiano* || 2 per *fort. delendum* || 4 conspectu **ABDV** (*d.* **R**) | faciem venire **A** (*d.* **R**) || 5 compulere **G** (*d.* **R**) || 6 per ipsum iuppiter **A** persam iuppiter **C** ipsam iuppiter **E**^{1}**F**^{1} iuppiter per ipsam **L** (*d.* **R**) || 7 affectu **C**^{1}**V** (*d.* **R**) || 8 currit **C**^{1} cucurrit **C**^{2} (*d.* **R**) | scandendo **EF** (*d.* **R**) || 9 ad eam] eadem **D**^{1} || 10 vultu *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) | *ante* parili *add.* cum **E**^{s}**V** | pari **B**^{1} || 11 at **V**^{1} | sertis *del. Dick* sertas **A** de sertis **E**^{s}**V** || 12 sertulis *Dick* de speculis **C**^{1}**E**^{s}**V** speculis *cett.* | convere **L**^{1} (*d.* **R**) || 13 glabellae **C**^{1} **EFVL** || 14 alia os] alios **M**^{1} | apprendit **B**^{1}**DM**^{1} apprehendit *cett.* || 15 inspirabat] eius spirabat **B**^{2}**MG** eius inspirabat **D**^{2} (*d.* **R**) || 16 illi **M**^{1} | Charites *ed. pr.* cantes *libri* | apprenderant **B**^{1}**DR** apprenderent **M** apprehenderent **AL**^{2} apprehenderant *cett.* | venustabat **L**^{1} || 18 amixtae **FL** | gesticulationis **L**^{1} | hemeneia **R**^{1} hyminei **E** himenei **V** | deidere *n. f.* **M**^{1} adedere **CV** addere **E** dere **F**^{1} || 19 crotulorumque **D**^{2}**F** crotularumque **C**^{1}**EV** crotalarumque **L**^{1} || 22 crepitu **G**^{1} | praecinnebant **E** | qua mos fuerat **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**F**^{2}**GL**^{2} quam obfuerat **AM**^{1}**L**^{1} qua offuerat **B**^{1}**D**^{1}**C**^{1} quam offuerat **R**^{1}**C**^{2}**EF**^{1}**V** | dehas **C**^{1}**V** || 24 femina *om.* **L** | sacro] de sacro **CE**^{s} | aethereoque **D**^{2}**G** aetherique **M**^{1} aetherioque **M**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} || 25 praenitebat **B**^{v}

inclitam maiestatem ut deorum omnium mundique custodem; huic
Athanasiae nomen fuit. et 'heus' inquit 'virgo, praecepit deorum pater
hac regali lectica in caeli palatia subveharis, quam quidem nulli fas
attrectare terrigenae, sed ne tibi quidem, si ante nostrum poculum, licet.'
185 et cum dicto leniter dextra cordis eius pulsum pectusque pertractat, ac
nescioqua intima plenitudine distentam magno cum turgore respiciens,
'ni haec', inquit 'quibus plenum pectus geris, coactissima egestione vomu-
eris forasque diffuderis, immortalitatis sedem nullatenus obtinebis.' at
illa omni nisu magnaque vi quicquid intra pectus persenserat evomebat.
186 tunc vero illa nausea ac vomitio laborata in omnigenum copias conver-
titur litterarum. cernere erat, qui libri quantaque volumina, quot lin-
guarum opera ex ore virginis diffluebant. alia ex papyro, quae cedro per-
lita fuerat, videbantur, alii carbasinis voluminibus implicati libri, ex ovil-
lis multi quoque tergoribus, rari vero in philyrae cortice subnotati;
187 erantque quidam sacra nigredine colorati, quorum litterae animantum
credebantur effigies, quasque librorum notas Athanasia conspiciens qui-
busdam eminentibus saxis iussit ascribi atque intra specum per Aegyp-
tiorum adyta collocari, eademque saxa stelas appellans deorum stemmata
188 praecipit continere. sed dum talia virgo undanter evomeret, puellae
quamplures, quarum Artes aliae, alterae dictae sunt Disciplinae, subinde,
quae ex ore virgo effuderat, colligebant in suum unaquaeque illarum
necessarium usum facultatemque corripiens. ipsae etiam Musae, praeser-
tim Vranie Calliopeque, innumera gremio congessere volumina. in aliis

2 *Apul. met. 9, 33* et 'heus' inquit, 'puer' || 3 *Ov. met. 1, 176* palatia caeli || 3–4 *Verg. Aen. 6, 563* nulli fas casto sceleratum insistere limen; *2, 719* attrectare nefas || 5 et cum dicto] *locutio Apuleiana, met. 2, 5 et saep.* | *Apul. flor. 23 p. 43, 25* manum ... prehendit, eam pertrectat || 11 *Verg. Aen. 6, 596* cernere erat || 15*ss. Apul. met. 11, 22* libros litteris ignorabilibus praenotatos ... figuris cuiuscemodi animalium ...; *Amm. 22, 15, 30* volucrum ferarumque genera multa sculpserunt et animalium species innumeras; *cf. Tac. ann. 11, 14* || 17–18 *Arnob. nat. 1, 43* Aegyptiorum ex adytis; *cf. Firm. math. 5 praef. 7*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 magestatem **C^{1}V** || 3 lectita **R^1** | platia **D^1** || 4 attrectare **M** adterectare **A** attractari **D^2** adtrectari *cett.* | terriginae **V^{1}L** | sed] et *Eyss.* | ne **ABD^{1}MR** nec *cett.* | si *del.* **L^2** ipsi *Eyss.* || 5 eius *om.* **L** || 6 cum] con **M** *om.* **L^1** *et commode abesset* || 7 ni *om.* **M** nisi **CV^{2}L** || 9 persenserat **C^{2}L^2** senserat **B^2** semper senserant **V^1** semper senserat *cett.* perpenderat *Dick* || 10 nausia **AB^{1}DR** | elaborata **D^1** || 11 quot] quod **AB^{1}D^{1}MR** || 12 difluebant **C^{1}L** defluebant **G** | alii **M** || 13 fuerant **BDFL^2** | implicati *om.* **G^1** || 14 philyrae **A** pellire **C^1** phillere **E** phillirae *cett.* (*d.* **R**) | subriotati **B^1** sobnotati **D^1** (*d.* **R**) || 15 animalium **B^2** (*d.* **R**) || 18 addita **AM^1** adita **D^{2}M^{2}FG** (*d.* **R**) | stelas *Vulcan.* stellans **F^1** stellas *cett.* (*d.* **R**) || 19 praecipit **AD^1** (*melius, si clausulam spectes*) praecepit *cett.* (*d.* **R**) || 20 Artes *om.* **M^1** *post* aliae *ponit* **M^2** (*d.* **R**) || 21 effuderat] haec fuderat **C^{1}EFV** | colligebat **M^1** collegebant **L** (*d.* **R**) || 22 prosertim **A** || 23 uranie **MFL^1** urania **BL^2** unarie **C^{1}V** uraniae *cett.* (*d.* **R**) | calliopaeque **AM^{1}G** (*d.* **R**) | congessere **B^{2}D^{2}MC^{2}F^{2}GL** concessere *cett.*

quippe distinctae ad tonum ac deductae paginae, in aliis circuli lineaeque
hemisphaeriaque cum trigonis et quadratis multiangulaeque formae pro
theorematum vel elementorum diversitate formatae; dehinc pictura ani-
malium membra multigenum in unam speciem complicabat. erant etiam
libri, qui sonorum mela signaque numerorum et cantandi quaedam opeɹa
praeferebant. postquam igitur illam bibliothecalem copiam nixa imitus 139
virgo diffudit, exhausto pallore confecta Athanasiae opem, quae tanti
laboris conscia fuerat, postulavit. tum illa: 'ut refectior caelum subli-
misque conscendas, hoc tibi accipe sorbillandum.' ac tunc matri Apotheo- 140
si, quae cum illa forte convenerat et iam pridem libros, qui ex Philolo-
giae ore defluxerant, manu contingens ac dinumerans consecrabat, aufe-
rens quandam globosam animatamque rotunditatem sumit ac virgini
porrigit hauriendam. verum ipsa species ovi interioris crocino circumlita
exterius rutilabat ac dehinc perlucida inanitate albidoque umore, inte-
riore tamen medio solidior apparebat. quam cum Philologia susciperet,
quoniam post tanti laboris afflictationes aestusque mentis plurimum
sitiebat, reseratis eius rotunditatis arcanis, postquam rem dulcissimam
comperit, totam incunctanter exhausit;

continuoque novo solidantur membra vigore,
et gracilenta perit macies; vis terrea cedit,
aethereumque venit sine mortis legibus aevum.

verum diva cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse, quo e 141
terris illam caelum pergere immortalemque factam velut aenigmate re-
dimiculi perdoceret, ex herba quadam rurestri, cui *ἀείζωον* vocabulum
est, virginem coronavit, praecipiens omnia, quae adhuc mortalis adver-
sum vim superam in praesidium coaptarat, expelleret: quippe caducae
mortalisque substantiae istaec esse munimina memorabat. quae quidem

7 *Apul. met. 5, 22* Psyche ... marcido pallore defecta

[**ABDMR CEFV GL**] 1 quippe] que **L** | linaeque **L**^{1} || 2.3 pro theorematum *Petersen 43* protheorematum *vulgo edebant* || 6 illa **CE** | imitus *Pontanus* (*cf. Gell. 17, 10, 13 et Macrob. sat. 5, 17, 11*) imitatur **E** imitatus *cett.* || 9 conscendendas **AR**^{1} | sorbillandum **B**^{2}**D**^{2}**MEFVL**^{2} sorbilandum *cett. fort. recte* || 11 dinnumerans **V**^{1} | consecrabat ... 12 sumit] *nihil nisi* consumit *habet* **A** | auferans **B**^{1} et ferens **M** || 12 rutunditatem **M**^{1}**R**^{1} || 13 cronico **M** de crocino **C**^{1}**E**^{s}**V** || 15 medio] de medio **C**^{1}**E**^{s}**V** || 16 afflictationes **B**^{1}**DR**^{1}**C**^{2} affectationis **A** afflictionem **M** afflictiones *cett.* || 18 incunctantur **D**^{1} | exhauserit **R**^{1} || 19–21 *versus om.* **C**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} || 21 aethereumque **AV**^{m} aetheriumque *cett.* || 23 illam *om.* **R**^{1} | *ante* caelum *add.* ad **CE**^{s}**V** | immortalitatemque **R**^{1} || 24 ruresti **M**^{1} rerustri **R**^{1} | *ἀείζωον ed. pr.* aei ΖΩC **A** ΛЄΙΖΩC **D**^{1}**L** ΑЄΙΖΩC **R** ΛЄΥΖΩC *cett.* || 26 coaptaret **AC**^{1}**EF**^{1}**V** cooptarat **D** coptarat **G**^{1} || 27 mortalitatisque **R** | istaec esse munimina *scripsi Rh. Mus. 111, 1968, 82* ist(h)aec esse minima **AB**^{1}**DEFV**^{1}**L**^{1} ista haec esse minima **B**^{2}**V**^{2}**L**^{2} ista necesse minime **M**^{1} isthaec necesse minime **M**^{2} iste cessem inima **R** istaec/// esse/minima **C**

omnia eidem mater abstraxit, postquam eam mundana transcendisse stu-
142 dia recognovit. tunc Philologia ex aromate praeparato acerraque propria
Athanasiae primitus supplicavit matrique eius gratiam multa litatione
persolvit, quod nec Vedium cum uxore conspexerit, sicut suadebat Etru-
ria, nec Eumenidas, ut Chaldaea miracula, formidarit, nec igne usserit,
nec lympha subluerit, nec animae simulacrum Syri cuiusdam dogmate
verberarit, nec † Phasi senis ritu Charontis manibus involutam immortali-
143 tatem mortis auspicio consecrarit. interea conscendere iussa lecticam,
quae in suggestu maximo quoniam videbatur, difficile admodum sibi, ne
dicam impossibile, deputabat. in quam rem consequenter implendam
alumnum suum dilectum prae ceteris convocavit, quo innixa omnem dif-
ficultatem superae conscensionis evicit; verum idem, qui Labor ab eadem
vocabatur, non solum in lecticae culmen eam sustulit, verum caelum
144 cum domina impiger permeavit. quippe consociato sibi quodam puero
renidenti, qui nec voluptariae Veneris filius erat, et tamen Amor a sa-
145 pientibus ferebatur, a fronte lecticam subvehere moliuntur. nam postica
Epimelia et Agrypnia dilecta virgini sustulere mancipia (sic enim Atha-
nasia praeceperat), ut uterque sexus cum Philologia caelum posset ascen-
dere. praecedit ilico conscendentem Musarum concinentium pompa et
146 praedictarum comitum venerabilis multitudo. Periergia vero aliis comi-
tata pedisequis dotalibusque mancipiis curiose universa perscrutans at-
que interrogans sequebatur. verum ad culmina arcis aeriae comitatus ille
cum virgine propinquabat.

§ 142 locum obscurissimum tractat Lenaz (1975) introd. 75 s. || 6 animae simulacrum] *cf. Serv. Aen. 4, 654* quoddam simulacrum quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petit ... || 15 *Apul. Apol. 12* geminam esse Venerem deam *e. q. s.; Plat. Sympos. 180 D* || 19 *Auson. epist. p. 269, 12 Prete* Musis concinentibus || 20 *Quint. inst. 8, 3, 55* periergiam *supervacuam operositatem dicit*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 mater eidem **CEFV** idem mater **L^1** | eam *om.* **C^{1}EV** (*in rasura scriptum est in* **F**) | transcendisse mundana **CEFV** || 3 eius *delebat Dick, sed de Apotheosi Athanasiae matre, non de Phronesi Philologiae agitur* || 4 *ante* quod *add.* eo **E^{2}F^{2}V^1** (*d.* **R**) | compexerit **L** (*d.* **R**) || 5 ut *Leid. 36 alt. m.* et **M** ac **E** ad *cett.* (*d.* **R**) || 6 lympha subvertit *n. f.* **A** lymphas abluerit **C^{1}V** lympha abluerit **C^2** (*d.* **R**) || 7 verbararit **M** (*d.* **R**) | fasi **ML** (*d.* **R**) | manibus ... 8 mortis *om.* **B^{1}L^1** || 8 consecrarit **L** consecravit *cett.* || 9 dificele **L^1** dificile **L^2** (*d.* **R**) || 10 deputat **M^1** (*d.* **R**) || 11 dilectis **D^1** (*d.* **R**) | quo ... 12 evicit *om.* **B^1** || 12 conscensionis **B^{2}M^1** concessionis **AD^{1}R** confessionis **CEFV** consessionis *cett.* || 15 renitenti **A** rendenti **C^1** | filius veneris **CEFV** || 16 moliuntur *Darmstattensis* (*cf. Petersen 11*) memorantur **B^{2}L^2** morantur *cett.* ⟨non⟩ morantur *Morelli* || 16.17 postica Epimelia **D^2** pesticepimelia **A** posticae pimelia **B^{1}D^{1}M^{1}R** postica pimelia *cett.* || 17 agripinia **AEFL^1** agrippinia **C^{1}V** | virginis **CEFV** || 19 concinnentium **A** || 21 pedisequis **ABD^{2}R^{1}C^{1}EVG** pedissequis *cett.* | curiosa **D^2** || 22 verum] verum ilico **G** | aeriae] aenae **AB^1** enae **D^{2}R^1** one **M** eriae **R^2** aetheriae **L**

Et ecce advenire subito deorum pronuba nuntiatur, ante quam Concor- 147
dia, Fides Pudicitiaque praecurrunt; nam Cupido, corporeae voluptatis 148
illex, licet eam semper antevolet, Philologiae occursibus non ausus est
interesse. at ubi in conspectum nubentis diva pervenit atque, ut mos vir- 149
ginis erat, litavit aromatis, deam talibus deprecatur: 'Iuno pulchra, licet aliud nomen tibi consortium caeleste tribuerit, et nos a iuvando Iunonem, unde et Iovem dicimus, nominemus, sive te Lucinam, quod lucem nascentibus tribuas, ac Lucetiam convenit nuncupare (nam Fluvoniam Februalemque ac Februam mihi poscere non necesse est, cum nihil contagionis corporeae sexu intemerata pertulerim), Iterducam et Domiducam, Vnxiam, Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare, ut earum et itinera protegas et in optatas domos ducas et, cum postes unguent, faustum omen affigas, et cingulum ponentes in thalamis non relinquas, Opigenam te, quas vel in partus discrimine vel in bello protexeris, precabuntur, Poplonam plebes, Curitim debent memorare bellantes; hic ego te Heram potius ab aeris regno nuncupatam voco: da nosse poscenti, quid haec aeria latitudo atque atomis perlucentes concurrentibus campi animantum gerant, quidve hic dicatur numinum subvolare. non enim de humilitate aeris illius quaero, qui volucribus permeatur, quem Olympi montis cacumen excedit, qui vix decem stadiorum altitudine sublimatur, sed elata disquiro. at iam fas puto quicquid περὶ εὐδαιμονίας lectitans intellexeram conspicari.'

5 *de Iunonis nominibus imprimis Varro ap. Aug. civ. 7, 3* || **6** a iuvando] *Varro ling. 5, 67; Cic. nat. deor. 2, 66; Gell. 5, 12, 4; Isid. orig. 8, 11, 34; Fulg. myth. 3, 1; Serv. Aen. 1, 47* || **7.8** lucem nascentibus] *Cic. nat. deor. 2, 68* || **9–10** *Apul. Socr. 3 p. 123* corporis contagione remotas || **19–20** *Apul. Socr. 8 p. 138* Olympi verticem ... decem stadiorum altitudo fastigii non aequiperat

[**ABDMR CEFV GL**] **1** et *om.* **B**^{1} || **2** nam ... **3** occursibus *om.* **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1} || **3** occursibus philologiae **E**^{m}**F** | occussibus **L** || **4** conspectu **MCEV** | atque *om.* **R**^{1} | mos] mors *n. f.* **B**^{1} nos **E** || **5** deprecantur **AD**^{1}**R** || **6** numen **AR**^{1} | tribuat **B**^{v} tribueret **RC**^{1} | a iuvando] adiuvando **AC**^{1}**L** || **8** ac] qua **M** e **E** a **G** | lucesiam **D**^{2}**CE**^{1}**F**^{2}**V** luceiam **G** lucesetiam **L** || **9** frebrualemque **M** februlemque **C**^{1} || **10** sexto *n. f.* **A**^{1} sexi **M** | pertulere **M** pertulerem **R**^{1}**C**^{1} || **11** unxiam] unam *n. f.* **R** uncxiam **F** anxiam **G**^{v} || **12** itinere **A** iternera **R**^{1} | optatos **D**^{1} obtatas **L** | ungant **M** ungent **EFV** || **13** fastum **V** | affigas *om.* **M** || **14** Opigenam *coni. Grot.* soticenam *libri* | vel in^1 **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**G**^{2}**L**^{2} velint *cett.* | partes **M**^{1} (*d.* **R**) | dicrimine **BD**^{1} decrimine **M** (*d.* **R**) | vel inbecillo **A** || **15** poplonam **B**^{1}**DMR**^{1} peplonam **R**^{2}**G** populonam *cett.* || **16** ego] ergo **D**^{2}**R**^{2}**G** | Heram *Grot.* eram **RF** aeriam **B**^{2} aeram *cett.* | noncupatam **AM** (*d.* **R**) || **18** animatum **D**^{1} (*d.* **R**) | hic] id **EV** ic **F**^{1} || **19** olympia **E**^{1} (*d.* **R**) || **20** *post* decem *add.* milia **D**^{v}**C**^{2}**G**, *sed rursus delet* **C**^{3} (*d.* **R**) || **21** at] ac **B**^{2} et **MF** (*d.* **R**) | ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑϹ **BDGL** ΠΕΡΙ ΕΑΙΜΩΝΙΑϹ **A** ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΩΝΥΑϹ **M** ΠΕΡΥ ΕΥΔΑΙΜΩΝΙΑϹ **C** ΠΕΡΥ ΑΑΥΜΩΝΙΑϹ **EV** ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΩΝΑϹ **F** (*d.* **R**) *περὶ δαιμόνων coni. Grot.* | lectans **A** lectitas **B**^{1} lecticans **C**^{1}**EV** (*d.* **R**)

150 Hic Iuno conscendentis precibus non repugnans eam secum in arces ducit aerias atque exhinc multarum diversitates edocet potestatum. 'illi', inquit, 'quos ignitae substantiae flammantisque suspicimus, ab ipso aethere sphaeraeque superioris ambitu usque solarem circulum demeantes ipsi dicuntur dii, et caelites alias perhibentur causarumque latentium arcana componunt. sunt enim puriores, nec admodum eos mortalium curarum vota sollicitant, ἀπαθεῖϛque perhibentur. illic Iovem regnare cer-
151 tissimum est. at infra Solis meatum usque lunarem globum secundae beatitatis numina supparisque potentiae, per quae tamen vaticinia somniaque ac prodigia componuntur. haec haruspicio exta fissiculant admonentia quaedam vocesque transmittunt auguratisque loquuntur ominibus. plerumque enim quaerentes admonent vel sideris cursu vel
152 fulminis iaculo vel ostentaria novitate. sed quoniam unicuique deorum superiorum singuli quique deserviunt, ex illorum arbitrio istorumque comitatu et generalis omnium praesul et specialis singulis mortalibus Genius admovetur, quem etiam praestitem, quod praesit gerundis omnibus, vocaverunt; nam et populi Genio, cum generalis poscitur, supplicatur, et unusquisque gubernatori proprio dependit obsequium. ideoque dicitur Genius, quoniam, cum quis hominum genitus fuerit, mox eidem copulatur. hic tutelator fidissimusque germanus animos omnium mentesque
153 custodit; et quoniam cogitationum arcana superae annuntiat potestati,
154 etiam Angelus poterit nuncupari. hos omnes Graeci daemonas dicunt ἀπὸ τοῦ δαιομένου, latine Medioximos vocitarunt. qui quidem omnes minus lucidae splendentisque naturae quam illi caelestes, sicut conspicis, approbantur; nec tamen ita sunt corpulenti, ut hominum capiantur ob-

§ 150–153 cf. Varro ap. Aug. civ. 7, 6; Apul. Socr. 16 p. 154–156; 6 p. 132–134; Cic. nat. deor. 2, 7 || 15 *de genio Varro ap. Aug. civ. 7, 13; Cens. 3, 1; Apul. Socr. 15 p. 151; Isid. orig. 8, 11, 88* || 23 *Macr. sat. 1, 23, 7; Lact. Inst. 2, 14, 6; Serv. Aen. 3, 111; Aug. civ. 9, 20; Isid. orig. 8, 11, 15; Plat. Crat. 398 B* | Medioximos] *Apul. Plat. 1, 11 extr.; Serv. Aen. 9, 175*

[**ABDMR CEFV GL**] 3 ingenitae *n. f.* **C**^{1} ignotae **G**^{1} (*d.* **R**) || 4 aethere **AB**^{1}**DMC**^{1}**G** aetheris *cett.* (*d.* **R**) | dimeantes **R** || 5 causarumque] causarum **M**^{1} || 7 ἀπαθεῖϛque *ed. pr.* ΑΠΑΘΕϹque *libri* || 8 at] ad *n. f.* **C**^{1} sed at **V**^{1} sed enim **V**^{2} (sed *ss.* **E**^{s}**F**^{s}) | infera **C**^{1} intra *vulgo edunt* || 10 fessiculant **AB**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} fisiculant **B**^{2} || 11 loquuntur **D**^{2}**RC** loquntur **B** locuntur *cett.* || 12 ominibus **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**F**^{v}**L**^{2} omnibus *cett.* || 12 enim ... 14 istorumque *om.* **V**^{1} || 13, 14 deorum superiorum **ARC** superiorum deorum *cett.* (*fortasse* deorum *delendum est*) || 14 quique **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} que *cett.* || 16 amovetur **MEFVL**^{2} | gerendis **L**^{2} || 17 supplicant **D**^{2}**MR**^{2} supplicantur **G** || 18 ideo **AR**^{1} || 19 cum *om.* **MR**^{1}**F**^{1} || 20 tutelator **B**^{2}**D**^{2}**MF**^{2}**GL** tutelatur *cett.* | fidimusque **R**^{2} | germanos **C**^{1} | omnium] hominum **C**^{2}**EFV** *fort. recte* || 21 annuntiae **M** || 22 angelos **C**^{1} || 23 *ἀπὸ τοῦ δαιομένου Dick ex Macrob. sat. 1, 23, 7* apo tu daeomenu **ADR**^{2}**C**^{1} apo tu deomenu **B**^{1}**FV**^{1} apo to demony **B**^{2} apo to ideomenu **M** apo tu daemenu **R**^{1} apo tu daemonu **C**^{2} apotudeosmenu **EV**^{2} apo tu daeomeny **G** apo tu demonu **L** | latini **B**^{2}**C**^{2}**G**^{2} latinae **M** | vocitarum **M** || 25 hominem **F**^{1}

tutu. hic igitur Lares, hic post membrorum nexum degunt animae purio- 155
res, quae plerumque, si meritorum excellentia subvehantur, etiam circu-
lum Solis ac flammantia saepta transiliunt. dehinc a lunari circulo usque 156
in terram quicquid interpatet interstitii proprii partitione discernitur, et
ab orbe lunari interfusa mediet asdisparatur. sed superior portio eos, sic-
ut conspicis, claudit, quos hemitheos dicunt, quosque latine Semones
aut Semideos convenit memorare. hi animas caelestes gerunt sacrasque
mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreantur.
qui quidem plerumque sui miraculo fidem fecere caelestium, ut in ortu 157
Herculis geminatae noctis obsequium, serpentesque idem parvus oblidens
vim numinis approbavit; Tages sulcis emicuit et ritum statim gentis exti-
spiciumque monstravit; Hammon apparuit cum cornibus arietinis et
vestimento lanitio ac sitientibus undam fontis exhibuit. quid loquar eos, 158
qui primi mortalibus usum rerum maioraque commoda praestiterunt?
ut vitem Dionysus apud Thebas, Osiris apud Aegyptios haustum vini
usumque comperiens, frumentum Isis in Aegypto, Triptolemus apud
Atticos docuere; eademque Isis lini usum sementemque monstravit.
comminuendae frugis farrisque fragmenta Pilumno signat Italia; ascri-
bit Asclepio Graecia medicinam. alii quoque huius generis homines in 159
divinandi usum et praescientiam procreati, ut Carmentis in Arcadia ab
effuso per vaticinia carmine memorata, Sibylla vel Erythraea quaeque
Cymaea est vel Phrygia; quas non decem, ut asserunt, sed duas fuisse
non nescis, id est Herophilam Troianam Mermessi filiam et Symmachiam

1 animae puriores] *cf. Cic. Lael. 13; somn. Scip. 3, 1; Apul. Plat. 1, 12* || 6 Semones] *Fulg. serm. ant. 11; Lucan. 9, 6–9; Tert. nat. 2, 7; Apul. Socr. 6 p. 132 ss.* || 10 geminatae noctis] *Propert. 2, 18, 25; Sen. Ag. 815; Ov. am. 1, 13, 45; Hygin. fab. 29* || 11 Tages] *Cic. div. 2, 50; Cens. 4, 13; Arnob. nat. 4, 31* || 12 Hammon] *Macr. sat. 1, 21, 19; Arnob. nat. 6, 12; Serv. Aen. 4, 196* || 16 Triptolemus] *e. g. Ov. fast. 4, 507* || 18 Pilumno] *Serv. Aen. 9, 4 et 10, 76; Varro ap. Non. p. 528* || 20 Carmentis] *Ov. fast. 1, 467; Serv. Aen. 8, 51* || 21 Sibylla] *cf. Sol. 2, 18 (Salm. ad loc.); Lact. inst. 1, 6; Ael. v. h. 12, 35*

[**ABDMR CEFV GL**] 2 subveantur BDC^1F sublimantur *Eyss.* || 3 dehic L^1 || 4 terra **M** | instertitii **F** | propria *fort. legendum* | partione E^1 || 5 ab orbe] arbore R^1 | potio $AB^1D^1R^1$ potitio *n. f.* C^1 || 5.6 sicut conspicis *delebat Dick* || 6 discunt V^1 | latini $B^1D^1FL^1$ latinae **MRV** | sermones AM^1R *et fort.* B^1 sermonis D^1 || 7 caelestis B^1DR || 8 mentis B^1R || 10 *ante* obsequium *add.* per V^2L | parvulus **CEFV** (*d.* **R**) || 11 extispiciumque **M** extispiumque AD^1 *de* B^1C^1 *non liquet* sipnumque $B^2D^2C^2F^2VGL$ sipiumque **E** sinumque F^1 (*d.* **R**) || 12 hapmon **V** (*d.* **R**) || 13 vestimento M^2 vestimentum *cett.* | ac] hac **V** (*d.* **R**) || 15 dionysus MR^1 dionissus AB^1D dionisius *cett.* | thesbas **R** | ossiris **A** (*d.* **R**) || 16 istis D^1R issis L^1 | triptotemus **AM** temus B^1D^1 treptolemus D^2 *om.* L^1 (*d.* **R**) || 18 farisque C^1L^1 | pilomno **M** || 21 epheso D^1 effusio M^1 efuso **F** (*d.* **R**) | morata L^1 | sylla **A** syllaba **R** *et fort.* C^1 || 22 sed *om.* F^1 || 23 non nescis *om.* G^1 | herophilam B^1D cherophilam **CEV** therophilam *cett.* | Mermessi *Salmas. E. P. 55 b. F* marmensis V^2 marmensi *cett.* | filiam . . . p. 48, 1 Hippotensis *om.* B^1 | symmachinam C^1EV symachiam **L**

Hippotensis filiam, quae Erythra progenita etiam Cumis est vaticinata.
160 ex hac divinandi possibilitate Amphiaraus Mopsusque celebrati. a medietate vero aeris usque in montium terraeque confinia Hemithei Heroesque versantur, qui ex eo, quod Heram terram veteres edixere, Heroes nuncupati. ibique Manes, id est corpori humano praesules attributi, qui paren-
161 tium seminibus manaverunt. denique haec omnis aeris a luna diffusio sub Plutonis potestate consistit, qui etiam Summanus dicitur quasi summus Manium. hic Luna, quae huic aeri praeest, Proserpina memoratur.
162 verum illi Manes, quoniam corporibus illo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, etiam post vitam isdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellati Lemures. qui si vitae prioris adiuti fuerint
163 honestate, in Lares domorum urbiumque vertuntur; si autem depravantur ex corpore, Larvae perhibentur ac Maniae. Manes igitur hic tam boni quam truces sunt constituti, quos ἀγαθούς et κακοὺς δαίμονας memorat
164 Graia discretio. in his etiam locis Summanes eorumque praestites Mana atque Mantuona, dii etiam quos aquilos dicunt, item Fura Furinnaque et
165 mater Mania Intemperiaeque et alii tristes divorum degunt. circa ipsum vero terrae circulum aer calore supero atque exhalatu madoreque infero turbidatus egredientes corporibus animas quodam fluenti aestu collidens

3 Heroes] *Serv. ecl. 4, 35; Isid. orig. 8, 11, 98 (fugit Martianum se hemitheos iam in altera regione posuisse)* || **5** Manes] *Fest. p. 157* Manes ... per omnia ... manare; *Isid. orig. 8, 11, 100* || *§ 161 cf. Varro apud Aug, civ. 4, 10* || **7** *Summanus qui sit se nescire dicit Aug. civ. 4, 23; cf. Ov. fast. 6, 731* quisquis is est, Summano; *v. tamen Cic. div. 1, 16 etc.* || *§ 162 cf. Aug. civ. 9, 11; Non. p. 135; Apul. Socr. 15 p. 153* || **16** aquilos] *Gloss. V 16, 10* di aquili di inferi | Fura Furinnaque] *Cic. nat. deor. 3, 46* est ... apud nos ... lucus Furinae; *Varro ling. 6, 19* || **17** Mania] *Macr. sat. 1, 7, 35* Maniae deae, matri Larum

[**ABDMR CEFV GL**] **1** hypotensis **BCEFVL** | herisera **A** eristra **R** eritra (it *in ras.*) **L** | est *bis scr. in* **L**^{1} || **2** amphiarus **D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**G** || **4** eo] eum **A**^{1}**M**^{1}**R**^{1} | Heram ... **5** praesules *om.* **A** | heram **B**^{2}**MC**^{2}**EGL**^{2} eram *cett.* (i. dominam *add.* **F**^{s}) | terram *om.* **L**^{1} | dixere **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2} edixerunt **F** || **5** ubique **R**^{2} | id est] idem **F**^{2}**G** | humana **C**^{1}**V** | parentum **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**GL** || **6** *ante* seminibus *add.* de **E**^{s}**V** | manarunt **A** mannaverunt **R**^{1}**C**^{1} | denique] dehinc **R**^{2} | omni **M**^{2} || **7** sublutonis **A** supplotonis **C**^{1} supplutonis **C**^{2}**E** | submanus **AR** || **8** manuum **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{1} manum **MV** || **10** prima ... **11** manentes *om.* **V**^{1} || **10** conceptio **B**^{2}**FV**^{m}**GL**^{2} concestio **A**^{1}**R**^{1} congessio **A**^{2} concetio **B**^{1}**D**^{1} concretio **D**^{2} concesscio **M** conceptio (ept *in ras.*) **C** concep//tio **E** concessio **L**^{1} | isdem] istam **G** || **13** larvae **A**^{2}**BDC**^{2}**L**^{2} larb(a)e *cett.* | *post* perhibentur *add.* si autem depravantur **A**^{1}**B**^{1}**DMR**^{1} *superflua delent* **A**^{2}**B**^{2}**R**^{2} | ac Maniae *om.* **C**^{1}**EF**^{1}**V** || **14** agathos et cacos d(a)emonas *libri* || **15** greca **AC** gratia **B**^{1}**V**^{1} graega **R**^{1} | Summanes] sint summanes **B**^{2} simummanes **M** submanes **CEFV** || **16** aliquos **M** aquilonis **R**^{1} | fura furonaque **B**^{2} fura furinaque **MC**^{2} (*quid* **C**^{1}, *non liquet*) furinnaque fura **E**^{1}**V** || **17** tristes *Dick* triptis **C**^{1} triptes *cett.* thripes *Grot.* || **18** exalatum odoreque **A**^{1}**R**^{1} exalatum madoreque **A**^{2} exhalatu odoreque **M** *fort. recte* exalatu modoreque **L**^{1} || **19** turpidatus **C**^{1}**V** | gradientes **AB**^{1}**MR**

non facile patitur evolare. hincque tractum Pyrphlegethonta sollertia **166**
poeticae adumbrationis allusit, atque in eo perenni strepitu volutata
colliditur animarum, quas Vedius adiudicarit, impietas [id est Pluton,
quem etiam Ditem Veiovemque dixere]. ipsam quoque terram, qua ho- **167**
minibus invia est, referciunt longaevorum chori, qui habitant silvas,
nemora, lucos, lacus, fontes ac fluvios, appellanturque Panes, Fauni, Fo-
nes, Satyri, Silvani, Nymphae, Fatui Fatuaeque vel Fantuae vel etiam
Fanae, a quibus fana dicta, quod soleant divinare. hi omnes post proli-
xum aevum moriuntur ut homines, sed tamen et praesciendi et incursandi
et nocendi habent praesentissimam potestatem. inter priores igitur Ge- **168**
nios tua adhuc mortalis virginis diva consistet. nam eccam tibi aetheria
Iuno seu Vesta est', ut iam immortali divaeque praecipit dicens, 'iam sede
in concilio Iovis directa.' demumque de acerra virginis partem sumit.

Tunc portitores divae correpta lectica magno eam molimine subvexere. **169**
sed postquam centum viginti sex milia stadiorum aeria subvecti levitate
conscenderant ac tonum primum ex pthongis complevere caelestibus,
lunarem ingressa circulum virgo divae congruis nidoribus supplicabunda
de proximo conspicatur globosum quoddam tenerumque corpus e superni
roris levitate compactum instar speculi praenitentis adiaculati fulgoris
radios revibrare. in eo sistra Niliaca Eleusinaque lampas arcusque Dic- **170**
tynnae tympanaque Cybeleia videbantur; triformis etiam discolorque

3 *Macr. sat. 3, 3, 10* Dis pater Veiovis Manes, sive vos quo alio nomine fas est nominare || **5** *ss. Ov. met. 1, 192 s.; Ib. 81 s.; Mythogr. 1, 227; Macr. sat. 1, 12, 21 s.* || *§ 169 – 199 de Philologiae per sphaeras ascensu cf. Cens. 13, 1 – 6; Plin. nat. 2, 84; Hyg. astr. 4, 14; Macr. somn. 2, 3, 13 – 16; Boeth. mus. 1, 27. erravit in computo Martianus, nam intervalla simul sumpta faciunt sex tonos ac dimidium, non sex* (*p. 54, 15*) || **15** centum viginti sex] *Plin. et Cens. ll. ll.* || **16** tonum] *sic Plin. et Cens.* (idque esse toni intervallum) || **19** roris] *Macr. sat. 7, 16, 31* Alcman lyricus dixit rorem aeris et lunae filium; *cf. Fulg. myth. 2, 16; Pervig. Ven. 20* | *Apul. mund. 16 p. 323* ad instar speculi; *met. 11, 3* in modum speculi ... lunae ... lumen emicabat || **21** *Hor. c. 3, 22, 4* diva triformis || *§ 170 Plut. de Iside p. 376 D; Apul. met. 11, 5; Anth. lat. 722, 8*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** facile *om.* **EFV**^{1} | pyrphlegethon **L**^{1} || **3** adiudicaret **AR** || **3** id est ... **4** dixere *delebat Dick* | id est] idem **F** || **4** qua] que **A** quia **D**^{1} || **7** vel Fantuae] fantueve **CEF**^{1}**V** || **11** tua] tu **E** | virginis] virginitas **G**^{v} (*d.* **R**) | consistat **M** consistit *dett. aliquot et ed. Kopp. fort. recte* (*d.* **R**) | eccam **D**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} ecce *n. f.* **A**^{1} ecca **A**^{2} eccum **BM**^{1} ea cum *n. f.* **D**^{1} haeccam **F**^{2} haec cum *cett.* (*d.* **R**) || **12** praecipit ... **13** demumque *om.* **L**^{1} || **12** praecipit **B**^{2}**L**^{2} *p. m.* praecepit *cett.* || **12. 13** sede in **B**^{2}**E** sedem **C**^{1} sede *cett.* || **13** consilio **AB**^{1}**DM** **R**^{1} || **15** subvectae **M** | levitae **C**^{1}**V** || **16** tonpgis **CEV** tongis **L**^{1} || **17** supplicabunda *scripsi* supplicanda **AB**^{1}**D**^{1}**MR** supplicando *cett.* || **18** e **ABDRL** ex *cett.* || **19** levitae **R**^{1} | cumpactum **AR** | pernitentis **M** | adiaculata **D**^{1} etiaculati **M** || **20** Niliaca] nilo ac **B**^{1} **R**^{1} nilia **M** | Eleusinaque] celeusina **M**^{1} eleusina **M**^{2} hehusinaque **C**^{1}**V** | distinnae **AR**^{1} || **21** cybeleia **B**^{2}**F**^{2}**L**^{2} cebelei **A** cybelei *cett.* (Cybeles *forte legendum*) | videbatur **R**^{1} | dicolorque **B**^{1} **R**^{1}

virago terribili quadam maiestate rutilabat, quae licet cornigera et as-
pera crederetur, egestionibus opportuna tamen et felem et cervam et con-
171 versiones bis binas vultibus praeferebat. exhinc medio quam ad lunam con-
scenderat, ad Cyllenii circulum venit. quo hemitonio permeato multiplex
ei, utpote nubenti dominae, ministrorum populus laetabundus occurrit.
172 inter quos splendentis formae habitusque femina ac promptae ubertatis
ornatibus opulenta virgine salutata usque in eius osculum confisa per-
venit. sed mirabatur illa obsequentium multitudo, quae, sicut Syrus qui-
dam astruit, in numero duorum milium fuerat constituta, quod femina,
quam Etrusci dicebant ipsi denuptam fuisse Cyllenio, nulla prorsus invi-
173 dia titillata virginem complexa constrinxerat. haec autem Facundia
(nam hoc illi vocabulum) in Philologiae penatibus se ortam educatamque
memorabat, nec indignum esse, quod sibi alumna praelata est, quae et
174 sibi semper ornatum et pabulum multis praebuerit Disciplinis. venit
etiam quaedam decens ac pudicissima puellarum, quae praesul domus
custosque Cylleniae, verum Themis aut Astraea aut Erigone dicebatur;
175 spicas manu caelatumque ex hebeno pinacem argumentis talibus affere-
176 bat: erat in medio avis Aegyptia, quae ibis memoratur ab incolis; sed cum
petaso vertex atque os pulcherrimum videbatur, quod quidem serpentis
gemini lambebat implexio; subter quaedam praenitens virga, cuius caput
auratum, media glauca, piceus finis exstabat. sub dextra testudo mini-
177 tansque nepa, a laeva caprea. sed dilophon alitem, quae sit oscinum mi-
178 tior, in certaminis temptamenta pulsabat. ipsa vero ibis praenotatum

4 hemitonio] *sic et Plin. 2, 84 et Cens. 13, 4 et alii* || 9 duorum milium] *ex fonte ignoto* || 11 *de Facundia Mercurio denupta nemo alius* || 15 domus] *in astrologia scil., cf. Macr. somn. 1,21,24 s.* || 16 Themis . . . Astraea . . . Erigone] *conflatum ex Ov. met. 1,150 et fast. 1,249 (Astraea = Iustitia); Arat. 99 (Iustitia = Virgo); Manil. 4,189 s s. (Erigone = Virgo)* || 18 ibis] *Mercurio sacra, cf. Ov. met. 5, 331 alii*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 virago *coni. Shanzer* vertiago **A** vectigo **M**^{1} vertigo *cett.* | aspera] sparum **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} asperum **M** (*locus dubiae sanitatis*) || 2 egestionibus **B**^{2}**D**^{2} aggestionibus **R**^{2}**L**^{2} agestionibus *cett.* | opportune **L**^{2} | cerbam **D** || 3 binas **B**^{2}**D**^{v}**R**^{2}**CEFVGL** penas **AB**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} senas **R**^{v}**G**^{v} | praeferebant **C**^{1} | quam *om.* **L**^{1} || 4 chylleni **A** | circum **G** | quo] quod **AB**^{1}**DMR**^{1} || 5 utpute **R**^{2} | minstrorum **A** || 6 splendentes **G**^{1} | formas **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 7 *ante* ornatibus *add.* de **C**^{1}**E**^{s} | virgine **B**^{2}**C**^{1}**GL**^{2} virgini *cett.* (*vide DMCE 26*) | usque] o usque **A** || 9 numero] medio **A**^{2}**C**^{1}**EF**^{1}**V** | deorum militum **E**^{1} | constita **R**^{1} | quod . . . 10 fuisse *om.* **C**^{1}**E**^{1}**V** || 10 etrustici **M**^{1} | ipse **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | denuptam **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} deo nuptam *cett.* || 11 virginem] vir **M**^{1} | constrixerat **E**^{1} | facunda **R**^{1} || 12 hoc illa **A** illi hoc **G** | edocatamque **MR**^{1} || 14 semper] per **D**^{1} || 16 astra **B**^{1} || 17 caelatumque *dett., edd.* caelatamque *libri* | heno **A** hebeneo **C**^{1}**V** | pinnacem **E** || 18 aegyptiaca **B**^{2} || 19 atque] ut quae **A** //atque **B** aque **C**^{1} | os] eos **R**^{1} || 20 praemittens **A** | virgam **AD**^{1}**R**^{1} || 21 sub] sed **C**^{1}**EF**^{1}**V** (*d.* **R**) | dextro **B**^{2}**D**^{2}**EF**^{1}**VL**^{1} (*d.* **R**) | testudo minitansque **B**^{2}**C**^{2}**L**^{2} texu dominitansque **M**]nitansque **R** textu dominitansque *cett.* || 22 a *delent* **B**^{2}**L**^{2} *om.* **D**^{1} (*d.* **R**) | capa **C**^{1} (*d.* **R**) | ilofon **CFV** (*d.* **R**) | immitior *coni. Dick* || 23 ibis] bis **A** ibi **L**^{1} (*d.* **R**)

gerit nomen mensis cuiusdam Memphitici. hanc tabellam cum ingestam 179
sibi cognosceret virgo venerata, licet sponsi agnosceret argumentum,
tamen non ausa est sine supplicatione transire. tunc etiam candidior At- 180
lantidum Iovis congressu pignerisque culmine provecta supervenit, quae
quidem ne in nurus officio sine bilance libra apparere dignata est. quam
virgo venerata, quoniam satis sociam filio recognovit, duabus tum lucro-
rum potenti dicatis coepit honorare pecudibus. hinc festinatur ascensus, 181
et usque in Veneris circulum hemitonio transvolatur, ipsaque Venere,
quae nuptiis allubescebat, quantum decebat orata, hoc in ea perhibetur
intuita, quod admodum pulchra, tamen antias draconibus circumflexa
crebroque capillitio vulsa, ambifariumque †nital secum congressa miti-
ficat. mox studium in solarem laborare circum; quippe sescuplo fatigabat 182
ascensum, qui tonos ac dimidius habebatur. ibi quandam navem totius 183
naturae cursibus diversa cupiditate moderantem cunctaque flammarum
congestione plenissimam beatis circumactam mercibus conspicatur. cui
nautae septem, germani tamen suique consimiles, praesidebant. in prora
felis forma depicta, leonis in arbore, crocodilli in extimo videbatur. in 184
eadem vero rate fons quidam lucis aetheriae arcanisque fluoribus manans
in totius mundi lumina fundebatur. quo viso Philologia consurgens tota-
que veneratione supplicans ac paululum conivens oculis deum talibus
deprecatur:

1 *Cic. nat. deor. 3, 56* hunc Aegyptii Thoth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur || 8 hemitonio] *sic et Plin. et Cens. iam laudati* || 11 *de Venere androgyno Macr. sat. 3, 8, 1–3; Serv. auct. Aen. 1, 720; 2, 632; Ioh. Lydus de mens. 4, 64; de tota re videndus Ioh. Préaux, Mélanges I. Lévy, 1953, 479–490* || 13 tonos ac dimidius] *sic Plin. et Cens.* | navem] *cf. Iambl. myst. 7, 2; Plut. de Iside 364 C–D, qui tamen de uno vectore loquuntur* || 18 *Macr. somn. 1, 20, 3* (solem) quem Heraclitus fontem caelestis lucis appellat

[ABDMR CEFV GL] 1 hac L^1 (*d.* R) | tabellum D^1 (*d.* R) || 2 venerata *fort. delendum, cf.* virgo venerata *infra v. 6* | agnosceret *scripsi* cognosceret *libri* || 3 tunc] tum B | atlantidum BDRC^2G adlatidum V^1 adlantidum *cett.* || 4 pinnigerisque A pignorisque C^1EFVL^2 (*d.* R) | supervenis AB^1 D^1 R^1 *vix recte, etiam si* dignata es *legere velis* supernis M^1 supernique M^2 || 5 ne] nec C^1FVL *om.* E^1 (*cf. p. 203, 7* ne tunc eam noscere potuisti?) | bilance *vulgo edunt* blanc(a)e *libri* | appare L^1 (*d.* R) || 6. 7 tum lucrorum potenti *scripsi* cum lucrorum potente *libri* || 7 hinc] hic V^1 || 8 usque] us L^1 (*d.* R) || 9 adlibescebat A$B^1$$D^1$M (*d.* R) | orata] honorata MR^2G || 10 antias *dett.* anthias *omnes mei* | circumplexa B^1 || 11 ambifariumque nital ABDR^2 ambifarium qu/eni//tal/ M ambifarumque nital R^1 ambifariumque nitale C^1EF^1V ambifariumque amitale $C^2$$F^2$ ambifarium quae nitalem G ambifariumque mitale L^1 ambifariumque amital L^2 *locum pro desperato reliqui* || 12 labore B^1 D^1 E^1 exlaborare M | sesclupo B seculpo C^1 sesculpo V sescuplum G || 13 accensum C^1V accensus E | tonos AB^1DRC^1 tonus *cett.* | habeatur M habebat E | navim B^2G || 14 cunctamque M cunctarumque C^1V || 15 *ante* beatis *add.* et R^2 || 16 prora] propria R^1 || 17 felis *ed. Lugdun. an. 1539* (*v. Kopp ad loc.*) felix *libri* | crecodilli D^1 crocodrilli R^2G corcodilli EF^1V corcodrilli F^2 || 18 floribus C^1EFV || 19 limina C^1EF^1V | tataque L^1 || 20 supplicans $B^2$$R^2$$C^2$$F^2$GL plicans *cett.* | conivens B^2 D^2G cohibens A con(h)ibens *cett.* | oculos MC^2 || 21 deprecabatur A

185 Ignoti vis celsa patris vel prima propago,
fomes sensificus, mentis fons, lucis origo,
regnum naturae, decus atque assertio divum,
mundanusque oculus, fulgor splendentis Olympi,
ultramundanum cui fas est cernere patrem
et magnum spectare deum, cui circulus aethrae
paret, et immensis moderaris raptibus orbis:
186 nam medium tu curris iter, dans solus amicam
temperiem superis, compellens atque coercens
sidera sacra deum, cum legem cursibus addis.
187 hinc est quod quarto ius est te currere circo,
ut tibi perfecta numerus ratione probetur:
nonne a principio geminum tu das tetrachordon?
188 Solem te Latium vocitat, quod solus honore
post patrem sis lucis apex, radiisque sacratum
bis senis perhibent caput aurea lumina ferre,
quod totidem menses, totidem quod conficis horas.
189 quattuor alipedes dicunt te flectere habenis,
quod solus domites quam dant elementa quadrigam.
190 nam tenebras prohibens retegis quod caerula lucet;
hinc Phoebum perhibent prodentem occulta futuri

1*ss. de toto poemate disputant Lobeck Aglaoph. 464 et L. Lenaz in edit. 46–61* | prima propago] *Iulian. hymn. ad solem 144 D* || 2 fomes] *Rufin. Origen. de principiis 1, 1, 6* fomes ipse ac fons ... corporei luminis | mentis fons] *mentem mundi solem dicunt Macr. somn. 1, 20, 6; Amm. Marc. 21, 1, 11; Plin. nat. 2, 13* || 3 decus] *Anth. 389, 56* sol mundi caelique decus || 4 oculus] *Macr. sat. 1, 21, 12* solem Iovis oculum appellat antiquitas || 5 ultramundanum] *Calcidius 204, 5s. ed. Waszink* a summo deo, qui est ... ultra omnem substantiam omnemque naturam || 7 moderaris] *Macr. sat. 1, 22, 7* sphaerarum omnium ... moderator || 8 medium ... iter] *cf. Macr. somn. 1, 19, 1ss.* || 9 temperiem] *Macr. somn. 1, 20, 8ss.* || 11 quarto] *Macr. somn. 1, 19, 1ss.* || 12 perfecta] *Macr. somn. 1, 6, 23* || 13 tetrachordon] *Varr. ling. 10, 3, 46* || 14 Solem ... solus] *Macr. sat. 1, 17, 7; Varro ling. 5, 67; Boeth. cons. 5, m. 2, 13–14 etc.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 ignoti vis] ignotius **R**^{1} || 2 frons **B**^{1}**F** || 3 decusat quae **B** || 4 splentis **L** || 6 expectare **B**^{1}**DMEL**^{1} || 7 immensi *forte melius* | orbes **B**^{2}**CEFVL** || 11 te currere *Darmst.* decurrere *omnes mei* || 12 tibi perfecta **D**^{2}**R**^{2}**GL**^{2} perfecta tibi *cett.* || 13 a **F**^{1} *sicut coni. Grot.* ac **AB**^{1}**DRC**^{1}**EV** hac *cett.* | tu das **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GL**^{2} tu dans **M** das **EF**^{1}**V** dans *cett.* | tetrac(h)ordon **C**^{2}**G** tetracordeo **A** (*propter compendium male intellectum*) tetracordo **B**^{1}**D**^{1}**R** tetrachordum **B**^{2}**MEFG**^{v}**L** tretacordum **D**^{2}**V** tetrocordon **C**^{1} || 14 honorare **R**^{1} || 14. 15 honorem post patrium *fort. melius* || 20 retegis] regis **C**^{1} *om.* **E**^{1} (*d.* **R**) | quod caerula lucet *vix sana* luce *coni. Munckerus ad Fulgent.* (*Mythogr. Lat. ed. van Staveren p. 637*) quae caerula lucent *fort. legendum* || 21 prodientem **AB**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) | futura **D**^{1} (*d.* **R**)

vel, quia dissolvis nocturna admissa, Lyaeum. **191**
te Serapin Nilus, Memphis veneratur Osirim,
dissona sacra Mithram Ditemque ferumque Typhonem;
Attis pulcher item, curvi et puer almus aratri, **192**
Hammon et arentis Libyes ac Byblius Adon.
sic vario cunctus te nomine convocat orbis.
salve, vera deum facies vultusque paterne, **193**
octo et sescentis numeris cui littera trina
conformat sacrum mentis cognomen et omen.
da, pater, aetherios superum conscendere coetus
astrigerumque sacro sub nomine noscere caelum.

His audita deorum sedes iussa est permeare. verum hemitonio suble- **194**
vatam Pyrois circulus immoratur, in quo Iovis fuerat maximus filiorum.
ex quo circulo visus Pyrphlegethon amnis ad infera demeare. quo trans- **195** **196**
gresso (neque enim labor fuerat hemitonii interiecta transcurrere) in
Iovialis sideris pervenere fulgores, cuius circulus pthongo ⟨Phrygio⟩ per-

1 admissa] *Serv. Aen. 4, 6* nox quodammodo polluit mundum | Lyaeum] *cf. Macr. sat. 1, 18 (Dionysum esse solem)* || 2 Serapin] *Macr. sat. 1, 20, 13–18* | Osirim] *ib. 1, 21, 11–12; Ioh. Lydus de mens. 2, 5* || 3 Mithram] *cf. CIL 3, 1436; 5, 8239; 7, 890; Iulian. hymn. ad solem 155 B* | Ditem] *Macr. sat. 1, 18, 18* | (*Horum solem esse Macr. sat. 1, 21, 13*) | Typhonem] *contra hanc opinionem Plut. de Iside 372 A* || 4 Attis] *Macr. sat. 1, 21, 7–10; Arnob. nat. 5, 41* | puer] *Osirim accipit Kopp, cum nihil tale de Triptolemo referatur* || 5 Hammon] *Macr. sat. 1, 21, 19* | Adon] *Macr. sat. 1, 21, 4* || 7 *Verg. Aen. 8, 301* salve, vera ... || 10 *Boeth. cons. 3, m. 7, 22* da, pater, augustam menti conscendere sedem || 12 hemitonio] *tonum Plin. et Cens. iam laudati; contra Hygin. poet. astr. 4, 14* Martis stella abest a sole tono dimidio || 15 *Verg. Aen. 11, 684* neque enim labor || 16 Phrygio] *Plin. nat. 2, 84* Saturnum Dorio moveri pthongo, Iovem Phrygio

[**ABDMR CEFV GL**] 1 admissa **AB^{2}D^2** ammissa **D^{1}CL** amissa *cett.* (*d.* **R**) | Lyaeum *Grotium coniecisse falso asseverant Kopp Eyss. Dick Lenaz, cum revera* Lycaeum *ille voluisset, cf. McDonough, The Verse of Martianus Capella (1968) 307* isaevum **R^1** sichei **G^v** is(a)eum *cett.* || 2 sarapin **M** (*d.* **R**) || 3 ferumque *ed. pr.* forumque *libri* Horumque *coni. Dick* | tryphonem **R^{2}G** || 4 aratrii **M** || 5 nammon **A** | biblivus *n. f.* **M^1** blibius **C^{1}EV** || 6 cunctis **B^1** cunctos **E^1** *et fort.* **L^1** (*d.* **R**) || 7 paterne **B^{2}C^{2}F^{1}VL^1** paterna **D^{2}L^2** paternae *cett.* || 9 cognomine **B^{1}D^{1}M^{1}C^1** | et *om.* **AB^{1}D^{1}R^{1}C^1** | nomen **B^{1}D^1** || 10 superum *scripsi* (*cf.* superum ... coetus *p. 302, 1*) mentes **B^{2}C^{1}EFV** menti **GM^2** *quod def. Lenaz 60* mentis *cett.* || 12 audita *invitus retinui* audit ad **M^1** exaudita **V^s** auditis *dett. Kopp* | hemiconio **R^1** | sublevata **A^{2}DMR^{2}G** || 13 prohis **A^{1}B^{1}D^{1}M^{1}R^{1}C^1** prois **V** pyroris **L^1** | circulos **M^1** circulis **C^{1}V** || 14 visus] iussus **A** *om.* **CE^{1}F^{1}V^1** visus est **F^2** | pyriphlegethon **DR^{1}C^{1}EF^{1}V** || 15 hemitonio **A^2** hiemitonii **M^{1}R^1** || 16 iovilialis **B^{1}D^{1}L** iovalis **R^1** | pervenire **A^1** | pthongo Phrygio *scripsi* Phrygio phthongo *Kopp* p(h)t(h)ongio **AB^{2}C^{2}EFVGL** tp(h)ongio **B^{1}DMR^{1}C^1** emipthongio **R^2**

sonabat. illic sidus erat temperamenti vivifici ac salubris effulgentia blan-
disque vibrata candoribus, cuius quidem lucis natura ex calidis umidisque
commixtionibus candens quadam prosperitatis tranquillitate rutilabat.
verum ibi sidus Iovis, nam ipse totius mundi membra collustrans ad
197 deorum dicebatur imperium et senatum caelitem commeasse. hinc etiam
praetergressa circum ac parili interiectione sublimis deorum rigidissimum
creatorem in algido haerentem pruinisque nivalibus conspicata; verum
idem, quem circumire nitebatur, orbis melo Dorio tinniebat. sed ipsi
praesuli nunc draconis facies, nunc rictus leonis, nunc cristae cum
aprugnis dentibus videbantur, totoque exitialis saeviebat horrore; cui
tamen potestas pro circi granditate maior ac praelata ceteris habebatur.
denique harpis bombisque perterrita tam intolerandam congressionem
198 virgo defugit. inde maximis conatibus sescuplo itineris evehuntur; nam
tono ac dimidio ad ipsius caelitis sphaerae globum ac laqueatum stellis
199 ambitum pervenitur. sicque sex tonorum conscensionibus ⟨et⟩ stadio-
rum defecta lassitudine fatigati, cum diapason symphoniam quicquid
emensi erant adverterent consonare perfectione absolutae modulationis,
post labores maximos recreati paululum conquierunt.
200 Ipsa quippe Philologia lectica desiliens, cum immensos luminis campos
aetheriaeque tranquillitatis verna conspiceret ac nunc tot diversitates
cerneret formasque decanorum, tunc octoginta quattuor liturgos caelo
miraretur adstare, videretque praeterea fulgentes crebrorum siderum

1 salubris] *Cic. somn. Scip. 4, 2* prosperus et salutaris ille fulgor qui dicitur Iovis || **6** parili interiectione] *sic Plin. et Cens.* || **10** exitialis] *cf. Macr. somn. 1, 19, 20; Serv. Aen. 4, 92 et 610* || **14** tono ac dimidio] *sic Plin. 2, 84; Cens. 13, 4 semitonium ait* || **19** *ss. cf. Lucan. 9, 11–14 (de Pompeio in caelum recepto)* || **21** *Firm. Mat. math. 2, 4, 1* singulae autem partes (*sc. signorum*) habent singulos decanos | liturgos] *ib. 2, 4, 4* quidam ... terna numina decanis singulis applicaverunt, quos munifices appellandos esse voluerunt, id est liturgos (*sed numerum LXXXIV sibi vindicat Mart.*)

[**ABDMR CEFV GL**] **1** effulgentia *nominat. sing. fem. esse primus sensit Dick* ac fulgentibus **M** effulgentibus *Bentl. satis misere* || **2** vibratum **MR**^{2} (*malim* blandis revibrata) || **3** cadens **A**^{1} || **5** caelite **A** caelicem **B** caeliten **F** | hunc **B**^{2}**C**^{2} || **7** nivialibus **R**^{1}**G** || **8** idem quem **A**^{2}**B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GL** idem qui **MR**^{3} idemque *cett.* | ircumire **M** || **9** rectus **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} ritus **M** || **10** aprugnis *Kopp* aprunis **AB**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} aprinis cett. || **11** potestas] potes **L**^{1} || **12** arpe spumisque **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} arpis bommisque **R**^{2} | *ante* tam *add.* per **E** | intolerandam congressionem *scripsi* intolerata congressio **R**^{1} intoleranda congressio **R**^{2}**V**^{1} intoleranda congressione *cett.* || **13** defugit *scripsi* diffudit **A**^{1} diffugit *cett.* | sescluplo **B**^{1}**D**^{1} sesculplo **M** | itinera **B**^{2}**MR**^{2} iterneris **D**^{1}**C**^{1} || **14** caelestis **B**^{2}**G** (*v. Petersen 8*) caelites **D**^{1} | phaerae **M** || **15** pervehitur **R**^{2} | *fort.* sicque ex ⟨tot⟩ tonorum | consensionibus **E** conscessionibus **L**^{1} | ⟨et⟩ *ed. pr.* || **16** deflecta **B**^{1} | lissitudine **D**^{1} || **17** erat **R**^{1}**C**^{1} || **18** *in verbo* post *iterum adest Petrop.* || **19** quippe] quoque *edd. fort. recte* (*vel fortasse* quidem *legendum est*) || **20** tranquillitas **B**^{1} (*d.* **R**) || **22** creborum **L** (*d.* **R**)

globos et circulorum alterna illigatione texturas, ipsam vero, quae ambi- 201
tum coercet ultimum, sphaeram miris raptibus incitatam, polosque et
axem ex caeli summitate vibratum profundam transmeare terram atque
ab ipso totam caeli molem machinamque torqueri, tanti operis tantaeque 202
rationis patrem deumque non nesciens ab ipsa etiam deorum notitia re-
cessisse, quoniam extramundanas beatitudines eum transcendisse cogno-
verat, empyrio quodam intellectualique mundo gaudentem, iuxta ipsum
extimi ambitus murum annixa genibus ac tota mentis acie coartata, diu 203
silentio deprecatur, veterumque ritu vocabula quaedam voce mentis in-
clamans secundum dissonas nationes numeris varia, sono ignota, iugatis
alternatisque litteris inspirata, veneraturque verbis intellectualis mundi
praesules deos eorumque ministros sensibilis sphaerae potestatibus vene-
randos, universumque totum infinibilis patris profunditate coercitum, 204
poscitque quosdam tres deos aliosque diei noctisque septimo radiatos.
quandam etiam fontanam virginem deprecatur, secundum Platonis quo- 205
que mysteria ἅπαξ καὶ δὶς ἐπέκεινα potestates.
His diutissime florem ignis atque illam existentem ex non existentibus 206
veritatem toto pectore deprecata, tum visa se cernere apotheosin sacra-
que meruisse. quippe quidam candores lactei fluminis tractim stellis 207
efflammantibus defluebant. laetabunda igitur gratesque testata iter in 208
Galactium flectit, ubi senatum deum a Iove noverat congregatum. erat
autem ibi Iovialis domus, quae etiam granditate mira mundanum ambi-
tum possideret et decore conspicuo fulgorem siderum vinceret et novi-
tate situs signiferum circulum decusaret. praeterea tanto splendore reni-
debat, ut argenti crederetur fabricata materia. ibi septa candentia cul-

§ 202–205 locum obscurissimum explicare temptat Lenaz 33–43 || 8 *Apul. met. 6, 3* tunc genu nixa . . . adprecatur || 15 fontanam virginem] *Kopp recte sensit Hecaten esse coll. Chald. orac. 278* || 21*ss. cf. Ov. met. 1, 167–177*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 alligatione **B^{2}L** allegatione **M^{1}** | texuras **C^{1}F** || 2 ultimam **L^{2}** (*d.* **R**) | raptibus **A^{2}B^{2}D^{2}C^{2}GL^{2}P** partibus *cett.* || 5 non nesciens *Grot.* nosciens **M** non sciens *cett.* noscens *ed. Kopp e Guelferbyt.* (*d.* **R**) | ipso **R** | recessisse **V^{2}L** *rhythmo servato* secessisse *cett.* || 6 latitudines *Kopp ex Hugiano, coll. § 38* extramundanas petere latitudines || 7 iuxta *bis scriptum in* **D^{1}** iusta **P^{1}** || 8 anixa **C^{1}** (*d.* **R**) || 10 coniugatis **L^{1}** || 12 sensibili **R^{1}L^{1}** | verenandos **EF** || 14 tres **AB^{2}RC^{2}EFV^{1}** tris *cett.* | septem **M** | radiatis **C^{1}EV** || 16 ΑΠΑΞ **F^{m}L** ΑΠΑΧ **BC^{2}** ΑΑΠΑ **D^{1}** ΑΛΠΑΞ **GP** ΑΑΠΑΖ *cett.* | ΚΑΙ **B** ΗΤ **C^{1}** ΚΗ **C^{2}F^{m}** ЄC **EF^{1}V** ЄT *cett.* | *ἐπέκεινα Dick* ЄΠЄΧΝΑ **A** ЄΠΙΚΗΙ **B^{1}** ЄΠΙΚΗΙΝΑ **B^{2}** ΗΓΝΥΝΑ *n. f.* **C** ЄΠЄΧΙΝΑ **GL^{1}P** ЄΠΙΚΙΝΑ **L^{2}** ЄΝЄΧΙΝΑ *cett.* | potestates *om.* **EF^{1}V^{1}** || 18 se] sibi *fort. legendum* | cerneret **AB^{1}D^{1}MR^{1}** || 19 candares **A^{1}** candoris **G^{1}** | lacte **B^{1}R^{1}** | tractim **A^{2}** tractu *cett.* | stellis] estellel **M** || 20 gratesque **A^{2}B^{1}C^{2}F^{2}L^{2}** gragratiasque **M** gratasque *cett.* | testa **B^{1}R^{1}** || 21 galactium (*quod retinui, adiectivum ratus, sc.* circulum) **A^{1}B^{1}DR^{1}C^{2}F^{2}GL^{1}P** gallactium **M** galaxeum **C^{1}F^{1}V** gelaxeum **E** galaxium **A^{2}B^{2}R^{2}L^{2}** *edd.* || 23 novitate] obliquitate *coni. Eyss.* (nobilitate . . . decoraret *fort. legendum*) || 24 decussaret **C^{1}EVL^{1}** || 25 septem **D** septo **E**

209 menque sectatum limbis nivalibus albicabant, ubi iam Iuppiter cum Iuno-
ne omnibusque divis in suggestu maximo ac subselliis lacteis residens
sponsales praestolatur adventus. qui simul Musarum voces ac dissonis
mela dulcia cantilenis virgine adveniente percepit, priore loco praecepit
210 venire Cyllenium, cum quo Liber et Delius, fidi amantissimique ger-
mani, Hercules etiam, uterque Castorum Gradivusque, et quicquid deo-
211 rum de Iove progenitum est, Cyllenii adhaerebat officio. elementorum
quoque praesides angelicique populi pulcherrima multitudo, animaeque
praeterea beatorum veterum, quae iam caeli templa meruerant, gressus
212 Maiugenae sequebantur. Linum, Homerum Mantuanumque vatem redi-
mitos canentesque conspiceres, Orpheum atque Aristoxenum fidibus per-
213 sonantes, Platonem Archimedenque sphaeras aureas devolventes. arde-
bat Heraclitus, udus Thales, circumfusus atomis Democritus videbatur;
Samius Pythagoras caelestes quosdam numeros replicabat, Aristoteles
per caeli quoque culmina Entelechiam scrupulosius requirebat, Epicurus
vero mixtas violis rosas et totas apportabat illecebras voluptatum. Zeno
ducebat feminam providentem, Arcesilas collum intuens columbinum,
multusque praeterea palliatorum populus studiis discrepantibus dissona-
bat. qui quidem omnes inter Musarum carmina concinentum audiri, li-
214 cet perstreperent, nullo potuere rabulatu. veniente igitur introgressoque
Cyllenio omnis ille deorum senatus veneratus verticem ingredientis ex-
surgit. ipse Iuppiter eum propter suum consessum, Pallade a dextra
215 sociata, medium collocavit. nec longo interiectu ipsa quoque Philologia

2 *Apul. met. 3, 2* sublimo suggestu ... residentibus || *§ 212s. Fulg. Verg. cont. 141* (*p. 85, 19 Helm*) nam non illa in tuis operibus quaerimus, in quibus aut Pythagoras modulos aut Heraclitus ignes aut Plato ideas aut Hermes astra aut Chrysippus numeros aut endelichias Aristoteles inversat; *Arnob. nat. 2, 9* qui causas in numeris ponit, non Pythagorae Samio (*sc. credit*)? ... vidit enim Heraclitus res ignium conversionibus fieri, concretione aquarum Thales, Pythagoras numero exire, ... individuorum Democritus conversione || 17 *Cic. ac. 2, 79* in columba plures videri colores, nec esse plus uno; *Lucr. 2, 801–805*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 septatum **B**^{2} | libis **A**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 2 *ante* omnibusque *add.* cum **E**^{s}**V** | omnibus **C**^{1} | sugestu **D**^{1}**L** suggesto **E** | subsellinis **R**^{1} || 4 adveniente *om.* **G**^{1} | priore **A**^{1}**BDRG** priori *cett.* || 6 gradibusque **A**^{1}**R**^{1}**C**^{1} gradiusque **M**^{1} || 9 veterem **D**^{1} verum **M**^{1} | caeli *om.* **D**^{1} || 10 lunum **R**^{1} || 11 aristochenum **M** aristoxinum **E** || 15 Entelechiam *edd.* endelihiam **A**^{1} endiliciam **M**^{1} endelechiam **P** (*quod probant qui Martianum semibarbarum volunt*) endelic(h)iam *cett.* (*d.* **R**) || 16 obportebat **A**^{1} portebat **A**^{2} portabat **M**]bat **R** | incelebras **D**^{1} (*d.* **R**) || 17 archesilas **B**^{2}**L**^{2}]as **R** arc(h)isilas *cett.* | colum **E** || 18 dissonabat *suspectum propter homoearchon: fort.* consonabat || 19 omnes *delet* **B**^{2} (*d.* **R**) | concinentum **BDL** concinnentium **A** continentium **M** conci[**R** concinentium *cett.* || 20 rabulato **A**^{1} robulatu **CV** | ingressoque **CEFV** introgresso **G**^{1} (*d.* **R**) || 22 confessum **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} consensum **M**^{1} | palade **V** | a *om.* **CF** ad **P** | dextera **ADMCL** extra **V** dexteram **P**

ambita Musis ac matre praeambula corrogatur. qua ingrediente ac Ve-
stae deum nutrici eidemque pedisequae acerram illam olacem aromatis
refundente, omnis ille ordo caelicolum portiones sibi competentes attri-
buens Arabicis laetabatur halatibus. verum virgo, ut est per omnia vere- **216**
cunda, licet a Iove eius assidere confinio iuberetur, tamen ibi potius vo-
luit, ubi Musas conspexerat, amota Palladis consortione residere. tunc **217**
exsurgens virginis mater poscit de Iove superisque cunctis, uti sub con-
spectu omnium, quicquid sponsalium nomine praeparaverat Maiugena,
traderetur ac demum dos a virgine non deesset, tuncque tabulas ac Pa-
piam Poppaeamque legem sinerent recitari. cuius petitioni iustissimae **218**
deorum senatus attribuit, ut in consessu caelitum offerenda probarentur.
hic Phoebus exsurgit, fratris officium non detrectans, ac singulas ex fa-
mulitio delectuque Cyllenio incipit admovere, quae tam pulchrae cunctis
quam ornatissimae refulsere.

Transcursa, lector, parte magna fabulae, **219**
quae tam morosis implicata ductibus
tenui lucernam palpitare lumine
coegit instans innitens crepusculum,
ac ni rosetis purpuraret culmina
Aurora primo ⟨et⟩ convenustans halitu
surgens fenestras dissecaret lumine,
adhuc iugata compararet pagina
quocumque ducta largiorem circulum.
nunc ergo mythos terminatur; infiunt **220**

19 *Apul. met. 6, 24* Horae rosis . . . purpurabant omnia

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 ac] a **E** | perambula $\mathbf{M^1P^1}$ | quam grediente $\mathbf{C^1V^1}$ quam gradiente $\mathbf{V^2}$ | vesta $\mathbf{ML^1}$ || 2 nutricia $\mathbf{D^1M}$ nutrice $\mathbf{L^2}$ | eiusdemque $\mathbf{A^2}$ eademque **M** demque $\mathbf{C^1}$ | pedissequae **EFVLP** || 3 caeliscolum **M** caeliscaelum $\mathbf{R^1}$ | completentes $\mathbf{A^1}$ competens $\mathbf{R^1F^1}$ || 4 per omnia *om.* $\mathbf{E^1F^1}$ | verecunda . . . 7 superisque *om.* $\mathbf{M^1}$ | verecundia $\mathbf{B^1C^1P^1}$ || 6 amota $\mathbf{B^2D^2M^mF}$ admota **A** ammota *cett.* | consortio $\mathbf{A^2L^2}$ || 9 de mundosa $\mathbf{A^1B^1D^1MR^1P^1}$ || 10 Poppaeamque *Arntzen 214* popiamque $\mathbf{R^2}$ popeamque *cett.* | iustissimae **BC** iustissime *cett.* || 11 ut *om.* $\mathbf{R^1}$ | confessu $\mathbf{A^1R^1}$ consensu $\mathbf{MC^1V}$ conspectu **G** || 12 detractans **MP** derectans $\mathbf{R^1}$ | familitio $\mathbf{AB^1}$ famulatio $\mathbf{M^2}$ || 13 delectuque $\mathbf{A^2D^2C^2L^2}$ dilectoque $\mathbf{M^2}$ dilectuque *cett.* | cyllenii $\mathbf{B^2C^2}$ (*v. Petersen 8*) | amovere $\mathbf{P^1}$ | pulchre $\mathbf{ACFM^2}$ publice $\mathbf{M^1}$ || 14 ornatissimae **BRLP** ornatissime *cett.* || 15 *ante* parte *add.* e $\mathbf{C^1}$ ex $\mathbf{E^sVL^sP^s}$ || 17 paltare $\mathbf{M^1}$ || 18 et nitens *Arntzen ad paneg. vett. vol. 2 p. 755* || 19 purpuraret $\mathbf{A^2B^2M^2R^2C^2F^2GL^2}$ purpurare *cett.* || 20 prima **A** | et *Basil. F. v. 17* *om. omnes mei* | halitu *Boettger* (*1847*) *610* habitu *libri* || 21 dissecaret $\mathbf{B^2D^2C^2F^2L^2}$ dissicaret *cett.* || 24 mythos $\mathbf{A^2B^2F^2L^2P}$ mystus $\mathbf{A^1}$ mythus *cett.* | terminatur *Leid. 36* terminatus $\mathbf{MR^2EGP^1}$ terminatas *cett.* (mythis terminatis *Grot.*)

artes libelli qui sequentes asserent.
nam fruge vera omne fictum dimovent
et disciplinas annotabunt sobrias
pro parte multa nec vetabunt ludicra.
habes quid instet, si potestas caelitum
faveantque Musae et chelys Latoia.

LIBER III

DE ARTE GRAMMATICA

221 Rursum Camena parvo
phaleras parat libello
et vult amicta fictis
commenta ferre primum,
memorans frigente vero
nil posse comere usum,
vitioque dat poetae
infracta ferre certa,
lasciva dans lepori
et paginam venustans,
multo illitam colore.
222 'atquin prioris ille
titulus monet libelli

19 *Ov. medic. 97* tempore sis parvo mollis licet illita vultus, haerebit toto multus (*al.* nullus) in ore color

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 asserant **B^1D** aserent **C^1** || 2 finctum **R^1** fitum **F^1** fucum **G^1** | demovent **A** || 3 innovabunt **M** || 4 betabunt **R^1** | ludricra **BD^1** lucrida **P^1** || 5 habet **D^1E** || 6 latonia **C^1** (*d.* **R**) | *post* Latoia *ordo turbatus est in* **L**; *sequuntur enim p. 58, 19* multo illitam colore *usque ad 59, 13* ordo quis probatur; *dein* EXPLICIT LIBER MARTIANI DE NVPTIIS PHILOLOGIAE SECVNDVS. INCIPIT DE ARTE GRAMMATICA TERTIVS; *dein 58, 9* Rursum Camena parvo *usque ad 18* et paginam venustans; *inde 59, 14* certe loquentur illae *etc.* || 7 *subscriptionem huius fere modi habent libri*: MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE LIBER II. EXPLICIT FELICITER. INCIPIT DE ARTE GRAMMATICA LIBER III, *in quibus haec varie leguntur*: MARTIANEI **A** | MINNEI *om.* **A** MINEI **B^2MCEFVGP** | FELICITER *om.* **AMRCEFVGP** | *maior pars horum periit in* **R** | **M** *habet* EXPLICIT LIBER SECVNDVS FELICIS CAPELLAE DE NVPTIIS PHILOLOGIAE MARTIANI MINEI. INCIPIT LIBER III DE ARTE GRAMMATICA *minutiora in his rebus taceo* || 11 amicta **A** amica *cett.* || 13 rigente *Boettger* || 14 fusum *n. f.* **L^1** || 17 lasciviam **B^2** || 19 illatam **E** || 20 atqui **$M^2$$L^2$P** || 21 movet **E**

mythos ab ore pulsos
Artesque vera fantes
voluminum sequentum
praecepta comparare.'
at haec iocante rictu
'nil mentiamur' inquit
'et vestiantur Artes.
an tu gregem sororum
nudum dabis iugandis,
et sic petent Tonantis
et caelitum senatum?
aut si tacere cultum
placet, ordo quis probatur?'
'certe loquentur illae
quicquid fuat docendum,
habitusque consequentur
asomato in profatu.'
'haec nempe ficta vox est,
et devius promissi es;
cur ergo non fateris
ni figminis figura
nil posse comparari?'
his me Camena vicit.
†fugis iugabo ludum.†

Admoverat igitur Letoides unam priore loco Mercurialium ministrarum **223** aetate quidem longaevam, sed comitate blandissimam, quae se in Memphide ortam rege adhuc Osire memorabat, diuque obtectam latibulis ab ipso repertam educatamque Cyllenio. quae femina, licet in Attica, ubi

19 *Sil. 1, 57* devius aequi; *8, 316* in devia recti pectora || 26 Memphide] *cf. Serv. Aen. 4, 577*

[ABDMR CEFV GLP] 1 mythos B$D^2R^2C^2F^2$GLP mutus AD^1MR^1 mitus C^1EF^1V | pulsos $B^1D^2C^2$GL^1P pulsas *cett.* || 4 componere E^1 compare L^1 || 5 at] ad AB^2MC^2L^2P et F a V^1 | haec] nec C^1EFV | vocante M | ritu C^1 || 9 iugandis] in campis B^1D^1 || 10 Tonantis *Eyss.* notandos C^1 notandis *cett.* || 11 et] in D^2 A et F^1 et ad V || 13 qui R^2 || 15 quaequid AD^1MR^1 | fuat *scripsi DMCE 25* fuerat A erat BD^2C^1EFVL^1P ferat D^1R ferant MG erit C^2L^2 || 16 consequenter AEP^1 || 19 promisi AM^2 promisisi *n. f.* M^1 || 24 fuggis M^1 (*d.* R) nudis *coni. Eyss.* (*locum desperatum sanare non potui*) | *post* ludum *add.* verba Martiani E^g definitio ypographica V^gL metrum iambicum catalecticum ex spondeo anapesto iambo P (*d.* R) || 25 latoides B^2MC^2 latogides *n. f.* C^1 loetoides V (*d.* R) | priori B^2G (*d.* R) | merculiarum P^1 mercuriarum P^2 (*d.* R) || 26 longeuuam F (*d.* R) || 26.27 memphitide ortam B^2 memphi deo M^1 mempphyde ortam C mephide ortam L (*d.* R)

maiore aevi parte floruerat, se assereret incedere palliatam, tamen ritu
Romuleo propter Latiare numen et Oli caput propterque Martiam gentem
Venerisque propaginem senatum deum ingressa est paenulata. gestabat
haec autem teres quoddam ex compactis annexionibus ferculum, quod
levi exterius elephanto praenitebat, unde velut medendi sollers magistra
224 curandorum vulnerum insignia proferebat. nam ex eodem scalprum primo
vibranti demonstrabat acumine, quo dicebat circumcidi infantibus vitia
posse linguarum, dehincque nigello quodam pulvere, qui ex favilla con-
fectus vel sepia putaretur, illato per cannulas eadem resanari. tunc etiam
quoddam medicamen acerrimum, quod ex ferulae flore caprigenique ter-
goris resectione confecerat, rubri admodum coloris exprompsit, quod
monebat faucibus adhibendum, cum indocta rusticitate vexatae fetidos
ructus vitiosi oris exhalant. demonstrabat etiam quendam gratissimum
gustum vespere multo olivoque laboratum, quo depulsa vocis insuavissi-
225 mae diritate canoros etiam fieri posse memorabat. arterias etiam pec-
tusque cuiusdam medicaminis adhibitione purgabat, in quo et cera fago
illita et gallarum gummeosque commixtio et Niloticae fruticis collemata
notabantur. quae vis epithematis licet memoriam intentionemque pro-
226 curaret, tamen natura sui etiam vigilias inferebat. protulit quoque limam
quandam artificialiter expolitam, quae octo partibus auratis velut di-
versis nexionibus interstincta vibrabat, ex qua scabros dentes vituligines-
que linguarum et sordes, quas in Soloe quadam civitate contraxerant,
227 levi sensim attritione purgabat. haec abstrusa nosse carmina numeros-
que multifidos crebrae supputationis opere putabatur. denique quoties

2 Oli] *Arnob. nat. 6, 7; Serv. Aen. 8, 345* || 3 *Aug. conf. 1, 16, 25* paenulatorum magistrorum; *Tacit. dial. 39, 1* || 5 *Verg. Aen. 6, 896* candenti . . . nitens elephanto || 9 cannulas] *cf. Theod. Prisc. eup. faen. 42* || 12. 13 *cf. Cic. Pis. 13* cum isto ore fetido taeterrimam nobis popinam inhalasses || 17 *Fulg. myth. 1, p. 10, 16 Helm* Niliacis exarare papyris

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 parte] aetate *n. f.* **M**^{1} (*d.* **R**) | tamen] tunc **E** tam **V** || 2 romoleo **B**^{1}**D** remuleo **M** romulo **P**^{1} (*d.* **R**) | lumen **E** (*d.* **R**) | Oli *Dick* ollium **AD**^{1} Toli **V**^{2} olim *cett.* (*d.* **R**) || 3 veneris **M**^{1}**P** (*d.* **R**) || 4 tere **L**^{1} (*d.* **R**) || 6 proferat **C**^{1} || 7 *ante* vibranti *add.* cum **L**^{2} | demonstrabat **M**^{2} demonstrat *cett.* | quo] quod **M**^{1} | *ante* infantibus *add.* ab **B**^{2} || 11 resectione **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2} resecatione **F** resectatione *cett.* || 12 cum] quod **R**^{1} | vexati **B**^{2}**L** || 13 rotus *n. f.* **C**^{1} ruptus **F** ructos **P**^{1} | quoddam **A** quandam **B** quaedam **R**^{1} || 14 olioque **C**^{1} livoque **V**^{1} | quo] quae **C**^{1}**F**^{1}**V** quod **P** | pulsa **C**^{1}**FVL**^{1} epulsa **EP** || 15 ariditate **B**^{2} diutate *n. f.* **C**^{1} dirigtate **V**^{1} di/ritate **G** | canoras **G** || 16 et *om.* **L** || 17 gummeosque **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**GLP** cumeosque **M**^{1} gumeosque **M**^{2} cummeos quae **V**^{2} cummeosque *cett.* || 17 fructicis **MR**^{1} | collemmata **CEFP** || 18 ephimatis **D**^{1}**R**^{1} ephatematis **V**^{1} || 21 ex qua **B**^{3}**D**^{2}**MC**^{2} aestiva **B**^{2} aestua *cett.* | scrabros **M** | vituligenesque **EP**^{1} || 22 sorde **A** | soloe quidam civitate **B**^{2}**M** soloe quidam civitati **DR**^{1} || 23 leni **B**^{2} *fort. melius* | numeros **C**^{1} || 24 susputationis **A** subpotationis **M**^{1} | opera **M**^{2} | cotiens **V**

curandos acceperat, mos eius erat de nomine primo tractare; casus etiam non tacebat, quanti vel vitia creare possent vel prudentissime declinari. tunc genera rerum, verba etiam curandorum cum ratione captabat, ne, ut fieri ab aegrotantibus moris est, nomen pro nomine commutarent. tum verborum modos, tempora figurasque [schemata] requirebat, iubebatque alios, quis plenitudo obtunsior atque immobilis torpor insederat, gradus percurrere scandereque quam plurimum operum, praepositionibus aut coniunctionibus ⟨aut⟩ participatis insistere totaque curandos arte fatigari. hanc igitur feminam tali multorum curatione callentem 228
cum deorum nonnulli Iatricen, alii Genethliacen diversis rerum operibus aestimarent, addereturque fidei medendi sollertia, quod eam opitulari posse oris vitiis nec Pallas denegaret nec ipse Maiugena, inconsentaneum tamen videbatur incedere medicam paenulatam. idcircoque ab ea et nomen et officium suum ac totius expositio artis exquiritur. tunc illa, 229
ut familiare habebat exponere percunctata ac docere facile, quae ab eadem quaerebantur, paenula a dextra cum modestia verecundiaque relevata, sic coepit: 'Γραμματική dicor in Graecia, quod γραμμή linea et γράμματα litterae nuncupentur, mihique sit attributum litterarum formas propriis ductibus lineare. hincque mihi Romulus Litteraturae nomen ascripsit, quamvis infantem me Litterationem voluerit nuncupare, sicut apud Graecos Γραμματιστική primitus vocitabar, tunc et antistitem dedit et sectatores impuberes aggregavit. ita, quod assertor nostri nunc

17 *cf. Mar. Victorin. gramm. VI 188* || **19** *cf. Quint. inst. 2, 1, 4; Sen. epist. 88, 20; Varro apud Aug. ord. 2, 12, 35; Isid. orig. 1, 3, 1; Ps. Asper gramm. V 547; Diom. gramm. I 421; Explan. in Don. gramm. IV 486 s.*

[**ABDMR CEFV GLP**] **1** mons **B** || **2** quanti] quam **AR**^{1} quibus **C**^{2} | creari **C**^{2}**P**^{v} | declinare **MP**^{1} *sicut coni. Eyss.* (*locus nondum sanatus:* declinanti *olim volui, deleto priore* vel) || **3** verba] umbra **E**^{1} | raptione **A** || **5** tum] tunc **AC** dum **R**^{2} | verborum] morborum **ADR**^{1} *fort. recte* | tempera **D**^{1} tempore **R** | fugurasque **A** | schemata *del. Eyss.* schemate **M**^{v}**P**^{2} | iubebat **A** lubebatque **V** || **6** obtusior **BD**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GP** | insedere **A** insiderat **D**^{1} || **7** procurrere **D**^{1} || **8** aut coniunctionibus *om.* **M**^{1} | aut^{2} *habet* **M**^{3} *om.* **M**^{2} *et cett.* || **9** mutorum **G**^{1} (*d.* **R**) || **10** iatricen **D**^{1} altricem **D**^{v} ricem **C**^{1} iatricem *cett.* (*d.* **R**) | genethliacen *edd.* genethliacam **B**^{2} genethliacem *cett.* (*d.* **R**) || **11** addeturque **A** (*d.* **R**) || **12** nec^{2}] ne **L**^{1} (*d.* **R**) | ipsa **A** (*d.* **R**) || **13** idcircoque] idcirco quia *n. f.* **M**^{1} idcirco **P**^{1} (*d.* **R**) || **15** percunctata **AE**^{2} percontentia **E**^{1} percontata *cett.* (*d.* **R**) || **16** com **A**^{1} (*d.* **R**) | revelata **D**^{1}**GP** reliebata *n. f.* **M**^{1} (*d.* **R**) || **17** copit **L**^{1} | gramatice **C**^{1}**V** gramatike **C**^{2} grammatice *cett.* | gamme **A** grammame **D**^{1} gramme *cett.* (*d.* **R**) || **18** gammate **A** grammattae **V** grammata **P** grammat(a)e *cett.* || **19** liniare **A**^{2}**R**^{2} | mi **C**^{1}**V** (*d.* **R**) | romus **M**^{1} (*d.* **R**) | litteratre **A**^{1} (*d.* **R**) || **20** litteram actionem *n. f.* **D**^{1} (*d.* **R**) | noncupare **A** nocupare *n. f.* **C**^{1} (*d.* **R**) || **21** grammastice **R**^{2} gramatistice **C**^{1}**V** gramatistike **C**^{2} grammatike **F** grammatisce **P**^{1} grammatistice *cett.* || **22** asectatores **M** assectatores **GP** sectores **L**^{1} | ita quod] itaque **A**^{2}**D**^{2}**M**^{2} itaque quod **G**

litteratus dicitur, litterator antea vocabatur. hoc etiam Catullus quidam, non insuavis poeta, commemorat dicens 'munus dat tibi Sylla litterator'. idem apud Graecos γραμματοδιδάσκαλος vocitatur.

230 Officium vero meum tunc fuerat docte scribere legereque; nunc etiam illud accessit, ut meum sit erudite intellegere probareque, quae duo mihi vel cum philosophis criticisque videntur esse communia. ergo istorum quattuor duo activa dicenda sunt, duo spectativa; siquidem impendimus actionem, cum quid conscribimus legimusve, sequentum vero spectaculo detinemur, cum scripta intellegimus aut probamus, [et] licet inter se quadam cognatione coniuncta sint, sicut ceteris artibus comprobatur. nam et actor cognoscit primo, quae valeat actitare, et astronomus quaedam facit, ut per ea cognoscat, quae debeat comprobare. miscet etiam utrumque geometres; quippe formas theorematum cum rationibus certis efficit et cognoscit.

231 Partes autem meae sunt quattuor: litterae, litteratura, litteratus, litterate. litterae sunt, quas doceo; litteratura ipsa, quae doceo; litteratus, quem docuero; litterate, quod perite tractaverit quem informo. profiteor autem de orationis natura usuque tractare. natura est ex quibus formetur oratio; usus cum eadem utimur appellatur. his etiam materies admovetur, ut de qua re dicendum sit aestimemus. oratio ipsa vero tribus gradibus eruditur, id est ex litteris, syllabis et ex verbis.

232 Verum in litteris gemina quaestio diversatur. namque aut naturales sunt aut effictae. natura enim insinuante earum nomina in loquendi substantiam procreata; artificiosa vero formatio earum lineas quas scribimus designavit ad hoc, ut praesentes una uti, absentes alia potuissent.

1 *Suet. gramm. 4* || 2 *Catull. 14, 9* || 4 *ss. cf. Mar. Victorin. gramm. VI 4, 6 ss.* || *§ 231 cf. Dosith. gramm. VII 377; Diom. gramm. I 426, 32 ss.; Audax gramm. VII 321; Explan. in Don. gramm. IV 487; Manil. 2, 755–763*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 litteratus] littera C^1 litteratos E^1 | hoc] hunc **E** haec **F** hoc nomen **L** | catulus AE^1 | quidem F^1 || 2 commemorabat **D** | minus V^1 || 3 idem] id est M^1 | grammatos didascalos D^2G grammatodidascalus R^1 grammatodidiscalos C^1EF^1V grammatos didiscalos C^2 gramatodidascalos **L** grammatodidascalos *cett.* || 4 tunc] cum **V** | doctae **R** | nunc *om.* L^1 || 6 vel *om.* **L** *et secl. Bentl. fort. recte* | creticisque AR^1 critisque E^1 critisisque L^1 || 7 exspectativa B^2 (*sane malim* speculativa) || 8 conscribimus] *suspicor fuisse in hyperarchetypo* escribimus, *i. e.* scribimus | sequentium **A** | expectaculo **M** ex spectaculo R^2G spectaculum C^1V || 9 cum scripta] conscripta A^1 | intellegemus B^1 inteligimus C^1 | probam **F** | et *del. Dick* | intra EFV^1 || 10 coniuncti E^1 | *ante* ceteris *add.* in B^2F^2P || 11 cognoscit D^2 *ed. pr.* cognoscet *cett.* || 12 comprobare] actitare C^1 | miscet $D^2M^2C^2F^2$ promittit A^2 misit *cett.* || 13 geometer A^2 gemetres R^1 | formes **R** || 15 partes … litterate *om.* L^1 | litterae] litteratae litterae **D** litteratae R^1 || 17 informo] docuero A^1 || 18 formatur B^2 || 19 *post* utimur *add.* qua R^mG || 20 vero ipsa D^2R^2G ipsa vera R^1 || 21 editur D^1 | id est *om.* ARC^1 *fort. recte* || 22 versatur **L** || 23 effictae *Jürgensen 94* effectae *libri* || 24 substantia A^1M^1L | procreata *om.* A^1 || 25 designavit] deformavit **G**

atque ita ex hac parte, qua scribitur, mutae, ex illa, qua legitur, voces sunt appellatae, siquidem haec auribus tantum, illa solis oculis valeat comprehendi.

Litterae igitur aliae sunt, quae per se efficere totum valeant, aliae quae **233** nihil. nam vocales, quas Graeci septem, Romulus sex, usus posterior quinque commemorat, *y* velut graeca reiecta. hae tamen in Latio nunc produci, nunc contrahi, nunc acui, nunc gravari vel etiam circumflecti, nunc aggregari, nunc distrahi sine iactura sui nominis possunt. modo solae syllabas formant, nunc consonantes utrimque suscipiunt vocalesque nonnullas, modo se invicem mutant, nuper sibi cum decore succedunt. quippe *a* plerumque in *e* transvertitur, nam *capio cepi* facit; nunc in *i*, ut *salio insilio*, nunc in *o*, ut *plaudo plostrum*; vel in *u*, ut *arca arcula*. item *e* littera primum in *a* reformatur, ut *sero satum*, vel in *i*, ut *moneo monitus*, vel in *o*, ut a tegendo *toga*, vel in *u*, ut a *tego tugurium*. similiter *i* quoque vocalis in *a* convertitur, ut *siquis siqua*, in *e*, ut *fortis forte*, in *o*, ut *qui quo*, in *u*, ut *ibi ubi*. non aliter *o* littera in *a* transit, ut *creo creavi*, vel in *e*, ut *tutor tutela*, vel in *i*, ut *virgo virginis*, vel in *u*, ut *volo volui*. item *u* simili ratione convertitur in *a*, ut *magnus magna*, in *i*, ut *telum teli*, in *o*, ut *lepus leporis*, in *e*, ut *sidus sideris*. sic igitur transformatae nunc utrimque poterunt copulari, nunc ex altero, nunc ex neutro, nunc aliquas partes orationis terminant nuncque nullas.

Nam *a* primum utrimque sibi associat *u* et *i* litteras, nam et *aurum* et **234** *varus* dicitur et *Ianus* et *Aiax*. ex uno autem latere suscipit *e*, ut *Aeneas*, ex neutro vero *o*. finit nomina feminina, ut *dea*, masculina, ut *Iugurtha*, neutra in singulari numero tantum graeca, ut *toreuma*, *peripetasma*, in

§ 233 cf. Isid. orig. 1, 4, 3; Diom. gramm. I 422, 9; Prisc. gramm. II 25, 8 ss. || *§ 234 cf. Prisc. gramm. II 142*

[ABDMRCEFVGLP] 1 qua^1] quae **AB^{1}RGL^2** | multae **C^1** (*d.* **R**) | qua^2] quae **B^{2}L** (*d.* **R**) | eligitur *n. f.* **A^1** loquitur **L^1** || 2 valet **CF^2** valeant valeat **P^1** (*d.* **R**) || 4 per se] per se//// **B** se per se **V^1** || 6 haec **AB^{2}D^{1}G** (*d.* **R**) | in *om.* **C^1** (*d.* **R**) | latino **MG^v** (*d.* **R**) | nunc *om.* **M^1** (*d.* **R**) || 7 acui] cavi **C^1** (*d.* **R**) || 10 nuper] nuncque *fort. legendum* | succendunt **C^{1}V** (*d.* **R**) || 11 cepi **DMF^{2}P** coepi *cett.* (*d.* **R**) || 12 insilio *om.* **B^{1}D^{1}P** | plaudo plostrum *Eyss. oblatrante Jürgensen 70* plaustro ploustro **C** plaustro postro **P^1** plaustro plostro *cett.* (plaus[**R**) || 13 e] in e **R^{1}P^1** el *n. f.* **L^1** | primum in *Eyss.* in primum *libri* | ut moneo *om.* **C^{1}E^1** || 14 a^2 *om.* **C^1** | tego **D^{2}M^{2}F^v** tegendo *n. f.* **A^1** tecto *cett.* | tegurium **C^{1}V** || 15 vocabulis **A^{1}D^{1}R^1** | fortus fortem **R^1** fortis fortem **C** || 16 non] nam **L^1** || 17 tutos **A^1** tuto **C^1** | tutella **C^2** || 19 transforte **A** || 20 potuerunt **A^{1}R^1** | *post* altero *add.* latere *Jürgensen 70* | aliquas] alias **C** ex aliqua **P^1** || 21 nuncque nullas] nuncque **M^1** nunc non **M^2** || 22 nam^1] namque **M^{2}G** || 23 dicimus **A^{2}BDMG** | uno] no **A^{1}D^{1}R^1** || 24 o *om.* **A^{1}D^{1}R** | *post* o *add.* ut aonius **P** *miro stupore* | femina **R^1** | masculina ut Iugurtha *ante* feminina *ponit Leid. 88 quem sequitur Dick* | iuguitha **M^1** gugurtha **C^1** gurta **L^1** || 25 in^1] ut **P^1** | tantum] tamen *Dick ex Leid. 88* | torreuma **B** | in^2 *om.* **M^1**

plurali autem latina, ut *monilia*; in verbis imperandi modum, ut *canta*,
235 *salta*. *e* autem vocalis duarum graecarum litterarum vim possidet; nam
cum corripitur *ε* graecum est, ut ab hoc *hoste*, cum producitur *η* est, ut
ab hac *die*, ac maxime tunc circumflexum accentum tenet. haec duas
vocales, id est *i* et *u*, ex latere utroque complectitur, ut in *Euro*, *Veientano* et in *eia*, *iecore*. finit vero nomina neutra, ut *monile*, feminina etiam,
sed graeca, ut *Calliope*, pronomina, ut *ille*, *iste*; numerum etiam totius
generis, ut *quinque*, licet aptoton sit; item verba imperativi modi, ut
236 *sede*, *curre*, modi infiniti, *scribere*, *scripsisse*. *i* vero littera cunctis utrimque vocalibus sociatur; nam *a* complectitur cum dicimus *Ianuariae* et
Aiax; *e* autem ut teneat docuerunt exempla superius demonstrata; *o*
autem litterae copulatur in nomine *Iovis* et *Oinone* [*oisus* etiam dicitur;
sic enim veteres usum dixere], *u* autem ut in *iuvando* et *vita*. haec aliquando vocalis geminam syllabam facit, finitque omnium generum nomen, ut *frugi*, numerum itidem omnium generum, ut *viginti*, item verba
modi indicativi, ut *novi*, *memini*, imperativi *sali*, *veni*, infiniti *iaculari*,
237 *luctari*. *o* vero littera quibus vocalibus quave ex parte cohaereat, superius memoratum. finit autem nomina masculina, ut *Cato*, feminina, ut
Iuno, numerum omnium generum, ut *octo*, item verba activa, ut *canto*,
laudo, modo imperativo tantummodo unum finit, ut *cedo*, adverbium, ut
238 *subito*, praepositionem, ut *pro*. *u* autem littera vocalibus omnibus utrimque coit praeter *o* antelatum. sola etiam *u* sui generis litteram non geminat, sed coniungit, ut *vulgus*, *Vulcanus*. finit articulos, ut *tu*, nomina
neutra, ut *genu*, *cornu*; nullum autem verbum claudit.
239 Hactenus de vocalibus. non enim vocales astruere, sed omnes litteras
sum iussa monstrare. verum reliquas quae secuntur consonantes esse non
dubium est, quae item discernuntur in semivocales et mutas, quarum
240 exsequar rationem. quippe *f* littera, quae est semivocalium prima, duas

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 pluralia **M**^{1} plulali **L**^{1} | munilia **D**^{2}**EFV**^{1} | tanta **M**^{1} || 2 salta *om.* **C** || 3 *ε* **M**^{2}**C**^{2} e *cett.* || 4 tunc] nunc **M**^{1} tam **C**^{1}**V** *om.* **E** cum *coni. Vonck. 148* || 5 eu/ro **V** neutro **G** || 6 eia **E**^{2}**L**^{2}**P** eio *cett.* || 7 caliope **M**^{1}**G** || 8 abtoton **A** | *post* item *add.* e **A**^{2}**D** || 9 modo **B**^{1}**V**^{1} | infinitivi **M**^{2}**P** || 10 ianuariae cum dicimus **CEFV** | ianuarius **B**^{v} ianuare **P**^{1} ianua **P**^{2} || 11 ut teneat] teneat ut **M**^{1} || 12 litterae] I litterae **B**^{2} littera **F**^{1} | oenoniae *n. f.* **A**^{1} oenone **DR**^{1} oynone **R**^{2}**P**^{2} ioenone **G** | oisus . . . 13 dixere *seclusi ineptum glossema ratus* | oesus **AD**^{1}**R**^{1} oysus **R**^{2} orsus *n. f.* **C**^{1} ioesus **G** oisius **P**^{1} || 13 ut **GLP** *om. cett. fort. recte* | iuando **M**^{1} | *post* haec *add.* autem **B**^{2} || 16 modi] moti **L**^{1} (*d.* **R**) | sali **A**^{2}**MC**^{2}**F**^{2} sili *cett.* (*d.* **R**) | infinitivi **AM**^{2}**P** (*d.* **R**) || 19 ut^2 *om.* **AB**^{1}**M** (*d.* **R**) | canto] cato **B**^{2} (*d.* **R**) || 20 unum finit *Vonck. 82* invenitur *libri* | ut^2 *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) || 21 littera vocalibus omnibus] littera vocalibus **C** litteram non geminat **L**^{1} || 23 coniugit **D**^{1}**P**^{1} || 26 reliquas *om.* **G**^{1} reliquias **P**^{1} | sequuntur **D**^{2} || 27 item] idem **AD**^{1}**R**^{1} *et fort.* **L**^{1} || 28 duos **P**

tantummodo consonantes praelata complectitur *l* et *r*, ut dicimus *flavus* et *frugi*. vocales vero complectitur ita ut *i* et *u* vocales sibi praeferri prohibeat, nullum autem claudit finitiva sermonem. *l* vero littera tripli- **241**
citer sonat. nam exilem sonum reddit cum geminatur, ut *sollers*, *Sallustius*, medium autem cum terminat nomina, ut *sol sal*, item leniter sonat cum vocales antevenit, ut *lapis*, *lepus*, *liber*, *locus*, *lucerna*; plenum vero sonum habet, cum ei praeferuntur litterae *p g c f*, ut in *Plauto*, *glebis*, *Claudio*, *Flavo*. *l* autem numquam ulli semivocali vel mutae praeponitur, quae pro *d* in praepositione accipitur, cum ei *a* praefertur, ut *allidit*, *alligat*. haec etiam ⟨in⟩ praelata praepositione servatur, ut *illepidus*, *illotus*. utrimque autem vocales amplectitur, et nomina nonnulla determinat: in masculino *sol*, in feminino *Tanaquil*, in neutro *a e i* praecedentibus, ut *bidental*, *mel*, *sil*. adverbia etiam claudit, ut *semel*.

m vero littera tam in sermonis initio quam in medio esse et in ultimis **242**
potest, ut *mores*, *umbra*, *triticum*. ex consonantibus solam praecedit *n*, ut *Mnemon*, subsequitur solam *s*, ut *Sminthius*, mutaturque in *n* nonnumquam, ut cum dicimus *nunquis*, terminatque neutra, ut *aurum* et *argentum*, item monoptota, ut *nequam*, in genere masculino accusativum simplicem et duplicem genetivum, ⟨ut *hominem*, *hominum*⟩, item participia et verba et adverbia, ut *tractum*, *legam*, *cursim*, numerum etiam omnium generum, ut *novem*, *decem*.

n autem littera plenior apparet in primis et ultimis, ut *Nestor*, *tibicen*, **243**
in mediis exilior, ut *mane*, *damnum*. ex consonantibus sequitur *m* litteram, ut *Memnon*, *s* autem praecedit, ut *fons*, *mons*. convertitur etiam in *m*, cum eam secuntur *b p m*, ut dicimus *imbuit*, *impulit*, *imminet*.

§ 241 cf. Prisc. gramm. II 29, 8–12 || 17 *cf. Prisc. gramm. II 29, 18* || *§ 243 cf. Prisc. gramm. II 30, 7 ss.; 31, 1 ss.*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *post* complectitur *add.* ita ut i et u vocales sibi praeferri prohibeat **L**^{1} (*ex. v. 2*) *quae delet* **L**^{2} || 2 proferi **A** || 4 solers **AP**^{1} | salustius **M**^{1} || 5 sol sal] sal sal **A** || 6 cum vocalis **A** convocales **M**^{1} | *in voce* lucerna *desinit liber* **P** || 7 p *om.* **R**^{1} | c *om.* **B**^{1} | ut] cum **B**^{1} | in *om.* **R**^{2}**G** | glebus **R** || 9 ei **L**^{2} et *cett. quod delet* **M**^{2} | allidat **D**^{1} || 10 in *add. Dick* || 10.11 illepidus illotus *ed. pr.* inlepidus (inlepidis **B**^{1}) inlotus *libri* || 12 tonaquil **R**^{1} || 13 sigil **B**^{v} | ut] et **B**^{1} || 14 littera tam] litteram **AR**^{1} || 15 solam] sola **MBDGL** sola **A** | praecidit **M**^{1} || 16 ut^{1} *om.* **F** | Mnemon *Bentl.* memnon *libri* | solam *om.* **M**^{1} sola **MFV** | siminthius **A** | maturque **A**^{1} mutatur **F** | in n . . . 17 terminatque *om.* **M**^{1} | in] m **L** | n] en **C** | nonnumquam] numquam **D**^{1} *om.* **M**^{1} || 17 numquis **AD**^{1}**R** | et *om.* **CEFV** || 18 nonoptata **B**^{1} monoptata **DM**^{2}**EL**^{1} || 19 ut hominem, hominum *addidi exempli causa, lacunam iam notaverat Dick* || 20 ut tractum] utractum **M**^{1} | numeros *fort. legendum* || 21 generum *om.* **M**^{1} || 22 in ultimis et primis **A** in primis et in ultimis **L** || 23 mane] amne **A**^{1} || 24 mennon **ADMRC**^{1} | procedit **B**^{1} | mons fons **CEFV** || 25 sequuntur **A** sequntur **B**^{2}**C** | *ante* dicimus *add.* cum **B**^{2}

eadem nomina terminantur masculinum, ut *tibicen*, femininum graecum,
ut *Siren*, neutrum, ut *culmen*.
244 *r* vero vocales utrimque complectitur. de consonantibus *s* soli praepo-
nitur, ut *sors*, *fors*, et *x* duplici nonnumquam, ut *arx*. convertitur in *l*
et *n* et *s*, ut *niger nigellus*, *femur feminis*, *gero gessi*. finit nomina masculina
post omnes vocales, ut *par*, *pater*, *vir*, *nitor*, *fur*; feminina post *e* et *o*, ut
mulier, *soror*; neutra post omnes praeter *i*, ut *calcar*, *piper*, *marmor*, *sul-
phur*. finit verba et adverbia, ut *venor*, *quater*.
245 *s* nonnulli litteram non putarunt; nam Messala quendam sibilum dixit.
quae tamen utrimque *p* litterae copulatur, ut *spado*, *psittacus*, et *c q t*
sequentes amplectitur, ut *Scaurus*, *squama*, *stella*. in plures etiam trans-
itum facit, ut in *l*, dicimus enim *modus modulus*; in *n*, *sanguis sanguinis*;
in *r*, *flos floris*; in *d*, *custos custodis*; in *t*, *nepos nepotis*. terminat et mascu-
lina et feminina post omnes vocales, neutra post *a o u*, ut *vas*, *os*, *nemus*.
huic litterae divus Claudius *p* adiecit aut *c* propter *ψ* et *ξ* graecas, ut *psal-*
246 *terium*, *saxa*. *x* autem nemo litteram putat, quoniam duplex est; constat
enim ex *g* et *s*, ut *rex regis*, aut ex *c* et *s*, ut *nux nucis*. in *v* aliquando
transvertitur, ut *nix nivis*, et *c*, ut *pix picis*. haec in Latinis numquam
ponitur prima, apud Graecos autem ponitur, ut *Xantho*. et ⟨in⟩ mascu-
lino [et feminino] omnibus vocalibus sociatur, ut *Aiax*, *frutex*, *calix*, †*ve-
lox*, *Pollux*, et feminino, ut *fax*, *lex*, *lodix*, *celox*, *lux*; neutrum nullum
claudit.
247 Transactis semivocalibus mutae sunt perquirendae, quae ideo hoc no-
mine nuncupantur, quoniam nisi illis vocales associatae succurrerint,
248 intra oris sonitum ante auspicia moriuntur. *b* prima omnibus vocalibus
utrimque conectitur; praefertur consonantibus *l* et *r*, ut *blaesus* et *brevis*.

§ 245 cf. Prisc. gramm. II 32, 14ss. || 9 *cf. Cledon. gramm. V 28, 2* || *§ 246 cf. Prisc. gramm. II 33, 14s.; Char. gramm. I 8, 11s.; Diom. gramm. I 426, 4ss.; Mar. Victorin. gramm. VI 195, 13ss.* || *§ 248 cf. Prisc. gramm. II 34, 8ss.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 terminantur *om. in ras. quasi quinque litt.* **L**, *dein* terminantur *post* nomina *add.* **L**^{m} || 2 ut^{2} *om.* **G** || 3 s *om.* **C**^{1}**V** || 4 x] dx **L**^{1} (*d.* **R**) || 6 post e et o] post t et o **AB**^{1}**DR** post et o **V**^{1} || 7 praeter I **MF**^{2} praeter s et i *cett.* (*d.* **R**) || 8 venor, quater *scripsi* venor vador cur **B**^{2}**G** venor vador ter **M** venor vador *cett.* (*d.* **R**) || 9 non *om.* **C**^{1} (*d.* **R**) | putaverunt **MCG** (*d.* **R**) | mesala **G** (*d.* **R**) || 10 p] post **E** (*d.* **R**) | littera **B**^{1} (*d.* **R**) | psittacus *edd.* psitacus *libri* || 15 p] π **D**^{m} (*d.* **R**) | *ψ*] Y **ARV** *om.* **B**^{1} Φ **M** | *ξ*] Z **AB**^{1}**RV** || 16 saxa] csaxa **D** sacsa **L**^{v} (*rem male intellexisse videtur Mart.*) || 17 nux nucis] pix picis **M**^{1}, *quod post* nucis *add.* **C**^{2}**F**^{m} | in v . . . 18 picis *om.* **M**^{1} || 18 transfertur **M**^{m}**G**^{2} | c ut **D**^{2}**M**^{m} c **G** *om. cett.* | pix picis *om.* **F** *del.* **L**^{2} || 19 santo **R**^{1} antonino *n. f.* **C**^{1} | in **L**^{2} *om. cett.* || 20 et feminino *recte del.* **L**^{2} | omnibus . . . 21 feminino *om.* **M**^{1} | velox *sine dubio corruptum*: ferox *Vonck. 82, sed substantivum requirimus* || 21 ut *om.* **DMGL** | celox *Kopp* velox *libri* || 23 percurrendae **M**^{1} perrendae **R**^{1} || 24 associetate **M**^{1} || 25 intra moris **R**^{1} | moritur **C**^{1} || 26 blessus **A** blessibus **R**^{1}

transit in *c*, ut *succurrit*; in *f*, ut *sufficit*; in *m*, ut *summittit*; in *p*, ut *sup-*
ponit; in *s*, ut *sustulit*. finit nihil nisi tres praepositiones *ab*, *ob*, *sub*. *c* vo- **249**
cales utrimque collaterat, consonantes quasdam praecedit *l t r m n*, ut *clarus*, *tectum*, *crus*, *Acmon*, *Cnidus*. finit articulos, quos pronomina vocant, *hic haec hoc*, et adverbia, ut *sic*, *huc*, *hic*. sola mutarum antecedentem vocalem producit et pro duplici habetur, ut *hic hoc* [*haec*]. *d* utrim- **250**
que vocales tenet. praeponitur *r* litterae in *Druso*. *m* litterae numquam praefertur in Latinis, in Graecis autem aliquando, ut *Dmois*; sic et *n*, ut *Ariadne*. transit in *c*, ut *accidit*; in *g*, ut *aggerit*; in *l*, ut *allegat*; in *p*, ut *apponit*; in *r*, ut *arripit*; in *s*, ut *assidet*; in *t*, ut *attinet*. finit articulos neutralis generis, ut *istud*, *illud*, et praepositionem, ut *apud*. *g* omnibus **251**
vocalibus praefertur. sequitur *a* litteram, ut in *aggere*, quae quotiens geminatur adiungitur. praefertur *r* litterae, ut *grave*; *l*, ut *gladius*; *n*, ut *ignis*. in *c* quoque convertitur, ut *rego rector*. nihil [quoque] concludit.
h aspirationis notam esse certissimum est. quandoque vocalibus accedit, **252**
ut *hospes* et *heres*. transit in *x*, ut *traho traxi*. hanc Graeci diviserunt; nam pars eius dexterior aspirationis nota est, sinistra contrariae significationis. *k* vero nunc nota putatur esse, nunc littera; nam eius effectus *c* **253**
integrare non dubium est absque his: *kapita*, *kalendae*, *kalumniae*. *p* **254**
autem convenit utrimque vocalibus; *r* litterae praeponitur, ut *prandere*; *l*, ut *placere*; *t*, *Ptolomaeus*; *s*, *psittacus*; *n* ut †in sympnum; terminat vero nihil. *q* quidam litteram non putabant, et vincerent, nisi in *equo* et **255**
equitatu appareret expresse. haec numquam sine duabus vocalibus po-

§ 250 cf. Prisc. II 35; Diom. I 424, 9ss.; Charis. I 10, 3ss. || *§ 252 cf. Prisc. II 12, 20 – 13, 10; II 35; Cledon. V 28, 9 et 15; Mar. Victorin. VI 6, 3; Max. Victorin. VI 196* || *§ 253 cf. Prisc. II 12, 5ss. et 36, 3; Max. Victorin. VI 195, 19ss.; Diom. I 424; Isid. orig. 1, 4, 12* || *§ 255 cf. Prisc. II 12, 5ss.; Ter. Maur. 800 (VI 369); Diom. I 425, 18ss.; Isid. orig. 1, 4, 13*

[**ABDMR CEFV GL**] 2 ut *om.* V^1 | c *om.* A^{1}D^{1}R || 3 t *om.* A et R^1 | r *om.* L^1 || 4 clares R | tecum AR^1 | crus *om.* D^1 crux C^1 | nidus AR c/nidus DL c.nidus M^1 || 5 huc AB^{2}D^{2}M^{2}R^{2}C^{2}F^{2}GL^2 hoc *cett.* | sola *om.* D^1 || 6 hic hoc haec BDMR^{1}L hic haec hoc AR^{2}G hoc hic haec CEFV haec *recte del. Jürgensen 71* || 7 ruso C^1 || 9 aggerit *Grot.* aggelat *n. f.* A^1 aggerat *cett.* | ut^3 AB^{2}D^{2}C^{2}VLG *om. cett.* | alligat AB^{2}RC^{2}G | ut^4 *om.* R^1 || 12 sequitur ... 13 praefertur *om.* A^1 | ut *om.* D | in *om.* M | agere C^{1}V | cotiens V || 14 in c] hic EV | quoque^2 *del. Eyss.* || 15 esse] non esse V^1 | quandoque *scripsi dubitanter* quae aliquando B^{2}M^{s}C^{2}F^{2}L^2 quae quando *cett.* | accedit D^{1}G^1 accidit *cett.* || 17 asperationis D^1 | signationis M^1 || 18 affectus M || 19 k/apita B capita M^{1}C^1 (*d.* R) || 20 ut AB^{2}M^2 *om. cett.* (*d.* R) | prandere] plangere D^1 (*d.* R) || 21 ut^1 *om.* ACEF (*d.* R) | *ante* Ptolomaeus *add.* ut B^{2}M^2 | *ante* psittacus *add.* ut B^2 (*d.* R) | psitacus AM^{1}CFG (*d.* R) | in sympnum A^{2}DEFGL in simnum A^1 in sympnu BC^{1}V in sipnu C^2 sipnus M (*d.* R) *locum pro desperato reliqui* || 22 nil L (*d.* R)

nitur, quarum prior erit *u* et sic ceterae consequentur, ut *quartus*, *questus*,
Quirites, *quotus*, *equus*. constat autem ex *c* et *u*, ideoque duplex et com-
posita dicitur nec geminatur. nullam singularem litteram comprehendit,
256 finit nihil. *t* vocales ex utroque concludit, ut in coniunctionibus et prae-
positionibus. praecedit *l* in *Tlepolemo*, *m* in *Tmolo*, *n* in *potnia*, *r* in *Troia*.
finit neutra *caput*, *sinciput*, *lact*. articulos terminat, ut *quot*, *tot*; verba,
257 ut *legunt*; adverbium et interiectionem, ut *ut*, *attat*. *z* a Graecis venit, licet
etiam ipsi primo σ Graeca utebantur; nam *Sethum* dicebant, quem nunc
Zethum dicunt. tamen haec gemina etiam ab ipsis habetur. nam a τ et σ
componitur, quam ut advertas duplicem, numquam poterit geminari.
258 haec praeponitur *m* litterae, ut *Zmyrna*. ex his igitur universis XVIII
litterae necessitatem cunctae conscriptionis absolvunt; placet enim mihi
y in vocalium numerum congregari, neque sine hoc *Hyacinthus* aut *Cylle-
nius* poterit annotari. sic igitur erit, ut senae fiant vocales, semivocales
259 et mutae. si enim *h* aspirationi dabitur supervacuaeque erunt *q* et *k*, *x*
autem ut duplex in elementorum ordine non probatur, *z* vero a Latinis
260 excluditur, decem et octo numero, sicut dictum est, supersidunt. quae
tamen cum supervacuis reiectisque cunctis ex unius vocis sonitu confor-
matae diversas naturalis harmoniae causas sub oris concinentia reppere-
runt.

261 Namque A sub hiatu oris congruo solo spiritu memoramus;
B labris per spiritus impetum reclusis edicimus;
C molaribus super linguae extrema appulsis exprimitur;
D appulsu linguae circa superiores dentes innascitur;

6 lact] *Pomp. gramm. V 199, 13* || *§ 257 cf. Prisc. II 36, 17 ss.* || *§ 258 s. cf. Prisc. II 12, 16 ss.* || *§ 261 Mar. Victorin. VI 32, 17 – 34, 23; Ter. Maur. 111–248*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 consequenter **B**^{2} (*d.* **R**) | quaestus **BDML** (*d.* **R**) || 2 querites **AC**^{1} (*d.* **R**) | equus **B**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} equis **AB**^{1}**R**^{1} aequus **M** eques *cett.* || 4 ut *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) | et praepositionibus *om.* **M**^{1} || 5 praecedit l in *om.* **C**^{1} | praecedunt **A**^{1} | l] in **EV**^{1} | in^1] in ut in **B** ut in **C**^{2}**L** in in **EF**^{1} | tlepolemo **F** tlintepolemo **A**^{1} lepolemo **D**^{1} leptolemo **M**^{1} tintlep[**R**^{1} (*sed* tintl *del.* **R**^{2}) deptolemo **E** tleptolemo *cett.* | in^2] ut **G** ut in **L** (*d.* **R**) | cmolo **E** || 6 neutra *om.* **R** | *ante* caput (kaput **C**^{2}) *add.* ut **GL** | sincipit **E**^{1} | lac **B**^{2}**L**^{2} || 7 interlectionem **R** | ut ut attat **A**^{2}**C**^{m}**L**^{2} ut **A**^{1}**D**^{1} atat **M**^{2}**F**^{2} ut ut *cett.* (*d.* **R**) || 8 grega **A**^{1} | seϑum **M** setum *cett.* || 9 zeϑum **M** zetum *cett.* | geminata **R**^{2}**G** | τ et σ *edd.* et c **A**^{1}**D**^{1}**R** t et c *cett.* || 10 ut *om.* **M**^{1} || 11 X et VIII **CF**^{2} || 12 litteris **B**^{2} *om.* **E**^{1} || 13 hyacinctus **MRGL** hyaccintus **C** || 14 sic] si **AR** | semivocales] senaevocales **A**^{1} XII semivocales **B** || 15 mutae **ABD**^{1}**R**^{1}**E**^{1}**F** mutae XII *cett.* | enim *del.* **C**^{2} | supervacuae **A**^{1}**G** supervacuae quae **L** || 16 in elementorum ordine *scripsi* sine elementi cardine *libri* (in elementi cardine *Grotius*) || 17 et *om.* **EFV** || 18 conformatae **D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**L** confirmatae *cett.* || 19 naturales **AD**^{1}**R** | causa **A**^{1}**RF** | concinnentia **AR** | reppereunt **A** || 23 extrema ... 24 linguae *om.* **M**^{1} | apulsis **AR**^{1} || 24 apulsu **A** | innascitur *om.* **L**^{1} (enascitur *fort. legendum*)

E spiritus facit lingua paululum pressiore,
F dentes labrum inferius deprimentes,
G spiritus cum palato;
H contractis paululum faucibus ventus exhalat,
I spiritus prope dentibus pressis.
K faucibus palatoque formatur.
L lingua palatoque dulcescit.
M labris imprimitur.
N lingua dentibus appulsa collidit.
O rotundi oris spiritu comparatur.
P labris spiritus erumpit,
Q appulsu palati ore restricto.
R spiritum lingua crispante corraditur.
S sibilum facit dentibus verberatis.
T appulsu linguae dentibusque impulsis extunditur.
V ore constricto labrisque prominulis exhibetur.
X quicquid C atque S formavit exsibilat.
Y appressis labris spirituque procedit.
Z vero idcirco Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitatur.

Perstricta est cursim rationis regula primae, **262**
quae multis tendi sueta voluminibus,
in qua iuncturis quid nectat littera utrisque,
quo admittat socium vel faciat latere,
quae quo transiliat conversis legibus usu
et transformatum nomen habere velit,
quas oris sonitus vel quas modulatio linguae
gignant et pulsu rupta labella suo.

[**ABDMR CEFV GL**] 2 deprementes **F** || 3 spiritum **R**^{1} | compalato **A**^{1}**M**^{1} || 4 contractis *ed. pr.* cum rasis **A** contrasis **L**^{1} conrasis *cett.* || 6 platoque **R**^{1} || 9 colligit **B**^{2} || 11 spiritu *Vulcan.* | rumpit **A**^{1}**R**^{1} || 12 apulsu **AC**^{1}**GL**^{1} appulso **V**^{1} | restrincto **AM**^{1} || 13 spiritus **R**^{2} spiritu **C**^{1} | contraditur **A**^{1} coraditur **C**^{1} || 15 appulsu **BMR**^{2}**EFG** apulsu **ACVL** appulso **D**^{1} impulsu **D**^{2} apulso **R**^{1} | extunditur *coni. Kopp* extruditur **A** *et ed. Kopp* extuditur *cett.* (excutitur *ed. Dick*) || 16 restrincto **A**^{1} constrincto **A**^{2} || 17 formatur **AR**^{1}**C**^{1} | exhibilat **A** exsilibat **R**^{1} exibilat **C**^{1} || 18 spiritusque **A**^{1} || 19 Ze **L**^{1} | vero *om.* **AC**^{1}**EFV** | apius **A** | dentes mortuum **V** dentis morsus *dub. Mommsen, Rom. Hist. vol. 1, p. 504 n. vers. Angl.* || 20 immitatur **L**^{1} || 21 – p. 70, 6 *versus confuso ordine exhibet* **A**^{1}, *videl.* 8. 1. 9. 2. 10. 3. 11. *4. 12. 5. 13. 6. 14. 7* || 21 perstricta *Grot.* praestricta *libri* | primum **A** (*d.* **R**) || 23 iuncturus **M**^{1} (*d.* **R**) || 24 amittat **D**^{1}**M**^{2} ammitat **V** (*d.* **R**)

nunc iam compactis cursanda est syllaba formis,
  ut fastigetur longa brevisque fuat.
haec duo percurram; iuncturas littera quippe
  praeveniens docuit sub ratione pari.
hoc igitur subdens nectendum concipit ordo,
  si vestrum, superi, comprobat arbitrium.'

263 Haec cum Grammatice diceret eamque progredi Iuppiter Deliusque praeciperent, hic Pallas 'de iunctura syllabarum' inquit 'dum haec Litteratura deproperat, partem historicam praetermisit.' quo virginis obiectu perterrita, 'scio' inquit 'mihi plurima transeunda, ne minutiora nectendo fastidium superae beatitatis incurram. proposito igitur per compendiosos calles festina perfungar, ne densis obumbrata ramalibus velut senticosae copiae densitate silvescam.

264 Syllaba igitur dicta est, quod iunctis litteris sonitum simul accipientibus informetur. cuius, ut dixi, tres partes esse non dubium est: de iunc-
265 tura, de fastigio aut de longitudinibus. iuncturae sunt genera quattuor, duo naturalia, duo historica. naturalia sunt, cum quaeritur unaquaeque syllaba utrum ex una, an gemina, an neutra parte iungatur, et utrum litterae, quae inter se copulari non possunt, adiecta alia littera socientur, ut *m* et *n*, dum non coeant, vocali accedente sociantur, ut in *amni* et *somno*; quae iuncturarum genera ex hoc, quod in litteris memorata sunt,
266 transeantur. historica vero illa coniunctio est, cum ex litteris, quae inter se poterunt copulari, diversitas fandi non easdem nec pares numero sociarit. scribimus nos enim *Musarum* primam syllabam duabus litteris, Graeci tribus. Lucilius in dativo casu *a* et *e* coniungit dicens huic *Terentiae*, *Orbiliae*, †Licinius *a* et *i* et Lucretius crebro et noster Maro *aulai*,

11 *s. cf. Fortun. rhet. 1, 1 p. 81, 3* per competa callem || *§ 264 Charis. I 11, 9; Prisc. II 44; Mar. Victorin. VI 26, 15 (cf. Jeep, Redeteile 115)* || *§ 266 cf. Quint. inst. 1, 7, 18–19; Prisc. II 37, 15 sqq. et 284, 20 – 285, 11; Consent. V 389; Mar. Victorin. VI 14; Scaur. gramm. VII 16; Vel. gramm. VII 57* || 26 Maro] *Aen. 3, 354* aulai; *Aen. 9, 26* pictai

[**ABDMR CEFV GL**] 1 curstanda **V** (*d.* **R**) versanda *vel* signanda *Vonck 148* curvanda *Boettger* || 2 longa] lingae **D**^{1} linguae **D**^{2} lingua **C**^{1}**EV** linga **F** (*d.* **R**) | fuat] eaiat **A** fiat **M**^{2}**C**^{1}**F** || 3 littere **R**^{1} || 5 necdum **M**^{1} || 6 silvestrum **AB**^{1}**R** || 7 matrice **C**^{1} grammatrice **C**^{2} grammatike **F**^{2} | delusque **A**^{1} || 11 propositio **A** | conplendiosos **A** compediosas **D**^{1} compendiosas **D**^{2} cumpendiosos **M** || 12 perfugar **M** | obumbratam **ADR**^{1} || 16 aut *del. Hercher* || 17 historiae **B**^{1} historia **M** storica **V** || 19 societur **A**^{1} socienter **D** sociantur **C**^{1}**EV** || 20 ut^1 *del.* **B**^{2} | accedere **B**^{2} accendente **M** antecedente **G** | socientur **G** | in *om.* **B**^{1} || 22 cum] quae **A**^{1}**B**^{1} || 22.23 inter se **B**^{2} in se *cett.* || 24 sociarit **A**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**GL**^{2} sociaret *cett.* | enim] etiam **G** || 25 in dativo] indicativo **A**^{1}**C**^{1}**EV** | et *om.* **F** | terentiae **A**^{2}**MC**^{1} terrentianae **R**^{2}**C**^{2}**F**^{2} terrentiae *cett.* || 26 orbiliae *om.* **A**^{1} | Licinius] lucinius **A**^{1}**R** *vocem delent Eyss. Dick et* ⟨in genetivo⟩ *inserunt; locum tractat Jürgensen 72–77; locum male distortum nequivi emendare* | noster] nostri **V** inter **L**^{1} | aurai **A**^{1}**RL**^{1} aula *n. f.* **B**^{1} auravi *n. f.* **D**^{1}

pictai. item duae iuncturae sunt cum sociamus syllabas propter pedem 267 vel versum, ut duae in una repente depereant, ut in synaliphe, vel cum litterae excluduntur e verbo, ut in ecthlipsi.

Hactenus de iuncturis; nunc de fastigio videamus, qui locus apud 268 Graecos *περὶ προσῳδιῶν* appellatur. hic in tria discernitur: unaquaeque enim syllaba aut gravis est aut acuta aut circumflexa; et ut nulla vox sine vocali est, ita sine accentu nulla. et est accentus, ut quidam putaverunt, anima vocis et seminarium musices, quod omnis modulatio ex fastigiis vocum gravitateque componitur, ideoque accentus quasi adcantus dictus est. omnis igitur vox Latina simplex sive composita habet unum 269 sonum aut acutum aut circumflexum; duos autem acutos aut inflexos habere numquam potest, graves vero saepe. acutum habet in prima syllaba, si dicas *Caelius*, in secunda *Sallustius*, in tertia *Curiatius*; inflexum item in prima, si dicas *caelum*; syllaba autem paenultima numquam acuitur natura ipsa, sed praecedens eius, id est ab ultima tertia, sive brevis sive longa sit, ut *Cicero*, *Caelius*. flexus autem sonus in ea tantummodo syllaba consistit, quae praecedit ultimam, nec aliter quam ut ipsa natura longa sit et ultima tamen brevis, ut *Galenus*. at si longa, aut si paenultima positione longa, licet ultima brevis, acutus tamen sonus fiet, *Galeni*, *Camille*. inflexi proprium hoc est, ut nisi longis natura syllabis non adhaereat, acutus autem et in longis et in brevibus invenitur. omnis autem vox aut acutum aut circumflexum sonum habeat necesse est, etiam si monosyllaba sit; monosyllabae autem gravi carent. omnis vox monosyllaba, cum aliquid significat, sive brevis est sive positione longa, acuetur, ut dicimus *far*, *ars*; si autem natura longa, flectetur, ut *lux*, *mos*.

4 *ss. cf. Diom. I 430 s.; Explan. in Don. IV 482, 7* || **23** *ss. Diom. I 431, 15–18*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** pectavi *n. f.* **D**^{1} pictavi *n. f.* **C**^{1} || **2** unam **M** | repetente **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**EFL** | depareant **D**^{1} | in^2 *om.* **R**^{1} | sinalipha **L**^{2} || **3** ut] cum *n. f.* **A**^{1} | ecthlipsi *Kopp* (a)eclypsi **AD**^{2}**RFVGL** (a)elypsi **BMCE** aeglypsi **D**^{1} | *post* ecthlipsi *add.* De accentibus **G** || **4** qui] quibus **E**^{1} quo **L**^{1} | locus *om.* **E**^{1} || **5** ΠΕΡΙ ΠΡΟCΩΔΙΩΝ *Leid. 88* peri (pteri **M**^{1}) prosodion *omnes mei* || **6** vox *delebat Eyss.* || **10** latina **AB**^{2}**M**^{v}**F**^{v}**L** latine *cett.* (*d.* **R**) | simplex sive composita *bis scripsit* **A**^{1} | *ante* unum *add.* in **A**^{1} (*d.* **R**) || **11** somnum **L**^{1} (*d.* **R**) | circumflexum] circum **M**^{1} (*d.* **R**) || **12** graves **A**^{2}**B**^{1}**MC**^{2}**F**^{2}**G**^{2}**L** gravis *cett.* (*d.* **R**) || **13** *post* Caelius *add.* quidam quia licet non terminaretur consonante **D**^{1} (*ex p. 73, 8–9*), *quae delet* **D**^{2} | salustius **AM**^{1} sallustrius **D**^{1} (*d.* **R**) | curiatius **R**^{2} caratius **A**^{1} curitius **D**^{1}**G** curatius *cett.* || **14** in *om.* **F**^{1} (*d.* **R**) | paenultima **R**^{2}**EGL**^{2} || **15** *post* ipsa *add.* brevis **A**^{2}**D**^{2}**M** (*locus mancus videtur*) | praecedes **D**^{1} (*d.* **R**) | eius id est] id est **B**^{1} eiusdem **M**^{1}**G** (*d.* **R**) | ab] ad **A**^{1} || **16** caelitus **B**^{1} (*d.* **R**) || **18** tamen *om.* **A**^{1} (*d.* **R**) | gallenus **E**^{1} | at **A**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GL**^{2} aut *cett.* | si longa] si ultima longa **A**^{2}**ML**^{2} si longa ultima **B**^{2}**F**^{2} | aut *om.* **M** ut **R**^{1}**EF**^{1}**VL**^{1} | si^2 *om.* **M** || **19** possitione **M** | *ante* Galeni *add.* ut **A**^{2}**M**^{2}**L** || **20** Camille *scripsi* camilli *libri* | inflexu **A**^{1} || **22** habet **A**^{1}**R** || **24** acuetur . . . **25** longa *om.* **M**^{1} | acuitur **B**^{2} || **25** flectitur **B**^{2}

Disyllabae vero priorem acuunt, vel cum brevis est utraque, ut *citus*, vel cum positione longa est utraque, ut *sollers*, vel alterutra positione longa, ut ⟨*contus*⟩, *cohors*. si vero prior syllaba natura longa est et sequens brevis, flectetur prior, ut *luna*; si posterior longa erit positione vel natura, prior acuetur, ut *codex*, *docte*. nulla enim [longa] invenietur gravis in disyllabo prior.

In trisyllabis si media brevis fuerit, quam paene ultimam dicimus, non dubie gravi accentu pronuntiatur, ac statim prima eius, hoc est tertia ab ultima, acuetur, ut in *Catulo*; si vero eadem longa est, interest quemadmodum sit longa. si enim natura longa est brevisque ultima, media flectetur, ut *Cethegus*, *Mancinus*; si vero media longa erit natura et extrema longa, media acuetur, ut *Catoni*, *Ciceroni*, vel si positione longa erit media, acuta durabit, qualiscumque novissima fuerit, ut *Catullus*
270 *Catullo*, *Metellus Metello*. pronomina autem quae duplici modo declinantur, id est aut corripiunt aut producunt mediam syllabam in genetivo casu †acuunt, *ipsius*, *illius*. horum si secundae breves fiant, primae acutae erunt, ut *ípsius*, *íllius*. si vero longae erunt mediae, primae graves, secundae inflexae erunt, ut *óccidit sol* et *occídit hominem*. ergo primae acutae sunt, cum mediae breves; cum vero mediae ⟨. . .⟩ vel inflexae
271 acutae, cum longae ultimae, ut *tenebrae*, *latebrae*, *manipli*. haec a superio-

1*ss*. *Diom. I 431, 19s.* || 3–6 *cf. Diom. I 431, 22s.* || 8–9 *non e Diomede* || *§ 270 Diom. I 432, 1ss.* || *§ 271 fere similia Diom. I 432, 33–35 et 29–33; cf. etiam Prisc. III 521, 16–24; Quint. inst. 1, 5, 30s.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 disyllabae **R** desyllabae **D**^{1} dissyllabae **CG** dissilla **V**^{1} dissillaba *cett.* | ut *om.* **B**^{1} || 2 cum positione] compositione **M** | altera **A**^{2}**BD**^{2}**MGL** || 3 ut *om.* **M** | contus *addidi exempli causa* || 4 prior, ut] ut prior **A**^{1} | longaverit **B**^{1} || 5 doctae **BDL** | longa *del. Schoell* | invenitur **L** || 6 disyllabo **DRCF** dissyllabus **A**^{1} dissabo **E** dissilabo **V** dissyllabo *cett.* || 7 trissyllabis **CG** | quem **L**^{1} | penaultimam **A** paenultimam **D**^{2}**R**^{2}**E**^{1}**G** || 7.8 nodubie **L**^{1} non sine dubie **P** || 8 aestatim **B**^{1}**D**^{1} hac statim **P** | prima] praecedens *Petersen 44 coll. p. 71, 15* | hoc est *bis scripsit* **A**^{1} || 9 ut in *om.* **L**^{1} | catullo **A**^{1}**M**^{1} || 11 flectitur **B**^{2}**M**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**EFV** | cetheus **E** | natura] media natura **P**^{1} | et *om.* **C**^{1} || 12 acuetur . . . 13 media *om.* **M** | si **B**^{2}**F**^{2}**L**^{2}**P**^{2} *om. cett. fort. recte* || 13 durabitur **A**^{2} || 13.14 catullus catulo **B**^{1}**R**^{1} catolus catullo **C**^{1} catulus catullo **V** || 14 metullus **MR**^{1}**C**^{1}**EV** | metullo **M** || 15 corripiunt aut producunt *Petersen 44* corripiuntur aut producuntur *libri* || 16 acuunt *libri vix recte* variant *Schoell* accentu id ostendunt *Jürgensen 78* *locum corruptum relinquere quam Procrusteo more emendare malui* | *ante* ipsius *add.* ut **B**^{2} | fiant] sunt **A**^{2} || 18 secundae] longae **A**^{1} | inflexerunt **A** | occidit sol et occidit hominem *desunt apud Diom.; pro eis substituit* ipsius illius *Jürgensen 78; ego locum emendare nequivi* || 19 *lacunam notavi* mediae vel inflexae acutae **A**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**P**^{1} mediae longae vel inflexae vel acutae. acutae **A**^{2}**GM** mediae longae vel acutae vel inflexae aut acutae **B** mediae longae vel acutae vel inflexae acutae **D**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} mediae longae inflexae vel acutae vel inflexae **R**^{2}**P**^{2} mediae vel inflexae aut acutae **C**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} mediae longae vel inflexae aut acutae **E**^{2}**V**^{2}**L**^{1} || 20 *post* ultimae *inserunt* inflexae cum breves *Eyss. Dick* | ut] at *coni. Schoell, ut sit novi enuntiati principium* | *post* manipli *add.* fenestrae *Eyss.* | haec *delebat Dick* | a *om.* **L**^{1}

ribus, quae sunt talia ut *Catullus*, *Sallustius*, hoc differunt, quod illa consonantes discretas habent, haec, quamvis et ipsa paene ultimam positione habent longam, nullam tamen in secunda syllaba ex consonantibus sibi retinent, sed in tertia sunt duae. ideoque factum est, ut media haec nomina *ténebras* et *látebras* acuto accentu prima syllaba proferret, at *maníplos* et *fenéstras* paene ultima syllaba acuta diceretur; quod quidam illud genus syllabae paene ultimae omnino breve putaverunt, quia non terminaretur consonanti; quidam ⟨longum⟩, quia, licet non terminaretur consonanti, proxima syllaba a duabus inciperet consonantibus, et quod natura litterarum *l* et *r*, quae mollis est, nunc longam, nunc brevem syllabam efficiat. nulla autem vox Romana duarum vel plurium syllabarum acuto sono terminatur, inflexum autem non alias postremum habet, nisi cuius posterior pars in syllabam natura longam excurrit, ut *ergo* et *pone*.

Contextus orationis plerumque adimit aut mutat proprios sonos sin- 272
gulis vocibus. adimit iis, quae referuntur ad aliquid sequens, ut praepositionibus *ante urbem*; nam hic *ante* perdidit acutum sonum prioris syllabae; item *post muros*. mutant accentus adiunctis vocibus *que*, *ve*, *ne*, cum tamen complexiva coniunctio est *que*, *ve* [cum] expletiva, ut *Latiumque augescere vultis* et *stimulove meum cor* apud Accium in Pelopidis. numquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas praeter

18–19 *Enn. ann. 455 V.* || **19** *Acc. trag. 512; cf. Diom. I 433, 19ss.; Serv. gramm. IV 427, 6; Pomp. gramm. V 131, 16*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** quae ... differunt *del. Grot. Dick* | talia *scripsi dubitanter* alia *libri* allata *Vonck. 148* | ut Catullus Sallustius *delebat Vonck.; totum locum tractat Jürgensen 78–81 audacius quam probabilius* | ut Catullus] aut catulus $\mathbf{B^1C^1V}$ (*d.* **R**) | salustius **MP** | diferunt **L** (*d.* **R**) | ille $\mathbf{F^1}$ (*d.* **R**) || **2** ipsa *scripsi* ipsam *libri* | paenultimam $\mathbf{BMEGL^2}$ (*d.* **R**) | positionem $\mathbf{AC^1V}$ (*d.* **R**) || **3** habeant $\mathbf{A^2B^2M^2}$ || **4** ⟨varie⟩ media *Jürgensen 80* || **5** nomina ⟨consuetudo pronuntiaret et⟩ *Jürgensen 80* | latebras ⟨gravi⟩ *Schoell* | cauto $\mathbf{A^1}$ (*d.* **R**) | primam syllabam $\mathbf{A^2G}$ (*d.* **R**) | proferet $\mathbf{A^1D^1P^1}$ proferat **M** proferrent **G** (*d.* **R**) || **5.6** maniplos et fenestras *vix sana* et fenestras *del. Schoell* || **6** paenultima $\mathbf{B^2D^2G}$ | diceretur] diceret usus *Schoell clausulae incuriosus* || **7** paene ultima $\mathbf{A^1C^1EF^1V}$ paenultimae $\mathbf{BM^1G}$ (*d.* **R**) || **8** terminarentur $\mathbf{A^1B^1DM^1R^1G}$ | consonante $\mathbf{B^2C^2F^2L^2}$ in consonante $\mathbf{L^1P}$ (*d.* **R**) | quidam ... **9** consonanti *om.* $\mathbf{D^1C^1E^1FV^1}$ | longum *add. Jürgensen 81* || **9** consonante $\mathbf{BD^mC^mL^2}$ consonanter $\mathbf{R^1}$ *om.* $\mathbf{A^1}$ | proxima] pessima $\mathbf{P^1}$ || **10** quae *Diom. p. 432, 33* quia *libri, quod delet* $\mathbf{B^2}$ (*d.* **R**) || **11** efficiat] effici eam $\mathbf{A^2B^2D^2}$ faciat $\mathbf{B^1}$ efficient **M** | plurimum $\mathbf{A^1B^1R}$ plurum **V** || **13** et pone *delebat Jürgensen 94, sed cf. Diom. p. 433, 6* | pene **V** || **14** *post* adimit *add.* his $\mathbf{A^2M^2}$ || **15** vocalibus **R** | adimit iis *scripsi* adimitis his $\mathbf{A^1B^1D^1M^1EF^1VL^1P}$ ademtis his $\mathbf{B^2}$ adimitis *n. f.* $\mathbf{R^1C^1}$ adimit his *cett.* | *post* ut *add.* in $\mathbf{CF^2VLP^2}$ || **16** perdit $\mathbf{C^1}$ | prioris] propris $\mathbf{R^1}$ || **17** mutat (*sc. contextus orationis*) *coni. Jürgensen 94* (mutantur *fort. legendum*) | adiunctus $\mathbf{R^1}$ | que ve ne] quae bene $\mathbf{AR^1}$ que ve ne ce $\mathbf{CEFVG^2L^1P}$ || **18** ve] ne $\mathbf{A^1DM^1R^1}$ | cum *del. Eyss.* || **19** accium **RCFV** actium *cett.* | *post* Pelopidis *add.* legitur $\mathbf{A^2}$ || **20** migravit $\mathbf{AB^2MR}$ migrabat $\mathbf{D^1}$ | postremis $\mathbf{R^1L^1}$ postremos *n. f.* $\mathbf{F^1}$

particulas coniunctas, quarum hoc proprium est acuere partes extremas vocum, quibus adiunguntur.

Graeca nomina cum in Latinum vertuntur, nostra regula pronuntiantur, nisi manent Graeca. *Olympus* igitur et *Caucasus* si ut Latina proferuntur, quam acuere vel flectere debeant, secundum rationem supra scriptam apparet. sed si manent Graeca (et huic regulae in peregrinis vocibus accedimus) necesse est tamen in obliquis casibus acutos sonos in mediis syllabis servent, quoniam apud Graecos quoque non alio accentu haec
273 enuntiari audimus. acutus accentus notatur virgula a sinistra parte in dexteram ascendente, gravis autem a sinistra parte ad dexteram descendens, inflexi signum est sigma super ipsas litteras devexum. accentus partim fastigia vocamus, quod litterarum capitibus apponantur, partim cacumina, tonos vel sonos, Graeci prosodias. sciendum etiam uni vocabulo accidere omnes tres accentus posse, ut est *Argiletum*.

274 Memoratum arbitror competenter, quae sint et quemadmodum vertantur fastigia syllabarum; nunc earum longitudines intimabo. unaquaeque enim syllaba aut brevis est aut longa aut communis. brevis est, cum vocalis corripitur ac nullis consonantibus adiuvatur, aut cum cor-
275 repta forma vel littera terminatur. longa autem duobus modis efficitur, natura et positione: natura, cum vocalis producitur, aut cum syllaba circumflexum accentum tenet, vel acutum in paene ultima, aut cum monosyllaba unaquaeque vocalis est, aut cum dipthonga reperitur, vel cum

3*ss. cf. Quint. inst. 1, 5, 62s.; Dosith. VII 379; Serv. Aen. 2, 779 et 4, 268* ‖ *§ 273 cf. Explan. in Don. IV 532; Don. IV 371; Diom. I 434 et 431* ‖ 14 Argiletum] *Prisc. III 113, 11* ‖ *§ 274–277 cf. Charis. I 11s.; Diom. I 427; Don. IV 368s.; Mar. Victorin. IV 26s.*

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 adiuntur $\mathbf{C^1}$ ‖ 3 latina $\mathbf{R^1}$ *fort. recte* ‖ 4 maneant $\mathbf{B^2}$ maneat **M** manen $\mathbf{P^1}$ | graece $\mathbf{R^vG}$ | si ut] sicut $\mathbf{A^1R^2G}$ | latine $\mathbf{A^1}$ ‖ 5 *post* quam *add.* syllabam $\mathbf{C^sF^s}$ *Jürgensen* | *post* debeant *add.* syllabam *Schoell* ‖ 6 sed *om.* $\mathbf{D^1}$ *et poterat abesse* | si *del.* $\mathbf{B^2}$ *om.* $\mathbf{L^1}$ | manent $\mathbf{A^2MR^2C^2FGL^2P^2}$ manente *cett.* | graece $\mathbf{R^2G}$ | et *om.* $\mathbf{RP^1}$ | huic *om.* $\mathbf{P^1}$ ‖ 9 audivimus $\mathbf{A^1B^2LP}$ | sinixtra **L** ‖ 10 *post* ascendente *add. signum* / $\mathbf{D^2M^2}$ *edd. idem super* acutus (*v.* 9) *ponit* **P** | sinixtra **L** | *super* descendens *ponunt signum* \ $\mathbf{D^2M^2}$ *idem super* gravis *ponit* **P** ‖ 11 signa **AR** simma $\mathbf{L^v}$ | *super* devexum *ponit signum* ⌒ $\mathbf{D^2}$ *idem super* sigma *ponit* $\mathbf{M^2}$, *idem super* inflexi $\mathbf{P^2}$ | devextum $\mathbf{D^1}$ ‖ 12 partem $\mathbf{A^1R^1}$ | partem $\mathbf{A^1R^1}$ ‖ 13 acumina *Jürgensen, sed cf. Diom. p. 431, 5* | tonos] sonos $\mathbf{L^1}$ | graeca $\mathbf{D^1}$ graece $\mathbf{D^2}$ ‖ 14 accidere **CEFVLP** accendere $\mathbf{D^1}$ accedere *cett.* ‖ 17 enim *om.* $\mathbf{AR^1CEFV}$ *fort. recte* | syllabam $\mathbf{R^1}$ ‖ 18 ac] aut **D** | consonantibus *scripsi* sequentibus **A** consequentibus *cett.* consequentibus ⟨consonantibus⟩ *Dick* ‖ 19 forma *om.* $\mathbf{R^1}$ | *post* terminatur *repetit* consequentibus . . . terminatur $\mathbf{C^1}$, *delet* $\mathbf{C^2}$ ‖ 20 vocalis] calis $\mathbf{M^1}$ (*d.* **R**) ‖ 21 vel . . . ultima *delebat Eyss.* | paenultima $\mathbf{AB^1D^2MGL^2}$ (*d.* **R**) | com $\mathbf{B^1F^1P}$ *om.* $\mathbf{L^1}$ (*d.* **R**) | mosyllaba $\mathbf{M^1}$ munosyllaba $\mathbf{F^1P^1}$ *delet* $\mathbf{P^2}$ (*d.* **R**) monophthonga syllaba *Jürgensen 83* | *post* monosyllaba *est rasura quasi 20 litt. in* **L**, *in qua add.* unaquae $\mathbf{L^2}$, *dein sequuntur* -que vocalis *in* **L** ‖ 22 unaquaeque vocalis est *delebat Eyss.* | *post* unaquaeque *add.* syllaba **P** | dypthoga $\mathbf{D^1P}$ (*d.* **R**)

prima syllaba sub alia forma cuiuscumque verbi composita nec vocalem
nec †acumen mutat; positione, cum brevem vocalem aut duae consonan-
tes secuntur, sive in eadem syllaba sive in sequente sive per ambas divi-
sae, aut in alterutra duplex una. duplices autem sunt *x* et *z*; aliquando *i* **276**
et *c* fieri possunt, ut si *i* inter vocales sit, ut *aio*, *Troia*; item *c* ut *hoc erat*,
alma parens. hae autem consonantum vel duplicium, quae breves adiu-
vant, formae tunc possunt, si in eodem sermone claudantur; ceterum pro-
ximi sermonis consonantes nil adiuvant praecedentem, licet Vergilius
refragetur, dicens *arma virumque cano Troiae*, et item *fontesque fluvios-*
que voco. dipthongae autem sunt *ae oe eu au ei*; absque his [syllabis] **277**
nulla dipthongos memoratur.

Communium autem syllabarum modi sunt octo. nam primus est, cum **278**
correptam vocalem sequitur subiecta consonantibus liquida; est enim
longa, ut *vasto Cyclopis in antro*, brevis, ut *vastosque ab rupe Cyclopas*.
secundus modus, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente *h*; est enim longa, ut *terga fatigamus hasta*, brevis, *quisquis honos tumuli*. tertius, cum correptam vocalem duae consonantes secuntur, quarum *s* prima littera sit; est enim longa, *unde spissa coma*, brevis, *ponite spes sibi quisque*. quartus locus, cum brevis syllaba partem terminat orationis; est enim longa in commate, ut est *nam tibi, Thymbre, caput Euandrius*, brevis, *hoc caput, o cives*. item alter locus ex dipthonga fit communis: longa, ut *Musae Aonides*, brevis, *insulae Ionio in magno*.

5 hoc] *Verg. Aen. 2, 664* || **9** arma] *ibid. 1, 1* | fontes] *ibid. 12, 181* || *§ 278 = Max. Victorin. de finalibus VI 230, 7–24 et Serv. gramm. IV 424s.; fere eadem docent Don. gramm. IV 369; Cledon. V 29; Pomp. gramm. V 116–119; eadem fere exempla dant Charis. I 13ss.; Dosith. VII 387s.; Mar. Victorin. VI 27ss.* || **14** vasto ... antro] *Verg. Aen. 3, 617* | vastosque ... Cyclopas] *ibid. 3, 647* || **16** terga ... hasta] *ibid. 9, 610* | quisquis ... **17** tumuli] *ibid. 10, 493* || **18** unde ... coma] *Ter. Maur. 1103* | ponite ... **19** quisque] *Verg. Aen. 11, 309* || **20** nam ... **21** Euandrius] *ibid. 10, 394* || **21** hoc] *ibid. 12, 572* || **22** insulae ... magno] *ibid. 3, 211*

ABDMR CEFV GLP] **2** cacumen **M**^{1} *Dick* (*locum misere corruptum non potui emendare*) || **3** sequuntur **AD**^{2}**F** sequntur **B**^{2} (*d.* **R**) | sequente] inquente **D**^{1} sequentes **C**^{1}**V** (*d.* **R**) || **4** alterutra *Petersen 45* altera **M**^{1} altera tria *cett.* (*d.* **R**) altera tria aut *Eyss.* || **5** hocc **P**^{2} (*d.* **R**) || **6** consonantium **AM**^{2}**RCGLP**^{1} | duplicum **E** duplium **V**^{1} (*d.* **R**) || **7** laudantur **L**^{1} (*d.* **R**) || **8** nihil **AB**^{2}**MG** | adiubant **D**^{1} | vergilius **D**^{1} virgilius *cett.* (*d.* **R**) || **9** fluviusque **R**^{1} || **10** dyptunguae **A** dyptongi **L** | eu au] u **M**^{1} au eu **M**^{2}**G** | syllabis *del. Eyss.* || **12** *ante* communium *add.* DE COMMVNIBVS SYLLĀ **G** OCTO MODI **L**^{m} DE COMMVNIBVS SYLLABIS **P**^{m} || **14** vasta **L**^{1} | cyclopis **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**GP**^{2} ciclopes **E** ciclopes *cett.* | Cyclopas] cyclopes **D**^{1}**P**^{2} || **15** secundas **D**^{1} secundum **EF**^{1} | modum **EF**^{1} | cum] con **A** | definit **R** || **16** erga **AR**^{1} | honos **BDC**^{2}**G** (h)onus *cett.* || **17** secuntur **AMRGL** sequntur **DFV** sequuntur **CEP** || **18** s] sed **V**^{1} | coma] coa **D**^{1}**M**^{1} || **19** locus] modus **B**^{2}**M**^{2}**L** || **20** comate **AGP** commutate **R**^{1} || **21** evendrius **E**^{1} euuandrius **L** | brevi **A** | hoc] haec **A** | dittonga **A** || **22** uolides **A** oenides **M**^{1} | ionia in magna **A**

cum vocalis enim sequitur, potest dipthonga brevis fieri, ut *sudibusve praeustis*. alius locus, cum longam vocalem alia vocalis sequitur; est enim longa *o ego infelix, quem fugis*, brevis *sub Ilio alto*. alius locus, cum pronomen *c* littera terminatur vocali sequente; est enim longa *hoc erat alma parens*, brevis *solus hic inflexit sensus*. alius locus, cum correptam vocalem subsequitur *z*; est enim longa *Mezenti ducis exuvias*, brevis *nemorosa Zacynthos*.

Dicta natura in tribus generibus syllabarum; superest ut finales dicantur, in quibus artis auctoritas et canonica forma consistit. ac prius de
279 nomine retractandum. nominativus casus singularis *a* littera terminatus brevis est, ut *Catilina*, *Iulia*, *e* littera finitus in ⟨Latinis brevis est, ut *sedile*, in⟩ Graecis longus est, ut *Euterpe*, *i* autem terminatus longus est, ut *frugi*, *o* finitus brevis est in Latinis, ut *Cato*, ⟨ in Graecis longus est, licet auctoritas variet; quippe Vergilius posuit *et te, magne Cato*⟩; *u* terminatus brevis est, ut *cornu*. *al* finitus brevis est, ut *tribunal*, *el* brevis, ut *mel*, *il* brevis, ut *vigil*, excepto uno Etrusco *Tanaquil*, *ol* longus est, ut *sol*, *ul* brevis, ut *consul*. *m* terminatus brevis est, ut *tectum*, licet huius raro occurrat exemplum, quia inter vocales *m* deprehensum velut mytacismi asperitate subtrahitur. *n* finitus producitur, ut *Titan*; *en* in neutris brevis est, ut *carmen*, in aliis generibus longus, ut *lien*, *Siren*; *on* terminatus longus est, ut *Memnon*. *ar* terminatus in monosyllabis tantum longus, ut *Nar*, *far*; *er* finitus in Latinis brevis est, ut *puer*, excepto uno monosyllabo *ver*, in Graecis producitur, ut *aer*; *ir* terminatus corripitur, ut

1. 2 sudibusve praeustis] *Verg. Aen. 7,524* || 3 o ... fugis] *cf. Hor. ep. 12,25* | sub Ilio alto] *ibid. 5,261* || 4 hoc ... 5 parens] *ibid. 2,664* || 5 solus ... sensus] *ibid. 4,22* || 6 Mezenti] *ibid. 11,7* | nemorosa] *ibid. 3,270* || *§ 278 s. = Max. Victorin. de final. VI 231–239; cf. etiam Serv. gramm. IV 451–455; Beda de arte metrica gramm. VII 237–241* || 14 *Aen. 6,841*

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 *ante* alius *add.* VI **F[g]L** || 3 *ante* alius *add.* VII **F[g]L** || 4 erit **E[1]** || 5 *ad* alius *add.* VIII **F[g]L[g]** || 6 insequitur **CEFV** | exubias **AD[1]M[1]R[1]L** || 7 zacynthos **BM[1]** *Verg.* zacinctos **M[1]** zacinctus **AD[2]** zacintus *cett.* || 10 retractando **AM[1]R[1]** retractandum est **R[2]G** tractandum **E[1]** | *ante* nominativus *add.* DE FINALIBVS SYLLABIS NOMINVS **A** DE VLTIMIS SYLLABIS NOMINVM **D[m]** DE FINALIBVS **M[m]** DE NOMINE **C[m]G** DE NOMINATIVO **P[m]** || 11 catulina **R** | in *om.* **A** | *lacunam detexit Kopp* || 13 finitus] terminatus **L** infinitus **P[1]** | est *om.* **B[1]DMGP** | in Latinis *om.* **L** in latino **C** | in ... 14 Cato *addidi, cf. Jürgensen 62* || 15 est[1] *om.* **BDMGLP** | al] **AF[1]** | finitus brevis est] brevis est finitus **R[1]** || 15. 16 brevis ut mel *om.* **A[1]** (*d.* **R**) || 16 excepto uno etrusco *om.* **C[1]** (*d.* **R**) | Etrusco *om.* **A** etrusqueco **M** (*d.* **R**) | longus *Jürgensen 94* longa *libri* || 17 est *om.* **E[1]G** | tecum **A** (*d.* **R**) || 18 ra/ro **A** ratio **P** (*d.* **R**) | occurrat **EFVLP** //currat **A** occurrit **C** currat *cett.* (*d.* **R**) | mytacismi *scripsi dubitanter* moitacismi **A[2]MG** myotacismi **B[2]** meetacismi **D** moetacissimi **P** moetacismi *cett.* (*d.* **R**) || 19 asperite **M[1]** (*d.* **R**) || 20 *post* longus *add.* est **ACEFVP** || 21 memnon **B[2]D[1]RCEFG** mennon *cett.* | monosyllababis **A** (*d.* **R**) || 22 excepto ... 23 ver *om.* **CE[1]FV[1]** (-abo ver *supersunt in* **R**) | *ante* monosyllabo *add.* uno **B[2]**

vir; *or* terminatus brevis est, ut *auctor*; *ur* terminatus corripitur, ut *murmur*, excepto uno monosyllabo [ut] *fur*. *as* finitus in Latinis nominibus producitur, ut *facultas*, *paupertas*; in Graecis tunc tantum brevis est, cum genetivus *dos* fuerit terminatus, ut *Arcas Arcados*. *es* terminatus in Graecis nominibus longus est, ut *Anchises*; in Latinis, si quintae declinationis fuerit, producitur, ut *dies*; si tertiae, tunc longus est, cum genetivus singularis non crescit syllaba, ut *labes* ⟨*labis*⟩, vel ⟨cum⟩ crescens *e* productam ante ultimam syllabam retinet, ut *quies quietis*; nam si eam in *i* mutaverit, ut *miles militis*, aut corripuerit, ut *seges segetis*, corripitur exceptis his *Ceres pes* atque his similibus. *is* finitus brevis est, ut *agilis* ⟨exceptis tribus monosyllabis *glis vis lis*⟩. *os* terminatus tunc est in Latinis brevis, cum genetivus ante ultimam syllabam non habet naturaliter longam, ut *os ossis*; in Graecis tunc corripitur, cum genetivus dipthongo terminatur, ut *Delos τοῦ Δήλου*. *us* finitus brevis est, ut *doctus*, sed longus fit si genetivus syllaba creverit et ante ultimam [*i* aut] *u* productam habuerit, ut *virtus*, et in uno inflexibili [ut] *pus*. *t* terminatus corripitur, ut *caput*. *c* finitus duo nomina tantum facit, ut *allec*, quod producitur, et *lac*, de cuius declinatione dubitatur. genetivus singularis tunc 280
producitur, cum aut nominativo similis est, ut *senatus*, aut dipthongam habet, ut *Iuliae*, aut *i* terminatur, ut *docti*; in ceteris corripitur. dativus singularis ⟨in Latinis⟩ producitur, ut *Pompeio*; in Graecis corripitur si *i* littera finiatur, ut *Palladi*. accusativus singularis in Graecis tunc tantum

§ 280 et 281 (exceptis vv. 18–20 genetivus ... corripitur) = *Max. Victorin. de final. VI 234, 6 – 236, 2; cf. etiam Serv. gramm. IV 453, 3–24; Beda VII 238, 4 – 239, 14*

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 ut *om.* **AFV**[1] *del.* **B**[2]**C**[2] (*d.* **R**) | nominibus *om.* **CEFV** || 3 tunc *om.* **AM** | brevis] longus **F**[1] || 4 cum ... terminatus *om.* **C**[1]**E**[1]**V**[1] || 5 longus [*Victorinus*] *p. 233, 5* brevis *libri* || 6 tunc *om.* **DC**[1] | lungus **R**[1] || 7 labis *add. Jürgensen ex* [*Victorino*] *p. 233, 7* | cum *add.* **P**[2] *et sic habet* [*Vict.*] *p. 233, 7* | crescens] cres **A**[1] || 7. 8 e productam] est productam **R** productam **C**[1] productam e **EF** producta e **V** || 8 ultima **L** || 9 i *om.* **A** | mutet **AREFV**[1]**P** || 10 pes] spes **BDM**[1]**R**[v]**GP**[2] | atque his] et quae ab his **AR**[1] (*'et quae ab ipso figurantur, ut bipes'* [*Victorinus*] *p. 233, 11*) | is] his **C** | ut *om.* **L**[1] || 11 ⟨exceptis ... lis⟩ *addidi ex* [*Vict.*] *p. 233, 11–12* || 12 *post* genetivus *recurrit* **A** *ad v. 7* singularis, *et pergit ad v. 8* syllabam, *deinde v. 12* non habet naturaliter *etc.* | syllabam ⟨o⟩ *Jürgensen 84* | non *om.* **F**[1] | natura **C**[1]**EFV** || 13 ut os ossis *om.* **C**[1]**FV**[1] | ossis] oris **AD**[1]**REV**[m]**P** || 14 *τοῦ Δήλου scripsi* tu deloy **A**[1]**R**[1] TOY deloy **B** ut deloy **M** deloy tos toy **E** deloy *cett.* | finitivus **AR**[1] finitur **C** | sed] si **CE** || 15 si] sed **F** | *ante* syllaba *add.* una **R**[m]**G** | i aut] syllabam *coni. Petersen 46* ('i aut *delenda aut in* syllabam *mutanda sunt' Jürgensen 94, qui Petersen non legerat*) || 16 virtus ⟨virtutis⟩ *Dick ex* [*Victor.*] *234, 2* | flexibili **AR**[1] | ut[2] *del. Dick* | t *om.* **AM**[1]**R**[1] || 17 capud **P**[1] | facis **A** | ut[2] *delebat Dick* || 19 aut] autem **A**[1] | dupthongam **D**[1] diptongon **CEFVG** || 20 ut[1]] aut **R**[1] | iliae **A**[1] | aut] at **C**[1] ut **G**[1] | in *om.* **D**[1] (*d.* **R**) || 21 in Latinis *excidisse vidit Dick* || 22 singuris **C**[1] | in Graecis *om.* **EFV**[1] *ante* singularis *ponit* **R**[1]

corripitur, cum *a* vel *on* terminatur, ut *Thesea, Delon*; in Latinis vero brevis est, ut *doctum.* vocativus singularis *a* littera terminatus in Latinis omnibus vel in Graecis femininis corripitur, ut *tabula, Musa*; in masculinis longus est, ut *Aenea.* *e* terminatus in Latinis brevis est, ut *docte*; in Graecis producitur, ut *Tydide*, exceptis his quae nominativus Graecus *os* terminat, ut *Phoebos Phoebe.* *i* terminatus in Latinis longus est, ut *Mercuri*; in Graecis corripitur, ut *Nai.* *o* terminatus in Latinis brevis est, ut *Cato*, licet Vergilius contra sentiat; in Graecis producitur, ut *Dido.* *u* terminatus corripitur, ut *cornu*; in consonantes vero desinens nominativi sequitur regulam, exceptis Graecis nominibus, quae saepe mutantur varietate linguarum, ut *Diomedes.* ablativus singularis semper producitur absque cum *e* terminatur, in his dumtaxat nominibus, quae tertiae fue-
281 rint declinationis, ut *a pariete.* nominativus et vocativus plurales in masculino et feminino genere producuntur, ut *fluctus, terrae*; in neutris breves sunt, ut *fata*, in Graecis vero, cum *s* vel *a* terminati fuerint, ut *rhetores, poemata*; in aliis vero longi sunt, ut *Musae.* genetivus pluralis brevis est, ut *doctorum*, in Graecis longus, sed Graeca declinatione, ut *Philaenon.* dativus pluralis et ablativus, si *is* fuerint terminati, producuntur, ut *doctis*; si *bus*, corripiuntur, ut *hominibus*; at si Graeca sit declinatio, *in* terminatus dativus corripitur, ut *Arcasin*; alias longus est. accusativus pluralis in nominibus masculinis vel femininis producitur, ut *doctos, Iulias*; in neutris corripitur, ut *moenia.* in Graecis vero, si *as* fuerit terminatus et veniat a genetivo *os* finito, corripitur, ut *Arcadas*; alias producitur, ut *Musas.*

282 In omnibus pronominibus singularis nominativus correptus invenitur, exceptis duobus monosyllabis *tu* et *qui.* genetivus singularis *i* vel *ae* prolatus longus est, ut *mei meae*; alias brevis, ut *illius.* dativus singularis

§ 282 = Max. Victorin. de final. VI 236, 3–14; cf. et Serv. IV 453, 25 – 454, 2; Beda VII 238, 21–27

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 vero *om.* **A** || 2 est *om.* **C**^{1} | Latinis *om.* **D**^{1} || 3 omnibus] nominibus *Jürgensen 94 ex* [*Victor.*] *p. 234, 12, sed ibi quoque* omnibus *in nonnullis libris legitur* | feminis **LP** | abula **A**^{1} || 4 e *om.* **R**^{1} | ut docte *om.* **C**^{1} || 5 titide **A** | os] hos **P** || 6 terminatur **AR**^{1}**C**^{1} | foebus **M**^{1} | Phoebe] phebo **A**^{1} | terminatur **L**^{1} | mercurii **R**^{1} || 7 mai **M**^{1} || 8 vergilius **BD** virgilius *cett.* || 11 diometes **L**^{1} (*d.* **R**) || 12 cum *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) | terminatus **CEP** (*d.* **R**) | fuerant **M** (*d.* **R**) || 13 a *om.* **MCEFV** *delent* **B**^{2}**D**^{2} (*d.* **R**) | plurales *del.* **B**^{2} *om.* **M**^{1} pluralis *ad* nominativus *add.* **M**^{2} (*d.* **R**) || 14 *post* producuntur *addita volebat* in Latinis nominibus *Dick* || 15 facta **AML**^{1} (*d.* **R**) | s] es **C**, *sicut et Jürgensen 95 coniecit* (*d.* **R**) | terminata **B**^{2} || 16 *post* pluralis *addebat* in Latinis *Dick* || 18 si is] si si **A**^{1} is si **A**^{2} si his **C**^{1} (*d.* **R**) || 19 ut *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) | in ... 24 Musas *om.* **V**^{1} || 20 arcas in aliis **A**^{1} arcasin in aliis **A**^{2} (*d.* **R**) || 21 nominibus] omnibus **AR**^{1} | vel] et **AREF** || 23 arcadas **A**^{1}**B**^{2}**MEFGLP**^{1} arcades **R**^{1} arcados arcadas **P**^{2} (*ed. Dick*) arcados *cett.* || 25 *ante* in omnibus *add.* De pronomine *libri* || 26 monosyllabis] syllabis **A** | prolato **C**^{1}

semper productus est, ut *nostro*, exceptis *mihi, tibi, sibi*, quae indifferenter accipiuntur. accusativus singularis corripitur, ut *illum*, exceptis *me, te, se*. vocativus singularis a nominativo suo non dissentit. ablativus singularis longus est, ut ab *illo*. nominativus et accusativus plurales tunc tantum corripiuntur, cum *a* fuerint terminati, ut *nostra*. genetivus pluralis numquam producitur, ut *illorum*. dativus et ablativus plurales *is* terminati producuntur, *bus* finiti corripiuntur.

In omnibus verbis, modis, temporibus, numeris, personis, coniugationi- **283**
bus haec uniformis est ratio: quaecumque persona *a* fuerit terminata producitur, ut *canta*. *e* finita brevis est, ut *lege*, nisi a secunda coniugatione veniat, ut *doce*; tunc enim longa est. *i* terminata persona semper producitur, ut *nutri*. *o* quae finitur correpta est, ut *audio*, licet auctoritas et in his discrepet; nam primae coniugationis primam personam Vergilius longam facit, ut *canto quae solitus* et *terra, tibi mando*. tamen monosyllaba etiam producenda sunt, ut *do, sto, flo*. *u* terminata persona producitur ⟨. . .⟩. *am* quae finitur brevis est, ut *legebam*. *or* finita corripitur, ut *legor*. *s* littera terminata verba producuntur, si paene ultima littera *a* vel *e* fuerit, ut *amas, doces*, excepto monosyllabo *es* et his quae ex eo fiunt, ut *ades*; si vero *i* ante *s* habuerit, corripitur, ut *legis, legitis*, excepta secunda persona indicativi modi temporis praesentis numeri singularis a tertia coniugatione producta, ut *nutris, audis*, et a verbo *volo vis*; si vero *u* ante *s* habuerit, correpta erit, ut *nutrimus*. *t* littera terminata correpta sunt, ut *legit*. *c* finita producuntur, ut *produc*. participia licet per casus flectantur, a nominibus omni tamen ratione dissentiunt.

§ 283 = Max. Victorin. de final. VI 236, 15 – 237, 7; cf. etiam Serv. IV 454, 3–12; Beda VII 239, 15 – 240, 2 || 14 canto] *Verg. ecl. 2, 23* | terra] *ibid. 8, 93*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 productus est] producitur **CL** | exceptis . . . 2 ut illum *om.* **L**^{1} || 2.3 me te se *Bern. 56b* me et te *omnes mei* || 3 singularis^1 *om.* **EFV**^{1} | a] ac **M**^{1}**R**^{1} | singularis^2 *om.* **C**^{1}**EFV** || 4 longos **D**^{1} | pluralis **A**^{1}**R** | tunc] abstruc **A**^{1} *om.* **P**^{1} || 5 cum] cum in **G** | a *om.* **C** || 8 *ante* in omnibus *add.* De verbo *libri* | verbi *coni. Eyss. sane probabiliter* (*quid velit Petersen 44 non liquet*) || 11 veniat *om.* **A**^{1} || 13 his] ist **A**^{1} is **R**^{1}**V** | vergilius **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**L** virgilius *cett.* || 14 terra] erra **E** | mundo **A**^{1} | monosyllaba] non monosyllabo **A** monosyllabae **GR**^{2} || 15 producendae **G** | sto do flo **CE**^{2}**FV** flo *om.* **E**^{1} | *post* producitur *lacunam statuit Dick, cum exemplum desideretur* || 16 am] am̅ (*i. e.* amen) **AM**^{1} amem *ut vid.* **E**^{2} | legem **R**^{1} | or finitus **A** r finita *Dick ex Victorin.* | legor] loquor legor **A**^{2} loquor **M** || 17 paenultima **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**E**^{1}**G** || 18 fuerint **A**^{1} | monosyllaba **B**^{2} | *post* es *add.* quod corripitur **L**^{2} | his] is **A**^{1}**FC**^{1} bis **C**^{2} || 20 indicativa modi **B**^{1} indicativo modi **R**^{1} modi indicativi **L** | tempore **C**^{1} | praesenti **B**^{1} | numeris **A**^{1}**C**^{2}**VP**^{1} || 22.23 correpta erit **E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} corripitur erit **P**^{1} || 23 participia . . . 24 dissentiunt *fortasse spuria, nam de participiis nondum disputatur* || 24 flectuntur **A**^{1}**C**^{1} (*d.* **R**)

284 Adverbia monosyllaba, ut *huc*, vel quae ex his fiunt, ut *illuc*, omnia producuntur, exceptis *bis* et *ter*; quae vero *a* finiuntur, longa sunt, ut *una*; quae in *e* desinunt, producuntur, ut *docte*, *pulchre*, exceptis quae aut non comparantur, ut *rite*, aut in comparatione deficiunt, ut *bene* ⟨. . .⟩ *impune*; quae *i* finiuntur, longa sunt, ut *heri*, praeter *ibi* et *ubi* et quae componuntur ex ipsis, ut *sicubi*, item *quasi*; quae *o* finiuntur a se venientia, brevia sunt ⟨. . .⟩, ab aliis ducta producuntur, ut *falso*, licet auctoritas variet; quae *u* finiuntur, longa sunt, ut *noctu*. quae *l* terminantur, corripi debent, ut *semel*; quae *m n r* finiuntur, brevia sunt, ut *cursim*, *forsan*, *fortiter*; quae *s* terminantur, tunc tantum producta sunt, cum ante eam *a* habuerint, ⟨ut *alias*;⟩ quae *c* finiuntur, producta sunt, ut *illuc*.

285 Omnium participiorum temporis futuri nominativus singularis brevis est, ut *lecturus*; genetivus et dativus singularis producitur, ut *lecturi lecturo*, excepto praesentis temporis participio, quod genetivum corripit, ut *amantis*. accusativum et vocativum breves esse constat, ut *lecturum*, *lecture*; ablativus singularis tantum corripitur, ut *amante*, *legente*. nominativus et accusativus plurales in masculini vel feminini generis participiis producuntur, ut *lecturi*, *lecturos*, *lecturae*, *lecturas*; in neutris corripiuntur, ut *lectura*. genetivus pluralis brevis est, ut *lecturorum*. dativus et ablativus plurales *is* terminati producti sunt, *bus* finiti breviantur.

286 Copulativae et disiunctivae et expletivae coniunctiones breves sunt, nisi positio fecerit longas. de causalibus vero et rationalibus, quae *a* terminantur, exceptis *ita* et *quia*, productae sunt, ut *propterea*, *interea*; quae *i* terminantur, excepta una *nisi*, producuntur, ut *si*; quae in *n* desinunt,

§ 284 = Max. Victorin. de final. VI 237, 9 – 238, 3; similia dant Serv. gramm. IV 454, 13–23 et Beda VII 240, 3–12 || *§ 285 = Max. Victorin. de final. VI 238, 5–16* || *§ 286–288 = Max. Victorin. de final. VI 238, 17 – 239, 18; cf. etiam Serv. IV 454, 24 – 455, 7 et Beda VII 240, 21 – 241, 13*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *ante* adverbia *add.* De adverbio (adversio **A** adverbia **D**^{1} verbio **P**^{1}) *libri* | nonosyllaba **A**^{1} (*d.* **R**) | huc] hic **ACF**^{1} (*d.* **R**) | his] ipsis **ACERV** (*d.* **R**) | illuc *damnabat Eyss., sed eadem habet Servius 4, 454, 23 (Petersen 44)* || 2 producentur **A**^{1}**B**^{1}**MC**^{2}**VGLP** (*d.* **R**) | bis iter **EF**^{1}**V** (*d.* **R**) || 3 desinunt] definiunt **A** disinunt **F** (*d.* **R**) || 4 aut^{2}] at **A**^{1} (*d.* **R**) | *post* bene *lacunam statuit Jürgensen 85–86* || 6 ut] et **AB**^{1} (*d.* **R**) | item quasi *om.* **D**^{1} | *post* quasi *add.* corripitur **A**^{2}**M**^{s}**V**^{s}**L**^{s} (*d.* **R**) | *post* venientia *add.* sicut porro **L**^{2} || 7 *post* sunt *exemplum desiderat Jürgensen 95* || 8 varietur **CEV** | l] a **A** el **BDMGL** || 9 cursum **R**^{1} || 10 tantum] tamen **C**^{1}**EFV** || 11 ut alias *habent* **F**^{2}**V**^{2}**L**^{2} alias **M**^{s} *om. cett.* || 12 *ante* omnium *add.* De participio *libri* | omne **G**^{1} | temporis futuri *delebat Jürgensen 86, cum Mart. non sineret a Victorini verbis digredi* || 13 *post* lecturus (lecturis **A**) *add.* excepto participio praesentis temporis, ut amans *Jürgensen, cuius ceteras in hoc loco ineptias taceo* | singulari **L**^{1} || 14 corrumpit **AR**^{1} || 15 accusativus et vocativus **CEFV** | breve **B**^{1} || 18 lecturos] lectorus **R**^{1} | lecturae lecturas **A**^{m}**B**^{2}**R**^{m}**C**^{2} lecturae lectura **G** *om. cett.* | in eutris **A**^{1} || 19 lecturorum **C**^{2} lecturum **M** lectorum *cett.* || 20 is] hos **C**^{1}**V** *om.* **E**^{1} || 21 ante copulativae *add.* De coniunctione **ARCF** De coniunctionibus *cett.* || 23 interea *om.* **M**^{1} || 24 terminatur **B**^{1}

si ante eam *i* habuerint, producuntur, ut *sin*; alias breves sunt. ceteras vero omnes correptas esse constat.

Praepositiones quae in *a* exeunt solae productione laetantur, ut *contra*, *ex-* 287
tra et una monosyllaba *a*. ablativae praepositiones omnes corripiuntur exceptis monosyllabis, quae vel ex vocalibus constant vel vocalibus terminantur, ut *e* et *de*. utriusque casus praepositiones correptas esse non dubium est.

Interiectiones longae sunt, si monosyllabae fuerint, ut *heus*; si vero di- 288
syllabae vel trisyllabae erunt, quoniam speciem retinent partium orationis, exemplo earum, quarum similes erunt, iudicandae sunt, ut *papae*.

Haec ita, ut dixi, per omnes partes orationis in ultimis syllabis observanda sunt, exceptis positione longis et dipthongis.

Expleta cursim syllabarum pagina est; 289
iuganda demum verba. nam probabilis
hic ordo rebus, quique disgregabitur
in bina demum. prima nam proportio
dicenda, Grai analogiam quam vocant,
ac mox repulsa quae novantur regula
vulgoque docti quae anomala nominant,
bis quarta fandi quis paratur portio
vel vulneratur ductus oris integer,
quantumque solo inditum libellulo
potest probare serium fastidium.

Analogia est igitur, quae latine proportio dicitur, observatio similium 290
inter se loquelarum. nam primum omnia nomina Latina duodecim litteris terminantur: vocalibus quinque et semivocalibus sex atque una muta *t*, ut *caput*.

[**ABDMR CEFV GL**] 1 ut *om.* **C**^{1}**EF**^{1}**V** | ita in **CF**^{2}**L** in **V** item *cett.* | disyllabis **R**^{1}**VG** -bum **R**^{2} (dissyllabus *non enoto*) || 2 crescat **R**^{1} | nix] nux **R**^{1} | vertitur **M** (convertit *fort. legendum*) | ut pix *om.* **V** || 3 cum *om.* **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1}**L**^{1} *ante* v *ponit* **A** | consonantis *n. f.* **B**^{1} || 4 nam] nam cum **M** || 5 aut o **B**^{1}**DG** aut in o *cett.* | terminatur **M** terminatis **F**^{1} | in rum^1 . . . terminatus *om.* **D**^{1} exit . . . in rum *om.* **R**^{1} | producta in rum] productarum **C**^{1} | i] t **R**^{1} || 6 in^1 *om.* **BGL** | ium] uum ium **A** um **M**^{1} | u terminatus in uum *om.* **A** | pluralis] u terminatus in pluralis **A** plures **E**^{1} plurales **E**^{2} *et ed. Dick* || 7 is] his **M**^{1}**C**^{1}**L**^{1} | quoties . . . 8 terminantur *om.* **M**^{1} || 8 is] his **C**^{1}**L**^{1} | exeunt **B**^{3} eiceunt **B**^{1} eiciunt *cett.* || 9 nominum **AD**^{2} nominibus **R** nominis *cett.* | consequenter adicere canonas *Jürgensen 92* consequentia dicere canonesque **MR**^{2} cum sequentia dicere canonasque **C** consequentia dicere canonasque *cett.* || 10 *post* verborum *add.* De verbo **G** | sunt **B**^{2}**L**^{2} *post* quinque *add.* **F**^{2} *om. cett.* || 11 neutram **B**^{1}**D**^{1} | exiit **B**^{1} || 12 lego] longo **V**^{1} | passium **D** | in *om.* **R**^{1} | patiens **A** || 13 monstrat] habet monstrat **A** demonstrat **L** | caedor] legor **M** || 14 sudo] do **V**^{1} | nescio **D**^{2}**M** **R**^{2}**G** || 15 agat] habeat **B**^{1} habet **D**^{1}**R**^{1} | an] aut **EFV** | sed] si **EV**^{1} || 16 in *om.* **AM**^{1} | duo **AB**^{1}**DMR**^{1} duae *cett.* | significatus **ADM**^{v}**R**^{1} significativa **M**^{1} significationes *cett.* | et^1 *del.* **M**^{2} || 17 cum dicimus] dicimus **M**^{1} condicimus **R**^{1} | enim *om.* **EFV**^{1} | nescias utrum osculor *om.* **M**^{1}**L**^{1} | nescias] nescis **B**^{2}**DR**^{m}**G** nes **B**^{1} neas **R**^{1} | utrum] ut cum **B**^{1} ut sum **R**^{1} cum **B**^{2}, *quod corrigit* **B**^{3} | in deponenti] deponens **B**^{2} in deponentia **M**^{1} || 18 affectus **C**^{1}**EF**^{1}**V** || 19 etiam] enim **ACEFV** | personale **D**^{1} | ut sudatur *bis scripsit* **L**^{1} ut sudatus **E** | ideo *om.* **M**^{1} || 20 habeat certam **AR** certam habet **CEFV** || 21 modis **A**

aiunt: indicativum, imperativum, optativum, coniunctivum, infinitum, quem et perpetuum dicimus. qui sex memorant, addunt promissivum; qui septem, impersonalem; qui octo, percunctativum; qui novem, subiunctivum, et a coniunctivo eum separant; qui decem, etiam hortativum ascribunt; sed hos superflue adiectos ratio non admittit.

Coniugationes autem, quas Graeci *συζυγίας* appellant, tres esse non **311**
dubium est, quae in verbis activis neutralibusque in secunda persona tempore praesenti monstrantur. nam quotiens finalis syllaba in *as* exit, prima est; in *es*, secunda; in *is*, tertia, ut *cantas*, *vides*, *audis*, si producta sit haec tertia; nam si correpta sit, *curris*. harum omnium coniugationum verba in prima positione ante ultimam litteram tres tantum vocales recipiunt *e*, *i*, *u*, ut *sedeo*, *lanio*, *irruo*, consonantes autem omnes exceptis *f*, *k* et *q*, ut *libo*, *vaco*, *cado*, *lego*, *traho*, *impello*, *amo*, *cano*, *scalpo*, *curro*, *lasso*, *peto*, *nexo*. his accedunt *i* et *v* loco consonantium positae, ut *aio*, *adiuvo*. sed nec *f* excludunt, cum dicamus *triumfo*, quamquam a Graecis veniat et per *p* et *h* potius conscribatur; praeterea ab eo quod dicimus *faris* et *fatur* primam verbi personam volunt *for*. et de *q* littera dubitatur, nam dicimus *eliquo* et *aequo*, et in huiusmodi verbis *u* littera nec vocalis locum, ut est *irruo*, nec consonantis, ut est *adiuvo*, valet obtinere.

Harum omnium coniugationum in declinando formae sunt triginta **312**
sex, exceptis defectivis et impersonalibus et inchoativis. primae coniugationis verba, quae vel *o* littera nulla alia praecedente vocali terminantur vel praeeunte vocali qualibet, formas habent quattuor. secundae coniu-

§ 311 cf. Char. I 175, 29–176, 2 || 15 triumfo] *cf. Prisc. II 446, 12; Pomp. V 239, 11* || *§ 312 cf. Diom. I 346, 31 ss.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 aiunt] agunt B^1C^1 | optatium **R** optati **G** | infinitivum **BMCEFGL** || 2 pertuum L^1 | dicimus *om.* C^1 | sex ... 3 qui^3 *om.* **A** || 3 percunctativum D^2**MRG** percontativum *cett.* | subiunctivum *Kopp* subiectivum *libri* || 4 orativum M^1 || 5 superflue] super **E** | adiunctos R^2**G** *et fort.* C^1 ut adiectos **V** | amittit B^1R^1 || 6 grecis **V** gregi L^1 | *συζυγίας ed. pr.* synsigias **D** sinzugias **MF**L^2 singygias **R** sinzigeas C^1 suzigias **V** sinzigias *cett.* | non *bis scripsit* **G** || 7 in es ///secunda **M** est in es secunda F^2 || 9 si] sic *Bern. et ed. Dick* || 10 sit, ⟨ut⟩ *Dick* | coniunctionum D^1**CG** (*d.* **R**) || 13 f *om.* **A** *del.* L^2 (*d.* **R**) | *ante* k *add.* et C^2**EFV** (*d.* **R**) | bibo **EFV** (*d.* **R**) | baco **A** voco M^2C^2**L** (*d.* **R**) | cado] do M^1 (*d.* **R**) | amo *om.* M^1 demo M^2 (*d.* **R**) | curo M^1 (*d.* **R**) || 14 nexo] exeo **A** nox *n. f.* D^1 (*d.* **R**) | accedunt F^2 accidunt *cett.* || 15 triumpho **AM** trimfo B^1 || 16 veniat et B^2M^2 veniunt et **AD**M^1 veniant **C** ventet E^1 venit et *cett.* (*d.* **R**) | p et h] p. t. h. **A** p et hy *n. f.* C^1**V** (*d.* **R**) | conscribatur **B**$M^2V^2G^2$**L** conscribantur **AD** conscribuntur M^1]bantur R^1]batur R^2 scribantur **C** scribatur **EF**V^1**G** || 17 et de q] et d. quae **A** et de que B^1 de q M^1 et quae de V^1 et quae de q V^2 || 18 u *om.* L^1 || 19 valet D^2 valeat *cett.* || 20 in declinando] inclinando B^1]clinando **R** || 20.21 XXVI **AF**V^1 || 21 defectativis **G** | impersonalibus] imper̄ (*i. e.* imperativis) M^1 || 22 litterea B^1 | nulla alia **B**M^2**C**F^2V^2**L** alia non D^2 *et ed. Dick om.* M^1 alia *cett.* | terminantur ... 23 vocali *om.* G^1 || 23 *ante* praeeunte *add.* nulla M^1 | habent **A**$B^2D^2M^2C^2F^2L^2$ habet *cett.* | secundae ... p. 96, 1 septem *om.* **BCEFVG**L^1

gationis verba formas habent septem. tertiae coniugationis correptae verba formas habent viginti. sic quaecumque verba indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur, formas habent sex; quae *uo*, formas habent duas; quae nulla praecedente vocali *o* littera terminantur, formas habent duodecim. tertiae coniugationis productae verba, quae indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur, formas habent quinque. quaecumque autem verba cuiuscumque coniugationis indicativo modo tempore praesenti persona prima vel nulla praecedente vocali vel qualibet alia praecedente *o* littera terminantur, eorum declinatio hoc numero formarum continetur, de quibus singulis dicam.

313 Primae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti persona prima aut *o* littera nulla alia praecedente vocali terminantur, ut *amo*, *canto*, aut *eo*, ut *commeo*, *calceo*, aut *io*, ut *lanio*, *satio*, aut *uo*, ut *aestuo*, *continuo*. primae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti ad secundam personam *a* littera producta terminantur, ut *amo ama*, *canto canta*; infinitivo modo ⟨adiecta⟩ ad imperativum modum *re* syllaba manente productione terminantur, ut *ama amare*, *canta cantare*. [item prima coniugatio] quae indicativo modo tempore ⟨praesenti persona prima *o* littera praecedente vocali terminantur, ea indicativo modo tempore⟩ praeterito specie absoluta adiecta ad imperativum *vi* syllaba manente productione terminantur, ut *commeo commea commeavi*, *lanio lania laniavi*, *aestuo aestua aestuavi*. eodem modo eodem tempore specie inchoativa adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba terminantur, ut *commea commeabam*, *lania laniabam*, *aestua aestuabam*. prima coniugatio

§ 313 = Diom. I 346, 41–347, 2 et 347, 37 – 348, 12; cf. etiam Charis. I 176, 3–22; Consent. V 383, 3–7 || 23 *cf. Diom. I 348, 2*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 verba ... coniugationis *om.* **ADMR**^{1} | congugationis **E** coniugationes **L**^{1} || 4 sex] quinque **D**^{1} | quae uo ... 7 quinque *om.* **D**^{1} | uo] vero **A** | quae nulla ... 5 duodecim *om.* **M**^{1} | nulla praecedente] praecedente nullo **A** || 7 autem *om.* **M**^{1} || 8 indic. modo *post* temp. praes. *ponit* **L** | praesentis **L**^{1} || 9 alia qualibet **G** || 10 formam **R**^{1} | continentur **D**^{2} || 13 nulla alia *om.* **M**^{1} | terminatur **DR**^{1}**CEFV** || 14 commoneo **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} comeo **M** | calceo] nucleo **M** | ut^3 *om.* **F** || 15 aestuo *om.* **M**^{1} | tempore *om.* **M**^{1} || 17 ama] amas **M**^{1} | canta] cantas **M**^{1} | infinito **B**^{1}**L** | adiecta *addidi* (*cf. Diom. p. 348, 1*) || 18 canta] canto **C**^{1} || 19 item prima coniugatio *delevi* | prima coniugatio] primae coniugationis verba **M**^{2} | quae *del.* **M**^{2} *om.* **F**^{1} | praesenti ... 20 tempore *addidi, cf. p. 97, 5–7* || 21 adiecta *om.* **M** abiecta **R**^{1} | *post* imperativum *add.* modum **G** || 22 terminatur **D**^{2}**C**^{2}**G** | comeo comea comeavi **M** || 23 lania *om.* **E**^{1}**V**^{1} | alaniavi **R**^{1} | aestuo aestua aestuavi *scripsi* satio satia (satias **R**^{1} *om.* **F**^{1}) satiavi *libri* | eodem^2 *om.* **MR** | tempore *del.* **M**^{2} || 24 ad imperativo modo **D**^{1} ad imperatium modum **M**^{1} | bam] am **ADR**^{1}**C** | syllabam **B**^{1}**DR** | ut *om.* **F**^{1} || 25 aestua *om.* **L** | primae coniugationis **M**

eodem modo eodem tempore specie recordativa adiectis ad imperativum modum *veram* syllabis interminat partes, ut *commea commeaveram*, *lania laniaveram*, *aestua aestuaveram*. prima coniugatione eodem modo tempore futuro adiecta ad imperativum modum *bo* syllaba terminantur, ut *commea commeabo*, *lania laniabo*, *aestua aestuabo*. quae vero indicativo **314**
modo tempore praesenti ad primam personam *o* littera nulla alia praecedente vocali terminantur, ea indicativo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta quattuor modis proferuntur. et est primus, qui similem regulam his habet, quae indicativo modo tempore praesenti prima persona paene ultimam vocalem habent, ut *amo ama amavi amabam amaveram amabo amare*. secundus est, qui *o* in *i* convertit et paene ultimam in praeterito perfecto, tertiam ab ultima in plusquamperfecto producit, ut *adiuvo adiuvi adiuveram*; tertius, qui similem quidem regulam habet primi modi, sed detracta *a* littera disiungit: *seco seca*[*vi*] *secabam secabo secare*; facit enim specie absoluta *secui* et exacta *secueram*. quartus est, qui per geminationem syllabae profertur, ut *sto sta steti stabam steteram stabo stare*; huic simile *do da dedi dabam dederam dabo dare* correpta littera *a* contra regulam in eo quod est *dabam*, *dabo*, *dare* profertur.

Secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praesenti per- **315**
sona prima *eo* litteris terminantur, ut *video vides*, *moneo mones*. secundae coniugationis verba imperativo modo tempore praesenti ad secundam personam *e* littera producta terminantur, ut *video vide*, *moneo mone*. secundae coniugationis verba infinitivo modo adiecta ad imperativum modum *re* syllaba manente productione terminantur, ut *vide videre*, *mone*

3*ss. cf. Diom. I 347, 38* || 8 quattuor] *cf. Diom. I 364, 15 – 366, 20; Char. I 243, 5–16* || *§ 315 = Diom. I 348, 13–30; cf. Char. I 176, 23 – 177, 8; Consent. V 383, 7–15; v. etiam Char. I 243, 17 – 244, 20; Diom. I 366, 21 – 367, 17*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 eodem^{3} . . . 3 modo *om.* **A** | eodem tempore *del.* **M**^{2} *et Eyss.* (*d.* **R**) | *post* eodem^{2} *add.* modo **D**^{1} || 2 veram] ve et ram **L**^{2} (*d.* **R**) | syllabas **C**^{1} (*d.* **R**) | interminat **L**^{1} m terminat **B**^{1}**D**^{2} terminant **B**^{2} m terminantur **D**^{1} terminantur **MG** terminat *cett.* (*d.* **R**) | partes *ante* terminat *ponunt* **CEFV** *om.* **G** (*d.* **R**) | cummea cummeaveram **M** (*d.* **R**) | lania . . . 3 aestuaveram *om.* **G** (*d.* **R**) || 3 primae coniugationis **M** (*d.* **R**) || 4 terminatur **A** | *post* terminantur *add.* partes **CEFV** || 5 commeabo] commeabam **B**^{1} commeaveram **D**^{1} comeabo **M** (*d.* **R**) || 7 terminatur **ABD**^{1}**EF**^{1} (*d.* **R**) | praeterito . . . 9 tempore *om.* **A** || 8 proferuntur **BM**^{2}**L**^{2} profertur **L**^{1} praeferuntur *cett.* | *post* primus *add.* modus **R**^{m}**G** || 10 paenultimam **DMGL**^{1} | habet **ADM**^{1}**C** || 11 paenultimam **B**^{2}**DMGL**^{2} (*d.* **R**) | in^{2} *om.* **D**^{1} (*d.* **R**) || 12 *ante* tertiam *add.* et **L**^{2} | producit] e producit **D**^{1}**CR** | ut] et **M** || 13 adiuvavi **BR**^{1} | adiuvaveram **B** adiuvaram **F**^{1} || 14 primo **MR**^{1} | modo **M** | seco] seca **F** | seca *scripsi* secavi **AB**^{2}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{2}**G**^{1} seccavi **B**^{1} secui *cett.* | *post* secabam *add.* secaveram **G** || 15 secui] secavi **R**^{1}**G**^{1} | et *om.* **AV** || 15.16 quartus est qui *Jürgensen 96* quarta est quae *libri* || 16 steti *om.* **A** | stabam **R**^{m} bam **G** *om. cett.* | steteram *om.* **M** || 17 stare stabo **M** | stare] staret **V** | deberam **L**^{1} | correpta . . . 18 dare *om.* **M**^{1}**R**^{1} || 20 secundae . . . 21 modo *om.* **R** || 21 imperati **F**^{1} || 23 infinito **B**^{1}**DEF**

monere. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta septem modis declinantur; et est primus, qui formam regulae custodit. nam forma haec est, cum secundae coniugationis verbum indicativo modo tempore praeterito quidem perfecto adiecta ad imperativum modum *vi* syllaba manente productione terminatur, ut *deleo dele delevi*, plusquamperfecto autem adiectis ad imperativum modum *veram* syllabis terminatur, ut *dele deleveram*. secundus est, cum indicativi modi primae personae *e* et *o* litterae transeunt in *i*, ut *sedeo sedi*, et in exacta *sederam*. tertius est, cum *e* et *o* in *u* et *i* mutantur, ut *caleo calui*, *moneo monui*, *calueram*, *monueram*. quartus est, cum *e* et *o* in *i* mutant et consonantem quae praecedit in *s*, ut *mulgeo mulsi mulseram*. quintus est, cum *e* et *o* in *i*, praecedens vero consonans in *x* mutatur, ut *luceo* et *lugeo luxi luxeram*. sextus est, qui per duplicationem syllabae profertur, ut *spondeo spopondi spoponderam*. septimus est, qui resolvitur in formam passivorum, ut *audeo*, *ausus sum es est*, *ausus eram eras erat*. secundae coniugationis verba indicativo modo specie inchoativa adiecta ad imperativum *bam* syllaba manente productione terminantur, ut *vide videbam*, *mone monebam*. secundae coniugationis verba indicativo modo tempore futuro adiecta ad imperativum modum *bo* syllaba manente productione terminantur, ut *vide videbo*, *mone monebo*.

316 Tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praesenti persona prima aut *o* littera nulla alia praecedente vocali terminantur, ut *lego legis*, *peto petis*, aut *io*, ut *rapio rapis*, *facio facis*, aut *uo*, ut *induo*, *irruo*. tertiae coniugationis correptae verba, quae indicativo modo tem-

§ 316–320 = Diom. I 348, 36 – 349, 23; cf. etiam Char. I 177, 9 – 178, 4; Consent. V 383, 15–23

[**ABDMR CEFV GL**] 1 praeterito *om.* **M**^{1} || 2 specie *om.* **M**^{1} || 3 custodit] ostendit *ed. Cassiod. Garet., sed cf. Diom. 348, 23 'interdum retinent formam generis sui ... interdum formam regulae non servant'* || 4 quidem] quid **E** || 5 adiecto **DM**^{1}**RG** | vi] vis **AR**^{1} | terminantur **L**^{1} || 7 veram] ve et ram **B**^{2}**L**^{2} | terminatur *Dick* terminantur *libri* | dele **B**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**G** *om. cett.* || 8 indicativo **EF**^{1}**V**^{1} | modo **C**^{1}**EF**^{1}**V**^{1} | litterae **ML**^{2} litteris *cett.* || 9 in u et i] an u et i **A** et in u et i **V** || 10 ut *om.* **F**^{1} | monueram] nueram **C**^{1} || 12 in i] in i mutatur **CEV** in i mutantur **F** in i mutant **G** in i transeunt **L**^{2} | mutantur **M** *om.* **CEF**^{1}**V** || 13 luceo et lugeo] luceo **AR**^{1} lugeo **R**^{2}**G** || 14 praefertur **R**^{1} || 15 sum est est **R**^{1} | ausus eram] auseram **C**^{1}**EF**^{1}**V** || 16 adiecti **A** *om.* **D** (*d.* **R**) || 17 *post* imperativum *add.* modum **G** (*d.* **R**) || 17.18 vide videbam] videbam vide **A** videbam **DCEF**^{1}**V** (*d.* **R**) || 18 mone monebam] monebam mone **A** monebam **D**^{2}**EF**^{1}**V** *om.* **C** (*d.* **R**) || 19 futuro *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) || 20 vide] video **B**^{1} (*d.* **R**) | videbam **L**^{1} (*d.* **R**) || 21 tertius **A** (*d.* **R**) || 22 personae primae **M** prima persona **G** | aut] atque **A** (*d.* **R**) || 23 peto petis] praeceptis **D**^{1} (*d.* **R**) | io *Jürgensen 96* i *libri* | ut^2 *om.* **M** (*d.* **R**) | uo] o **B**^{1} u **M** (*d.* **R**) *locum sic edidit Kopp*: ... persona prima o littera aut nulla alia praecedente vocali ... aut i ... aut u, *quae fortasse vera lectio est* | ut^3] aut **A** (*d.* **R**) || 24 *post* irruo *add.* irrue **L**

pore praesenti persona prima *o* littera nulla alia praecedente vocali terminantur, eadem imperativo modo tempore praesenti persona secunda *e* correpta, praecedente consonante primae positionis terminantur, ut *lego lege, peto pete*; quae *u* et *o*, ea imperativo modo *u* et *e* retinebunt, ut *induo indue, irruo irrue.* tertiae coniugationis orrceptae verba infinitivo modo adiecta ad imperativum modum *re* syllaba manente correptione terminantur, ut *lege legere, pete petere.* tertiae coniugationis ⟨correptae⟩ **317** verba, quae indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur, ea praeteritum perfectum et plusquamperfectum sex modis enuntiant. primus est, qui tertiae coniugationis productae integram regulam sequitur; hic est, qui imperativi modi †regulam in productionem vertit et in absoluta specie assumit *vi* syllabam et in exacta *veram*, ut *cupio cupivi cupiveram.* haec eadem tamen interdum sublata *v* littera in absoluta specie et geminata *i*, in exacta vero correpta eadem pronuntiantur, ut *cupii cupieram.* secundus modus est, qui primae positionis verbi *o* litteram deponit et praeeuntem syllabam seu mutata vocali seu perseverante producit, ut *facio feci, fugio fugi*: in exacta vero specie *i* deposita et in *e* mutata *ram* syllabam assumit, ut *feceram, fugeram.* tertius modus est, cum *i* et *o* in *u* et *i* convertuntur, ut *elicio elicui elicueram.* quartus depositis *io* litteris praeeunte consonante per *s* geminum enuntiatur, ut *percutio percussi percusseram*; quintus, qui per *x*, ut *aspicio aspexi aspexeram*; sextus, qui per geminationem syllabae enuntiatur, ut *pario peperi pepereram.* tertiae coniugationis correptae verba, quae indicativo modo **318** tempore praesenti persona prima *uo* litteris terminantur, ea praeterito et absoluto et exacto duobus modis enuntiantur. et est primus, cum primae

5 tertiae *e. q. s.*] *Diom. I 349, 12ss.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 praesento **A** praes[**R** | praecedente . . . 3 correpta *om.* **L**^{1} ‖ 2 eadem] eodem tempore **B**^{2} ea **M**^{2} eodem *n. f.* **C** (*d.* **R**) | imperati **F**^{1} (*d.* **R**) | praesente **A** *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) | personae **M**^{2} | secundae **M** | e *om.* **M**^{1}**C**^{1} ‖ 3 consonanti **D** (*d.* **R**) | prima **A** primo **R**^{1} ‖ 4 ea . . . 5 irrue *om.* **M**^{1} | modo *om.* **EF**^{1}**V**^{1} ‖ 5 indue] indie **M** ‖ 5.6 infinitivo modo **D** infinito modi **A** infinitivi modi **MCG** infiniti modi *cett.* ‖ 7 lege] lego **R**^{1} | correptae *add. Jürgensen 96* ‖ 8 io] in o **R**^{1} ‖ 10 enuntiantur **M** | integram *bis scripsit* **M**^{1} ‖ 11 hic est *om.* **G** | regulam *del. Petersen 68n., fortasse* syllabam *legendum* ‖ 12 convertit **A** | adsummit **C** | vi] vim **R**^{1} vis **C**^{1} *et fort.* **M**^{1} | in^{2} *om.* **C**^{1} | veram] ve et ram **B**^{2}**L**^{2} ‖ 13 haec . . . 15 cupieram *om.* **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1} | tamen *om.* **F**^{1} ‖ 14 exta **M**^{1} | vera **A** | correptae **D**^{1}**R**^{1}**C**^{m} ‖ 15 cupui **A** | cupueram **A** cuipieram **R**^{1} | verbi *Dick* verba **A** verbo *cett.* ‖ 16 sive perseverantiae **A** ‖ 17 producit ut **L** producitur ut **A** producit **B**^{1}**MCEFV** producitur **B**^{2}**DRG** | i] in **D**^{1}**R**^{1} *om.* **L**^{1} ‖ 19 elicui **BM**^{2}**R**^{m}**EF**^{2}**V**^{2}**GL**^{2} *om. cett.* | *post* quartus *add.* qui **ML** ‖ 20 depositus **ML**^{1} | io] i et o **B** | *post* litteris *add.* et **B**^{1}, *quod delet* **B**^{2} | consonante *om.* **L**^{1} | enuntiatur **AMR**^{2}**G**^{2} enuntiantur *cett.* ‖ 21 percio percusi **M** | qui *om.* **G**^{1} ‖ 22 enuntiantur **AB**^{1} ‖ 23 peperam **AD**^{1} | quae indicativo] quem dicativo **A** ‖ 24 uo litteris **L** o littera **AB**^{1}**DMRG** uo littera **B**^{2}**CEFV** ‖ 25 absoluta **A** | et^{1} *om.* **D**^{1} | exocto **A** exacta **R**^{1}**F**^{1}

positionis verbi *o* in *i* commutant, ut *induo indui indueram*; secundus,
319 qui per *x* pronuntiatur, ut *instruo instruxi instruxeram*. tertiae coniugationis correptae verba, quae indicativo modo tempore praesenti persona prima *o* littera nulla alia vocali praecedente terminantur, ea indicativo modo tempore praeterito specie absoluta et exacta duodecim modis declinantur. et est primus, qui tertiae coniugationis productae integram formam sequitur, ut supra ostendimus in his verbis, quae tertiae coniugationis correptae indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur; ut enim est *cupio cupivi cupiveram*, sic *peto petivi petiveram*. haec quoque *v* litteram interdum subtrahunt et *i* geminant, ut *petii petieram*. secundus est, cum *o* in *i* convertitur ⟨. . . tertius est⟩, qui primae positionis verbi *o* litteram in *i* commutat et praeeuntem syllabam seu mutata vocali seu perseverante producit, deposita etiam consonante, si fuerit media, in quam prima vocalis desinat, ut *ago egi egeram*, *lego legi legeram*. eorum autem, quae *n* consonantem deponunt, exempla sunt haec: *frango fregi fregeram*, *fundo fudi fuderam*. quartus est, qui mediam consonantem deponit et praeeuntem vocalem corripit, ut *findo fidi fideram*, *scindo scidi scideram*. quintus *o* littera deposita *u* et *i* assumit, ut *molo molui molueram*, *colo colui colueram*. sextus, qui, deposita *o*, *s* et *i* assumit, ut *carpo carpsi carpseram*, *scribo scripsi scripseram*. septimus, qui *o* deposita et praeeunte consonante per *s* geminum pronuntiatur, ut *meto messui messueram*. octavus, qui simili correptione per unum *s* praeeunte vocali producta declinatur, ut *trudo trusi truseram*. nonus, qui per *x* annuntiatur, ut *expungo expunxi expunxeram*, *ungo unxi unxeram*. decimus, qui per geminationem primae syllabae profertur, ut *pungo*

§ 319 cf. etiam Diom. I 367, 18–370, 23; Char. I 244, 22–246, 16

[**ABDMR CEFV GL**] 1 verbi *Dick* verba *libri* | ut *om.* **R**^{1} | indueram *om.* **R**^{1} || 2 qui per] quippe **R** | ut *om.* **R** | struo **A** | coniugationis **L** *om. cett.* || 3 correpta **AR** | praesenti . . . 5 tempore *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) || 4 o *om.* **A** | praecedente vocali **L**^{m} vocali praecedenti **EV** (*d.* **R**) || 5 *post* praeterito *add.* persona prima **D**^{m}**M** (*d.* **R**) | specie *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) | duodecim **B**^{2}**MGL**^{2} undecim *cett.* (*d.* **R**) || 6 primus *om.* **A** || 7.8 tertiae coniugationis correptae **BD**^{2}**CL** tertia coniugationis correpta **A** tertiae coniugationis correpta **D**^{1} tertia coniugatione correpta (corepta **M**) *cett.* || 8.9 io litteris] o littera **D**^{2}**G** (*d.* **R**) || 10 v *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) | et i] et hii **D**^{1}**R**^{1} || 11 *post* convertitur *lacunam statuit Petersen 49, qui etiam* tertius est *supplevit* || 12 verbi o] verba **A** o verbi **F**^{1} (*d.* **R**) | commutat] mutat **F**^{1} (*d.* **R**) || 13 motata **V**^{1} | *post* perseverante *add.* vocali **G** (*d.* **R**) || 14 egi] ege **L**^{1} || 15 n consonantem deponunt *Bentl.* in consonantem desinunt *libri* || 16 fundi fuderam **D**^{1}**E** fundi funderam **R**^{1} || 17.18 findi finderam **M**^{1}**R**^{1} || 18 scindi scinderam **AR**^{1} || 19 ut molo . . . 20 assumit *om.* **D**^{1}**R**^{1} | malo malui **A** | sexta **EV**^{1} | s] sex et s **A** | et i *om.* **L**^{1} || 20 carsi **B**^{1} scarpsi **C**^{1} carspsi **L**^{1} | scribo . . . scripseram *om.* **M**^{1} || 21 qui o] quo **A** | pronuntiantur **D**^{1}**R**^{1}**EFV** enuntiatur **L** || 23.24 qui per] quippe **R**^{1} || 24 expugno **AM**^{1} | expungxeram **A** expugxeram **BF** exponxeram **M**^{1} | ungxi **L**^{1}

pupugi pupugeram, *curro cucurri cucurreram*. undecimus, qui verborum compositorum ultimam syllabam geminat, ut *trado tradidi tradideram*, *reddo reddidi reddideram*. duodecimus, qui in formam passivorum resolvitur, ut *fido*, *fisus sum es est*, *fisus eram eras erat*. haec omnia tertiae **320**
coniugationis correptae verba indicativo modo tempore praeterito specie inchoativa adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba praecedente aut consonante primae positionis aut vocali adiecta productione terminantur, ut *lege legebam*, *pete petebam*, exceptis his, quae *i* ante *o* habuerint; ea enim adiecta *i* littera ad imperativum et adiecta *bam* syllaba producta *e* terminantur, ut *rapio rape rapiebam*. tertiae coniugationis correptae verba indicativo modo tempore futuro sublata *e* littera et adiecta *am* syllaba terminantur, ut *lege legam*, *pete petam*, *indue induam*, exceptis his, quae *i* ante *o* habuerint in prima positione; ea enim *e* in *i* convertunt et assumpta *am* syllaba faciunt futurum, ut *rapio rape rapiam*, *facio face faciam*.

Tertiae coniugationis productae verba indicativo modo tempore prae- **321**
senti prima persona aut *eo* litteris terminantur, ut *adeo adis*, *prodeo prodis*, aut *io*, ut *audio audis*, *nutrio nutris*. tertiae coniugationis productae verba imperativo modo tempore praesenti in secunda persona *i* producta terminantur, ut *adeo adi*, *prodeo prodi*, *audio audi*, *nutrio nutri*. haec infinito modo adiecta ad imperativum modum *re* syllaba manente productione terminantur, ut *adi adire*, *prodi prodire*. tertiae coniugationis verba, quae indicativo modo tempore praesenti persona prima *eo* litteris termi-

10*ss.* = *Diom. I 349, 10 ss.* || *§ 321–324 cf. Char. I 178, 5–35; Diom. I 350, 24–351, 3; Consent. V 383, 23–384, 9*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 pupugi] pungi **A** | pungeram **A** pupgeram *n. f.* **M**^{1} pupegeram **EF**^{2}**V** pupeieram *n. f.* **F**^{1} pugeram **L** || 3 reddo . . . reddideram *om.* **AB**^{1}**D** | reddidi] reddi **R**^{1} || 4 es] e **D**^{1} est **R**^{1} | eras *bis scripsit* **M**^{1} *om.* **R**^{1} eram **E** || 6 incoativo **A** incoactiva **B** | aut *coni. Dick* a **AB**^{1}**DR**^{1}**C**^{1}**EF**^{1}**V**, *quod delent* **B**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2} *om.* **MGL** *locus adhuc vix sanus videtur* || 7 positiones **M**^{1} | aut *coni. Dick* a **AB**^{2}**DR**^{1}**C**^{1}**EFVL**, *quod delent* **R**^{2}**C**^{2} *om.* **B**^{1}**MG** | adiecta productione *del. Dick* || 8 lege] legem **A** | i *om.* **A** | *post* habuerint *add.* in prima positione **R**^{m}**G** || 9 enim] vero **EFV** | adiecta^1] eiecta **DR**^{1}**EFVGL**^{1} adeiecta *ut vid.* **C** (*sensum loci non capio*) | *post* imperativum *add.* modum **DG**^{2} || 10 rape] rapi **A** rapere **C**^{1}**V** raperam **F** | coniugationis] coniuga *in fine versiculi* **M** | correpta **A** correptam **R**^{1} || 11 adiectam am syllabam **C**^{1}**V** || 12 legam] legebam **AD**^{1} | petam] petebam **A** | induam] indue induebam **A** || 13 quae i] qui **C**^{1}**F**^{1} || 14 assumptam am syllabam **C**^{1}**EV** | futuro **C**^{1}**V** | face] faci **A** || 16 tertiae . . . 18 nutris *om.* **L**^{1} || 17 prima persona *Dick ex Leid. 88* primae persona **A** primae personae *cett.* (*d.* **R**) | eo] e **M**^{1} (*d.* **R**) | ut] aut **A** *om.* **G** (*d.* **R**) || 18 audis] aut audis **A** (*d.* **R**) | verba productae **L**^{1} (*d.* **R**) || 19 imperati **F**^{1} (*d.* **R**) | terminatur **C**^{1} (*d.* **R**) || 20 infinitivo **MCGL** in infinitivo **B**^{2} (*d.* **R**) || 21 imperatium **L** (*d.* **R**) || 22 adi *om.* **A** (*d.* **R**) | *post* coniugationis *add.* productae **L**^{g} *et Petersen 49, sed commode abest*

nantur, ea modo indicativo tempore praeterito specie absoluta adiecta ad imperativum *vi* syllaba terminantur, ut *adeo* ⟨*adi*⟩ *adivi*, exacta autem *veram*, ut *adiveram*: sed consuetudo saepe brevitatem appetens *v* litteram subtrahit et absoluta ingeminat *i*, ut *adii*, *prodii*, *adieram*, *prodieram*. inchoativa quoque specie adiecta ad imperativum modum *bam* syllaba
322 terminantur, ut *adibam*, *prodibam*. quae vero indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur, ea tempore praeterito absoluta et exacta forma quinque modis enuntiantur. et est primus similis superiori, ut *nutrio nutrivi nutriveram*, *nutrii nutrieram*, et *audii audieram*, ut apud Vergilium *audieras, et fama fuit*. specie tantum inchoativa distant; omnia enim tertiae coniugationis productae verba, quae indicativo modo tempore praesenti persona prima *io* litteris terminantur, ea eodem modo tempore praeterito specie inchoativa *e* productam ante novissimam syllabam adiciunt [bam], ut *audiebam*, *veniebam*, *operiebam*; quamquam haec veteres sine *e* littera pronuntiabant, ut Vergilius: *nutribat Tyrrhusque pater, cui regia parent armenta*. secundus modus est, cum *o* amissa praecedens syllaba producitur, ut *venio veni veneram*. tertius, cum *i* et *o* in *u* et *i* mutantur, ut *operio operui operueram*. quartus, qui depositis *i* et *o* praecedentem consonantem in *s* convertit, ut *sarcio sarsi*
323 *sarseram*. quintus, qui per *x* enuntiatur, ut *vincio vinxi vinxeram*. tertiae coniugationis productae verba, quae indicativo modo tempore praesenti *eo* litteris terminantur, ea tempore futuro eodem modo *bo* syllaba adiecta ad imperativum modum terminantur, ut *adeo adi adibo*, *prodeo*

§ 322 cf. Char. I 246, 17–247, 17; Diom. I 370, 24–371, 17 || 10 *Verg. ecl. 9, 11* || 15.16 *Verg. Aen. 7, 485*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 adiecta *om.* **A** || 2 *post* imperativum *add.* modum **MG** (*d.* **R**) | adi **M**^{2}**G** *om. cett.* (*d.* **R**) | audivi **C** || 3 veram **M**^{2}**C** verberam **A** ram **B**^{2}**M**^{1}**R**^{2} verba syllaba ram **L** verbaram *cett.* | ut *om.* **A** | audieram **A** adi//veram **B**^{1} audiveram **B**^{2}**CR**^{1} | appetens] appoteris **A** || 4 ingeminam **G** (*d.* **R**) | adgeram **A** | progeram **A** || 5 bam *om.* **C**^{1} || 6 terminatur **AM**^{1} || 7 io] oi **AR**^{1} || 8 absoluta et exacta forma **C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} absoluta et extra formam **AD**^{1}**R**^{1} absolutae et exactae formae **BR**^{2}**EF**^{1}**VL**^{1} absoluta specie et extra formam **D**^{2} absoluta specie et exacta forma **M**^{1} absolutae specie et exactae formae **M**^{2} specie absoluta et exacto formo **C**^{1} absolutae aut exactae formae **G** | *post* primus *add.* modus **G** || 9 nutriveram] nutrieram **A** | nutrii] nutri **L** | nutrierim **A** nutriveram **C**^{1} | audi **A** || 10 ut *om.* **M**^{1}**R**^{1}**F**^{1} | vergilium **D**^{1}**R** virgilium *cett.* | et] sed **CEFVG** | fuerit **A** | specie tantum] species urbeque **A** specie tamen **D**^{2} || 12 prima *om.* **A** | io] i et o **A** || 13 ea *om.* **A** | productam ante *Dick* producte manente **A** productam manente **EV** producta manente *cett.* || 14 novissimae syllabae **BMR**^{2}**G** | bam *del. Dick* || 15 e *om.* **L**^{1} | vergilius **B**^{1}**D**^{1}**R** virgilius *cett.* | nutriebant **A** || 16 regi **A** regna **R**^{1} | apparent **A** || 17 ammissa **ACF**^{1} || 18 mutantur *scripsi* mutant **B**^{1} mittunt *cett.* | operui *om.* **C**^{1} || 19 depositus **M** | sartio **D**^{1}**MG** || 20 qui *om.* **G**^{1} || 22 ea . . . 23 terminantur *om.* **D**^{1} | bo *om.* **AC**^{1}

prodi prodibo; quae vero *io*, adiecta ad imperativum modum *am* syllaba terminantur, ut *audio audi audiam, nutrio nutri nutriam*, quamvis Terentius protulerit per *bo*. inde apparet geminam esse pronuntiationem; dixit enim: *iam scibo, ubi siet.*

Indicativo modo tempore praesenti eorum, quae *eo* litteris terminantur, **324** sunt verba, quae a diverso praesenti praeteritum simile habent, ut *luceo* et *lugeo*: *luxi* enim facit. item *cernit* et *crescit crevit* facit. sunt alia, quae una verbi positione duas coniugationes teneant, ut *pando* et *mando*; faciunt enim *pandas* et *pandis, mandas* et *mandis.*

Verba casibus iunguntur interdum singulis, ita genetivo, ut *misereor tui*, dativo, ut *suadeo tibi*, accusativo, ut *moneo te*, ablativo, ut *utor illo*; interdum duobus, ut genetivo et accusa⟨tivo, ut *memini tui* et *memini illud*, vel accusativo et abla⟩tivo, ut *fungor hanc rem* et *illa re.*

Haec satis ad exempla analogiae dixisse sufficiat. quae enim his formis conspecta fuerint non teneri, pro certo anomala iudicanda. quae strictim exigueque memorabo, ut contra rationem etiam usum quaedam usurpasse detegamus aut etiam contra regulam defecisse.

Cum nominativo singulari *reus* et *deus* similia sint, quare plurali *hi rei* **325** dicuntur, et usus dicit *hi di* contra regulam, cum *dei* tantum dici deberent, praesertim cum genetivus nominativo suo duabus syllabis non debeat longior inveniri, quod hic eveniet, si dicamus *deorum*? cur *Thoas* et *Aeas* ⟨et *Aeneas*⟩ cum similia sint, *Thoantis* et *Aeantis* faciant, *Aeneas*

4 *Ter. Ad. 361* || **5–9** *cf. Char. I 247, 22–31 et 256, 12–17; Diom. I 371, 27–373, 2; Prob. IV 186, 17–22* || **10–13** *cf. Char. I 293, 8–296, 17; Explan. in Don. IV 557, 12–15* || *§ 325 cf. Prisc. II 372, 10–373, 8; Prob. IV 48, 1–31* || **22** Aeneas] *cf. Char. I 66, 23 et 121, 8*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** io *om.* $\mathbf{L^1}$ | am syllaba $\mathbf{BD^2MRGL}$ syllaba **A** terminantur am syllaba $\mathbf{D^1}$ syllabam **C** am syllabam **EFV** || **2** terentius $\mathbf{AM^2R}$ **CEF** terrentius *cett.* || **3** pronuntiationem esse **M** | dixit] a. iam scibo ubi sit dixi $\mathbf{M^1}$, *quae omnia praeter* dixi *delet* $\mathbf{M^2}$ || **4** siet] sot et **M** si $\mathbf{F^1}$ || **5** eo] o $\mathbf{MR^1}$ | litteris $\mathbf{B^2D^2V^2L}$ litteras **A** litteram **E** littera *cett.* || **6** a diverso] diversa **A** adverso $\mathbf{M^1C^1}$ adverbo $\mathbf{R^1}$ | simile $\mathbf{D^2F^vG}$ similem *cett.* || **7** luxi $\mathbf{M^2R^2CF^2L^2}$ lux̄ **AV** lux $\mathbf{M^1L^1}$ luxit *cett.* | crebit **A** (*d.* **R**) | alia] verba $\mathbf{F^1}$ (*d.* **R**) || **8** et mando $\mathbf{B^2C^2}$ mando $\mathbf{B^1F^2}$ et tendo mando $\mathbf{M^2}$ *om. cett.* (*d.* **R**) || **10** genetiva **A** (*d.* **R**) | ut] et $\mathbf{L^1}$ (*d.* **R**) || **11** ut^1] et $\mathbf{D^1}$ (*d.* **R**) || **12** ut^1] aut $\mathbf{AC^1F^2}$ *del.* $\mathbf{D^2}$ *om.* $\mathbf{F^1}$ (*d.* **R**) | genetivo] ablativo $\mathbf{B^2D^2ML}$ (*d.* **R**) || **12. 13** accusativo ut memini tui et memini illud, vel accusativo et ablativo *scripsi* (*lacunam iam Dick statuit*) accusativo *libri* || **13** fungo **M** || **14** sufficiant **G** || **15** *post* certo (certe **A**) *add.* puto $\mathbf{B^2}$ | *post* iudicanda *add.* sunt $\mathbf{CV^2L^2}$ (*d.* **R**) || **16** exigueque $\mathbf{D^2M}$ exiguaque *cett.* (*d.* **R**) | contrationem **C** | etiam *om.* $\mathbf{L^1}$ || **18** *ante* nominativo *add.* in **D** (*d.* **R**) | sunt $\mathbf{B^1}$ | hi] i $\mathbf{AC^1}$ hii **EFV** (*d.* **R**) || **19** hi] i **A** hii **CEV** | di $\mathbf{M^2L^2}$ dii *cett.* | deberet **A** || **20** debeo **A** || **21** deorum *om.* $\mathbf{E^1V^1}$ | throas $\mathbf{L^1}$ || **22** et Aeneas *add. Dick* | Thoantis] tonantis $\mathbf{R^1}$ | faciunt **A**

non faciat *Aeneantis*, sed *Aeneae*? cur, cum *hic biceps* et *triceps* dicamus, genetivus duabus contra regulam syllabis crescat, ut *bicipitis* aut *tricipitis* dicamus, non *bicipis* aut *tricipis*? unde venit, ut *aliger*, *frugifer*, *accipiter* habeant omnes casus, *Iuppiter* duos habeat? cum *sanctus*, *pius*, *bonus* similia sint, cur dicimus *sanctior*, et *piior* non dicimus? deinde *sanctior sanctissimus*, *bonior bonissimus* non dicamus? cum dicat Vergilius *fandi atque nefandi*, ⟨cur,⟩ cum a *nefando* dicamus *nefarius*, a *fando farius* non dicitur? quare *seiunctus* amissa praepositione dicitur *iunctus*, *securus* et *sedulus* eadem perdita non valeant memorari? cum dicamus *singuli viri*, *singulae mulieres*, *singula scrinia*, quare non dicimus *singulus vir*, *singula mulier*, *singulum scrinium*? cum *venor*, *piscor*, *aucupor* similia sint, cur *venator* et *piscator* dicitur et *aucupator* non dicitur, sed *auceps*? cur *volo* non habet imperativum? cur *fare* primam verbi personam non habet? quare *soleo* praeteritum perfectum non habet? cum *canta* et *lava* similia sint, cur *cantavi* faciat et *lavavi* non faciat? item *corusca* et *tona coruscavi* facit, *tonavi* non facit? quid quod *ego* unum casum recipit? cum *calceatus*, *armatus*, *togatus*, *paenulatus* paria videantur, quare *calceo* et *armo* dicimus, *togo* et *paenulo* non admittitur? nominativus singularis in *us* exiens in omnibus positivis *e* productam habet in adverbiis, ut *doctus docte*, *avarus avare*, *parcus parce*: *bonus* et *malus* cur corripit in adverbio *e bene* et *male*? cum *habilis habiliter* dicamus, cur *facilis faciliter* non dicimus? item cum *difficulter* dicamus, cur *faculter* dici non poterit? cum *audax audacter* dicatur, cur *verax veracter* non dicimus, sed *veraciter*? cur *singulatim* dicimus, *binatim ternatimque* non dicimus?

1 biceps] *cf. Char. I 120, 14* || 4 Iuppiter] *Char. I 154, 18 et 309, 16* || 5 pius] *Char. I 113, 11 et 18; 115, 20; Diom. I 324, 36; Pomp. V 154, 9–17* || 7 *Verg. Aen. 1, 543* || 10 singuli] *Char. I 33, 3; Prisc. III 413, 25* (*sed* singulum *ipse Mart. p. 361, 11*) || 13 fare] *Diom. I 379, 24* || 15–p. 105, 2 *cf. Char. I 183, 16ss.; Prisc. III 68, 23 et 76, 23ss.; Pomp. V 246, 1ss.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 facit **AMCEFV** | cur cum] circum **AR** quur cum **MC** || 2 ut *scripsi* et *libri* | aut] et **M** | tricicapitis *n. f.* **M**^{1} triplicis **L**^{1} || 3 tricipis] tripis **B**^{1} | ut *om.* **AF**^{1} || 4 habeat] habeant **ABM**^{1}**R**^{1} | santus **D**^{1} scantus **B**^{1} || 5 sunt **B**^{1} | cur] cum **D**^{1} | scintior **A** scantior **B**^{1}**D**^{1} sancior **M** santior **C** | piior **D**^{2}**G** pior *cett.* || 6 santior **MC** | dicimus **A** | cum] cur **G** || 7 vergilius **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} virgilius *cett.* | fundi **A** | cur *Leid. 36 alt. manu et ed. Dick* | cum] cur **D**^{2} *om.* **L** || 8 ammissa **B**^{1} || 12 autcupor **L**^{1} | sunt **B**^{1}**MR**^{1} || 13 quur **M** | habet] habet o **R**^{1} | facere **M**^{1} || 15 cum] K. cum **BL** | laba **D**^{1}**RCVG** | sunt **ACEF**^{1}**V** | faciat^1 (faciet **R**^{1}) *post* lavavi *ponit* **A** | et^2 *om.* **A** | labavi **D**^{1}**G** || 16 facit^1] faciat **CEVL** faciat et **F** | tonavi non facit *om.* **D**^{1} | facit^2] faciat **CEFVL** | ego] rego **B**^{2} *om.* **M**^{1} || 17 *ante* cum *add.* et **B**^{2}**MR**^{2}**G** | calceatus **L** calciatus *cett.* | pari **M**^{1}**L**^{1} | videbantur **B**^{1}**R** || 18 admittitur **D**^{2} amittit **B**^{1}**R**^{1}**C**^{1} admittat **B**^{2} admittit *cett.* || 18. 19 nominatus singulis **M**^{1} || 19 productum **A** *om.* **L**^{1} || 20 cur] cum **R**^{1} *del.* **R**^{2} *om.* **EG** || 21 habibilis **R**^{1} habivel **E** | quur **M** | facili **EFV** || 23 audaxter **A** audaciter **B**^{2} | dicatur] dicamus **L** | cur] cum **D**^{1}**C**^{1} | veraciter **B**^{2}**R**^{1}**F** || 24 veraciter **D**^{2}**R**^{2}**G** vere *cett. fort. recte* | cur] cum **MR**^{1}**F** | singillatim **AE**^{1}**FV**^{1} | dicimus^1] dicamus **B**^{2} *om.* **F**^{1} | binatim ternatim quae **D**^{1}**R**^{1}**C**^{1} bina terminatimque **L**^{1}

et alia huius modi, quae possem innumera memorare, ni ad cetera properarem.'

Haec cum Grammatice velut rerum exordium instauratura dixisset, 326 propter superi senatus Iovisque fastidium Minerva talibus intervenit: 'ni fallor, octo partes orationis velut incunabula repetitura intimare disponis, adiciens soloecismorum causas barbarasque formas, tum alia loquendi vitia, quae apud vates inclitos plurimum celebrata; quae nunc tropos, nunc metaplasmos, nunc schemata figuras ex eodemque cuncta vitia velut decoris fonte manantia, quae attestentur aut nescientis errorem aut affectatam doctioribus venustatem. quae si ab scholaribus inchoamentis in senatum caelitem duces, decursae peritiae gratiam deflorabis. nam si rhythmicum quid metricumque, sicut inter cirratos audes, assumpseris, profecto Musices impetu, cuius praevertis officium, discerperis. formam igitur praedictae praeceptionis absolveris, si praecipuis memoratis iam te ab inchoamentorum vulgarium vilitatibus vindicaris.' his germanae verbis cum sponso Delius annuebant et Grammaticen ad virginis transire obsequia compulerunt. ac tunc aliam feminarum pari sponsalium munere conferendam Clarius intromisit.

LIBER IV

DE ARTE DIALECTICA

Haec quoque contortis stringens effamina nodis, 327
qua sine nil sequitur nilque repugnat item,

12 rhythmicum quid metricumque] *cf. Quint. inst. 1, 4, 3* || 21 *Avienus Arat. 469* bracchia contortis astringunt vincula nodis

[**ABDMR CEFV GL**] 1 aliud *n. f.* $\mathbf{L}^1$ (*d.* **R**) | memorari **A** (*d.* **R**) | ni *om.* **A** nisi $\mathbf{CFV}^2\mathbf{L}$ (*d.* **R**) || 3 rerum] serum *coni. Eyss.* || 4 superi *om.* **L** (*d.* **R**) | iovis $\mathbf{M}^1$ *om.* $\mathbf{E}^1\mathbf{V}^1$ (*d.* **R**) | minerna $\mathbf{D}^1$ mimerva **M** (*d.* **R**) | talibus] libus **AE** balibus $\mathbf{D}^1$ (*d.* **R**) || 5 ni *om.* $\mathbf{B}^1\mathbf{D}^1$ | reperitura $\mathbf{G}^1$ rem petitura **L** (*d.* **R**) || 6 adicies $\mathbf{M}^2$ (*d.* **R**) | tum] dum $\mathbf{D}^2$ tunc **M** (*d.* **R**) || 8 metaplausmos **A** (*d.* **R**) | schematum $\mathbf{B}^2\mathbf{EFVL}^1$ (*d.* **R**) | figuras (figurarum **M**) *delebat Eyss., sed vide Petersen 49* | ex *om.* **M** | eodemque] que **M** odemque **L** || 9 adtertentur **A** adtestantur **DCF** adstestentur $\mathbf{L}^1$ || 10 aut] ad $\mathbf{C}^1$ (*d.* **R**) | adeffectatam $\mathbf{B}^1$ adsectatam **M** adfetatam $\mathbf{C}^1$ (*d.* **R**) | doctoribus $\mathbf{BMC}^1$ a doctioribus $\mathbf{L}^2$ (*d.* **R**) | ab scolatibus **A** a scolaribus **CE** ascoqualaribus **F** a coloribus **V** || 11 senatus **M** (*d.* **R**) | caelitum $\mathbf{BD}^2\mathbf{M}$ | inducis $\mathbf{D}^2\mathbf{M}$ deducis $\mathbf{L}^2$ || 13 musicis **A** misices $\mathbf{L}^1$ || 14 praedictae] praefectae **R** perfectae *fort. legendum* || 15 utilitatibus **G** || 16 gammatice **A** grammaticem $\mathbf{DRFL}^1$ || 17 transtre $\mathbf{R}^1$ || 18 *post* intromisit *add.* MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE ARTE GRAMMATICA LIBER TERTIVS EXPLICIT **AR** *similia cett.* || 19–20 LIBER IIII DE ARTE DIALECTICA *Dick* INCIPIT DE ARTE DIALECTICA LIBER IIII **ABDRCEFV** INCIPIT DE ARTE DIALECTICA **M** INCIPIT IIII DE DIALECTICA **G** INCIPIT DE DIALECTICA IIII **L** || 21 *in initio libri quarti rursus adest* **P** | nobis $\mathbf{AR}^1\mathbf{L}^1$ || 22 quas $\mathbf{M}^1\mathbf{R}^1$ | nil quaere $\mathbf{AR}^1$ nihilque $\mathbf{L}^1$

in coetum superum veniens primordia fandi
advehit et scholicum praestruit axioma,
ambiguis memorans vocem consistere verbis,
nil normale putans, ni fuat associum.
sed licet ipse modos demum bis quinque profatus
pallens afflictim verset Aristoteles,
Stoica circumeant ludantque sophismata sensus
perdita †neque umquam cornua fronte ferant,
Chrysippus cumulet proprium ⟨et⟩ consumat acervum
Carneadesque parem vim gerat helleboro;
nullus apex tot †prole virum par accidit umquam,
nec tibi tam felix sortis honos cecidit:
inter templa deum fas est, Dialectica, fari,
et Iove conspecto iure docentis agis.

828 Quae igitur introgressa est Delio convocante pallidior paululum femina, sed acri admodum visu et vibrantibus continua mobilitate luminibus, cui crines tortuosi decentique inflexione crispati et nexiles videbantur, qui tamen deducti per quosdam consequentes gradus ita formam totius capitis circulabant, ut nihil deesse cerneres, nihil superfluum detineres. cui quidem pallium Athenarumque vestitus, sed gestamen in manibus fuerat inopinum ac prorsus gymnasiis omnibus inexpertum. in laeva quippe serpens gyris immanibus involutus, in dextra formulae quaedam

8 cornua] *Sen. ep. 49, 8; Gell. 16, 2, 10; 18, 2, 9* || 9 acervum] *Cic. Acad. 2, 49; Pers. 6, 80; Hor. ep. 2, 1, 47; Sidon. carm. 23, 119* || 10 *cf. Gell. 17, 15, 1; Plin. nat. 25, 52; Val. Max. 8, 7, 5; Fulg. myth. 1 praef. p. 15, 4 Helm* Carneadis resudat helleborum || 17 *Apul. apol. 63* ut decenter utrimque lanugo malis deserpat, ut in capite crispatus capillus . . . appareat

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 advehit **M**^{2}**R**^{2}**CG** advenit *cett.* | et scholicum *edd.* excolicum *libri* et σκολιόν *Vulc.* | praestruet *n. f.* **A** praestruxit **B**^{1} | axioma **R**^{2}**GL**^{2} aximas **V**^{1} axiomas *cett.* || 3 ambiguis . . . 6 Aristoteles *post* helleboro (*v. 10*) *ponit* **L** | ambiguum **V**^{1} | consistere] cum sistere **L**^{1} | verbis *Vulc.* versus *libri* || 4 nil] ni **EF**^{1}**V** | ni] in **AR**^{1} | adssotium **M**^{1} || 7 circum meant **A** | laudantque **D**^{1}**G**^{1} || 8 neque umquam *libri* non umquam *ed. pr.* quae numquam *olim volui* || 9 crisisppus **EV** crissippus **FL** | cumelet **C**^{1} cumulo et *Kopp* | et *add. Eyss.* | consumat **AMRFG**^{1}**LP**^{1} consumet **D**^{2}**C** consummat *cett.* || 10 (h)elleboro **A**^{2}**BR**^{2}**EVG**^{1}**P** telleboro **A**^{1}**D**^{1}**R**^{1} elleboron **D**^{2}**M** **CG**^{2}**L** elleborum **F** || 11 proli **AM**^{2}**R**^{1} (*'licet tot virorum series extiterit' explicat Dick*) tot proli hominum *olim volui* || 14 conspecta **L**^{1} || 15 paldior **R**^{1} || 16 admodo **M**^{1} | visu] usu **P**^{2} | uribrantibus **B**^{1} || 19 deesse . . . nihil *om.* **V**^{1} | cerneres nihil] decerneres *n. f.* **M**^{1} (*d.* **R**) | deitineres **A** demeres *fort. legendum* || 21 fuerat . . . omnibus *om.* **A** | prosum **M**^{1} prorsum **M**^{2} prossus est **C** (*d.* **R**) | gymnasis **M**^{1} (*d.* **R**) || 22 gyri **A** (*d.* **R**) | dextera **G** (*d.* **R**)

florentibus discolora venustate ceris sollerter effigiatae latentis hami nexu interius tenebantur; sed quoniam eius laeva sub pallio occulebat insidias viperinas, cunctis dextera praebebatur; denique ex illis formulis si quis aliquam percepisset, mox apprehensus hamo ad latentis anguis virosos circulos trahebatur, qui tamen mox emergens primo spinosorum dentium acumine venenato assiduis hominem morsibus affligebat, dehinc ambitu multiplici circumactum ad condiciones propositas coartabat. si autem quamlibet formulam nullus vellet assumere, quibusdam obvios interrogatiunculis occupabat, aut latenter in eos anguem serpere stimulabat, donec nexilis complexio circumventos ad interrogantis arbitrium strangularet. ipsa autem femina contractioris videbatur corporis habitusque **329** furvi, verum dumalibus hirta setis nescioquid vulgo inexplanabile loquebatur. nam universalem dedicativam particulari abdicativae obliquam, sed ambas posse vertier asserebat univocis aequivoca conectendo, ac solam se discernere, verum quid falsumve sit, velut quadam divinantis fiducia loquebatur. haec se educatam dicebat Aegyptiorum urbe atque in **330** Parmenidis exinde gymnasium atque Atticam demeasse, illicque versipellis studii calumniante proposito etiam Socratis sibi Platonisque amplitudinem mancipasse. hanc igitur fraudulenta semper argumentatione ver- **331** sutam ac de circumventis pluribus gloriantem cum Cyllenius ceryceo geminus anguis assurgens allambere feminam crebris linguarum micatibus attemptaret, tuncque etiam Tritonida Gorgo cognoscentis quodam gaudio sibilaret, 'nimirum' inquit Bromius, qui facetior est deorum eamque penitus nesciebat, 'haec aut ex harenis Libyae anhelantis adducitur, quod

1 hami] *cf. Cic. Acad. 2, 98* omnes istos aculeos et totum tortuosum disputandi genus relinquamus || 8 *Quint. inst. 7, 3, 14; Sen. epist. 48, 10* || 12 *Ov. met. 13, 850* hirtaeque decent in corpore setae || 15 *Cic. Acad. 2, 91* dialecticam ... veri et falsi quasi disceptatricem || 21 *cf. Sil. 6, 223* lingua micat motu atque assultans aethera lambit || 24 *Lucan. 1, 368* calidas Libyae sitientis harenas

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 effugiatae **D**^{1} | latententes **M**^{1} (*d.* **R**) || 2 occullebat **B**^{1} (*d.* **R**) || 4 adprensus **BD** || 7 circuactum **D**^{2}**M** || 8 formulum **R**^{1} *om.* **L**^{1} | velet **M**^{1} vellit **R**^{1} | quisdam **EFV** | obvios *Dick ex Bernensi* obvius **AD**^{1}**R**^{1} obviis *cett.* | interrogati ungulis **D**^{1}**R**^{1} interrogati vinculis **L**^{1} || 9 occulpabat **M**^{1} | in eos angurem **A** in eos angum **D**^{1} in eos angem **M**^{1} in eas angoem **R**^{1} in eos aguem **C**^{1} inter eos anguem **V** || 10 stranguilaret **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 11 contractionis **G** || 12 dualibus **B**^{1}**D**^{1} | sentis *Heins.* || 13 nam ... 16 loquebatur *om.* **L**^{1} || 14 aequivoca] voca **R**^{1} | conectando **A** nectendo **B**^{1} || 15 falsumve *edd.* falsumne *libri* | quodam **B**^{1}**M**^{1}**R**^{1} | divinitatis **AR**^{1}**C**^{1}**E**^{1}**FV**^{1} || 16 urbe *Boettger* in rupe **EV** rupe *cett.* | atque in **ADR**^{1}**C** atqui in **B** atque **MG** atqui **R**^{2}**L**^{2} atquin *cett.* || 17 gypnasium **L** | atque *om.* **D**^{1} | versipelli **D**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**F** || 18 studi **D**^{1}**R** || 20 ac] a **R**^{1} | ceryceo **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**EFVL**^{1} ceruceo **A** ciricco **C** kyrriceo **P** cyryceo *cett.* || 20.21 geminus anguis **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{1}**L**^{2} geminos anguis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{2} geminus anguinis **M**^{1}**C**^{2} gemino sanguinis **C**^{1} geminos angues *cett.* || 22 tritonsda **A** tritonda *n. f.* **F**^{1} | quodam *Leid. 88* quoniam *omnes mei* || 23 syblabaret **V** || 24 aut] autem **A** | harenis] renis **L**^{1}

et capillitium implexum docet et amicitia venenorum, aut fidendum pharmacopolam esse Marsicae nationis; ita namque agnitione viperea et blanda anguium adulatione diligitur. quod ni est, ex illius hami fraude colligitur quod circulatrix pellacissima et metarum Marsicarum incola
332 comprobatur.' quo dicto cum complures deorum quantum decuerat arriderent, Pallas aliquanto concussior iocum emergentis inhibuit, memorans hanc admodum sobriam, quod quibusdam divis penitus denegatum, etiam inter germanas, quae probandae sunt, acriorem, a nullo posse, cum asserta protulerit, derideri. illa autem, quae in argumentum virosae assertionis acrimoniaeque detulerat, tradere eam iubet ac se ad insi-
333 nuandae sollertiae habitum comparare. tunc lubrici anguis circulatos orbes et hiatus cum Grammatice, quae insinuatione peracta propter astabat, accipere formidaret, ipsi divae, quae etiam Medusaeos crines edomuit, cum figuris illicibus et hamatis illis formulis committuntur. ita crinali decore mera Cecropis atque Attica comprobatur, maximeque quod eam palliatorum populus et Graiae iuventutis electio sequebatur, prudentiam feminae ingeniumque mirata. Iuppiter autem iudicandis implendisque virtutibus posteram Romuleis viribus Graiam aestimans le-
334 vitatem, quicquid nosset illa, Latiari promere praecepit facultate. ac mox Dialectica, quamquam parum digne Latine loqui posse crederetur, tamen promptiore fiducia restrictisque quadam obtutus vibratione luminibus etiam ante verba formidabilis sic exorsa:

15 *Iuv. 6,187* mera Cecropis || 20 parum digne Latine] *cf. Sen. epist. 58,1; Lucret. 1, 130 ss.*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 venerorum **F**^{1}**V** | fidendum] fidelium **A** fidem dum **R**^{1} || 2 pharmacopolam *Salmasius ad Solin. c. 52* farmacopulam **AR**^{1} formocopulam **B**^{1} forma copulam *cett.* | *ante* agnitione *add.* ab **L** | viperea] ut per ea **AD**^{1}**R**^{1} || 3 angium **AD**^{1}**R**^{1}**C**^{1} anguum **B**^{1} | quod] quid **B**^{v}**F**^{2} | nisi **L**^{1} || 4 pallacissima **A** | moetarum **BDL** petrarum *Heins.* (*apud ed. Ovid. Burm. 2, p. 946*) | marsicarum **D**^{1}**M**^{2}**R**^{m}**G** murdarum **AR**^{1} marsiarum *cett.* (*de primaria* **D** *lectione dubito*) | incolo **D**^{1} || 5 dictu **B**^{v} dicito **M**^{1} | cum complures] cocomplures **D**^{1} cum plures **F**^{2} | debuerat **D**^{2}**M**^{1} debuerant **M**^{2}**G** deverat **R**^{1} | arrident **C**^{1} || 6 locum **R** | emergentis *vix sanum; an forte* hemitheorum gentis*?* || 7 admodum] modum **D**^{1} aut modum **M**^{1} | *post* denegatum *add.* est **M**^{2} || 8 etiam inter **B**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**L**^{2} etiam ter *cett.* et inter *Petersen 50* | germanos **F**^{1} | acriore **B**^{2}**E** acriores **MR**^{2}**GP** || 9 protulerint **D**^{2}**GP** (*d.* **R**) | desiderari **M** (*d.* **R**) | virosae **B**^{2} verosae *cett.* (*d.* **R**) || 10 eam] eum **A**^{1} am **V**^{1} eas **L**^{1} (*d.* **R**) || 11 ambitum **F**^{1}**G** (*d.* **R**) | librici **D**^{1} (*d.* **R**) || 12 hiatos **B**^{1} habitus **L** (*d.* **R**) | gramatice **A** grammatike **F**^{2} || 14 friguris **B**^{1} (*d.* **R**) | armatis **A** amatis **C**^{1}**EFV** (*d.* **R**) | commituntur **MP** (*d.* **R**) || 15 merae **M**^{1}**L**^{1} (*d.* **R**) || 16 gratiae **AL**^{1} graecae **M** (*d.* **R**) | selectio **L**^{1} || 18 viribus **R**^{2}**GL**^{2} virtutibus *cett.* | gratiam **AFV** graecam **M** || 19 nos et illa **D**^{1} | praecepit **B**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**G**^{2}**P** cepit *cett.* || 21 protrimore **A** promtiore **DMC**^{1} pro timore **R**^{1} | obtutus] butus vultus **D**^{1} (*d.* **R**) || 22 *post* exorsa *add.* est **M**^{2}

'Ni Varronis mei inter Latiares glorias celebrati mihi eruditio industria- **335**
que suppeteret, possem femina Doricae nationis apud Romuleae vocis
examina aut admodum rudis aut satis barbara reperiri. quippe post
Platonis aureum flumen atque Aristotelicam facultatem Marci Terentii
prima me in Latinam vocem pellexit industria ac fandi possibilitatem per
scholas Ausonas comparavit. hinc igitur praeceptis parere colluctans nec **336**
Graia deseram ordine disserendi nec Laurentis assertionis effamina remo-
rabor. ac prius illud compertum volo, mihi Romanos togatamque gen-
tem vocabulum nondum novare potuisse, ac Dialecticen, sicut Athenis
sum solita, nuncupari, meique prorsum iuris esse, quicquid Artes ceterae
prolocuntur, neque ipsam, quam aures vestrae probavere, Grammati- **337**
cam, neque alteram opimi oris praecluem facultate vel illam formarum
diversa radio ac pulvere lineantem sine meis posse rationibus explicari.
quippe in dicione mea iureque consistunt sex normae, quis constant ce- **338**
terae disciplinae. nam prima est de loquendo, secunda de eloquendo, ter-
tia de proloquendo, quarta de proloquiorum summa, quinta de iudicando,
quae pertinet ad iudicationem poetarum et carminum, sexta ⟨de dictio-
ne⟩, quae dicenda rhetoribus commodata est. in prima autem parte **339**
quaeritur quid sit genus, quid forma, quid differentia, quid accidens,
quid vero proprium, quid definitio, quid totum, quid pars, qui in divi-

1 Varronis] *Cic. Acad. 1, 9; Aug. civ. 6, 2* || 4 *Cic. Acad. 2, 119* flumen orationis aureum fundens Aristoteles; *Fulg. myth. 1 praef. p. 8, 22 Helm* una sum, inquit, e virginali Heliconiadum curia . . . quam olim Athenaeam civem Romanus ordo colendam exceperat || 9 Dialecticen] disputatricem *vocavit Quint. inst. 12, 2, 13* || 10–13 *cf. Cic. Tusc. 5, 72; fin. 2, 18; Brut. 152 s.; Aug. ord. 2, 13, 38; Boeth. in Porph. I (Patr. Lat. 64, 120)* || *§ 339 cf. Ps. Apul. herm. p. 271*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 nisi **L** | barronis **AR**^{1} | latiaris **AB**^{1}**DR**^{1}**L**^{1} || 2 romulae **F**^{1} || 3 ex anima **R** | aut^{1}] ut **AD**^{1}**R**^{1} autem *n. f.* **C**^{1} | admodum] autmodum **M**^{1} || 4 terrentii **MRG** || 5 prima me] primum me **B**^{2} prima **M**^{1} primam me **R**^{2} || 6 ausonas **AR**^{1} aut sonias **M**^{1} ausonias *cett.* | praeceptis] prae **A** || 7 gragia **A** greciam **M** graios **R**^{2}**G** graio **F** gratiam **V** || dissererendi **L** | lurentis **M**^{1} | assertiones **D**^{2}**MG** asertionis **C**^{1} assetionis **L**^{1} | effemina **AD**^{1} || 10 noncupari **AG** nunccupari **CV**^{2}**L** nunccupare **V**^{1} | prorsum **AB**^{1}**DM**^{1}**RG** prossus **C** prorsus *cett.* || 11 proloquntur **B**^{2}**L**^{2} proloquuntur **D**^{2}**P** prolucuntur **R**^{1} | *ante* neque *add.* nam **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**F**^{m}**G**^{2} | probare **R**^{1} || 12 alteram] aliam **L** | opimi oris **DM**^{2} opimoris **B**^{1} opinioris **R**^{1} opinionis **R**^{2}**G**^{v} opimi////oris **F** opimioris *cett.* | praecluem *Grot.* irecluentem **A** irae cluens **D**^{1}**R**^{2} irae duen **M**^{1} illecuen **V**^{1} irae cluen *cett.* | *ante* facultate (facultatem **GP**) *add.* cum **V** || 13 lineantem **L**^{2} limante **A** liniante **R** liniantem *cett.* | *post* explicari *add.* quis dubitet **B**^{2} quis dubitat **R**^{m}**F**^{m}**G** || 14 in dicione] indicatione **B**^{1} | ireque **A** | qui consistant **M**^{1} quis consistunt **M**^{2} || 15 secunde eloquendo **D**^{1} || 15. 16 tertia de proloquendo *om.* **R**^{1} || 16 quinta **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**GLP** alteram **V** altera *cett.* || 17 iudicanda **A** | de dictione *add. Dick* || 18 commoda **B**^{2}**GP** || 19 deferentia **R** || 20 diffinitio **M**^{2}**G**, *quam scribendi rationem amplius non notabo* | qui] quid **M**^{1}**R**

dendo modus, qui in partiendo, quid sit aequivocum, quid univocum, quid
(ut ita dicam) plurivocum. debetis quippe insolentiam perferre sermonis,
840 qui Graiam dissertare Latialiter compulistis. quae ergo rebus verba sua
sint, quae aliena et quot modis aliena sint, quid sit substantia, quid qua-
litas, quid quantitas, quid relativum, quid loci, quid temporis, quid situs,
quid habitus, quid facere, quid pati, quae sibi opposita et quot modis
841 sibi opponantur, haec in prima nostri parte censentur. in secunda vero,
quam de eloquendo dixi, quaeritur quid sit nomen, quid verbum, quid ex
his iunctum, quae ex his subiectiva pars sententiae sit, quae declarativa,
qui subiectivae modus sit, qui declarativae, quatenus nomen accipiatur,
quatenus verbum, quatenus perfecta sententia possit esse proloquium.
842 excipit hanc pars tertia de proloquendo. in ea quaeritur, quantum ad
propositum hodiernae sufficiat brevitatis, quae sint differentiae prolo-
quiorum in quantitate, quae in qualitate, quid sit universale, quid parti-
culare, quid indefinitum, quae sint aientia, quae negantia, quam vim
843 habeant singula, quemadmodum inter se affecta sint. hinc progreditur
ad quartam partem, quam esse diximus de proloquiorum summa. in ea
quaeritur quid sit sumptum, quid illatio, quid syllogismus, quid sympe-
rasma, quid sit praedicativus syllogismus, quid condicionalis et quid inter-
sit, quot formae sint praedicativi generis et quae sint, utrum certum or-
dinem teneant et, si tenent, quae sit eiusdem ordinis ratio, quot modos
habeant singulae et utrum hi modi certum ordinem teneant et, si ita est,
quae sit eiusdem ordinis ratio; deinde condicionalis syllogismi quot primi
modi ac necessarii sint, qui etiam istorum ordo sit, quid inter se diffe-
rant. haec sunt, quae praesenti arbitror cognitioni asserendisque sufficere.

11 proloquium] *Varro ap. Gell. 16, 8* proloquium est sententia in qua nihil desideratur

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 modus] domus **D**^{1} | qui] quid **M**^{1}**L** | quid^3] quit **M**^{1} quid sit **R**^{2}**G** || 2 ut ita dicam *om.* **G**^{1} | insentia **A** insollentiam **FP** || 3 qui] quae **R**^{1}**P** | gratiam **AD**^{1} gratia mens **M**^{1} graiiam **V** | robus **A** || 4 et *om.* **G** | quod **AB**^{1}**D**^{1}**RC**^{1}**VL**^{1} | quid sit **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GP** quid sit quid sibi **A**^{1} quid sint quid sibi **A**^{2} quid sint quit sit **E** quid sint quid sit *cett.* (*d.* **R**) || 6 apposita **L**^{1} (*d.* **R**) | et *del.* **G**^{2} (*d.* **R**) | quod **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**VP** (*d.* **R**) || 7 opponatur **V**^{1} (*d.* **R**) | nostra **G** (*d.* **R**) || 8 quam *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) || 10 qui^1] quid **M**^{1}**EF**^{1} quis **F**^{2} (*d.* **R**) | subiunctivae **EFV** (*d.* **R**) | qui^2] quid **M**^{1} quae **L**^{1} (*d.* **R**) || 11 *ante* perfecta *add.* sit **ABDC**^{1}**EF**^{1}**V** (*d.* **R**) | *post* sententia *add.* ut **B**^{2}**G**^{1} (*d.* **R**) | *fort. legendum* quatenus sit perfecta sententia ⟨et quatenus perfecta sententia⟩ possit esse proloquium || 12 *post* excipit *add.* enim **L**^{1} | hanc] haec **MC**^{1}**FG**^{1}**L**^{2} || 15 aientia **BDMRC**^{2}**L**^{2} agentia *cett.* | negentia **D**^{1} || 16 *ante* quemadmodum *add.* et *dett. et edd.* | quae admodo **A** quae admodum **R**^{1} | hinc] hic **C**^{1}**EF**^{1}**V** || 17 de *om.* **M** | summam **M** || 18 sit *om.* **L** | dilatio **A** | symplerasma **R**^{2}**G** sinperasma **L**^{2} symplyrasma **P** || 19 quid^2] quod **D**^{1} || 20 quot] quid **A** quod **R**^{1}**E** | quae sint] si sunt **R**^{2}**G**^{v} || 21 tenent **BDMRG** teneat **EF**^{1}**VL**^{1} teneant *cett.* | quot] quod **AM**^{1}**R**^{1}**V** quo **E** | modos] modis **G**^{1} || 22 singulae **B**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2}**P** singula *cett.* || 23 condicionalis **B**^{2}**MR**^{2}**CG** condicionales *cett.* | quot] quod **AR**^{1}**EF**^{1}**VP** || 25 cognitioni] conmiscioni **AR** commissioni **G** | *ante* asserendisque *add.* in **C**^{1}**E**^{1}**V** | assertionique **B**^{v} asserendis quae **D**^{1} | *post* sufficere *add.* De genere **M**^{m}**G**

Quid ergo genus sit, exordia repetens, quo universa discurram, primitus intimabo.

Genus est multarum formarum per unum nomen complexio, ut *animal*; **344**
formae eius, ut *homo*, *leo*, *equus* et cetera. sed nonnumquam aliquae formae ita generi subiciuntur, ut etiam ipsae aliis sub se positis genus esse possint, ut hominum genus, quod animali forma est, barbaris et Romanis genus, usque eo genus esse potest, donec eius formas dividens ad individuum aliquid venias; ut si homines dividas in masculos et feminas, item masculos in pueros, adulescentes et senes, item pueros in infantes et loquentes, item puerum si velis dividere in Catamitum aut alium quempiam certae personae puerum, non est genus, quod iam ad individuum pervenit. uti autem eo genere debemus, quod est praesenti negotio proximum, ut si de homine quaeratur, eius genus *animal* debemus assumere, quod ei proximum est. nam si *substantiam* dixerimus, quantum ad rationem pertinet, verum est, quantum ad necessitatem, superfluum.

Formas easdem dicimus quas species. formae ergo sunt, quae subditae **345**
generi tenent definitionem eius et nomen, ut *homo*, *equus*, *leo* quoniam formae sunt animalis, potest et homo et equus et leo animal dici et corpus anima participans: nomen et definitio generis esse cognoscitur.

Differentia est sufficiens ad id, quod susceperis, discretio, ut si quaera- **346**
tur, quid inter hominem intersit et equum, sufficit ut dicamus, quod homo bipes est, equus quadrupes. animadvertere autem debemus, [quod] quia multae sunt in rebus singulis differentiae, unamquamque rem dissi-

§ 344ss. cf. Ps. Apul. herm. p. 271s. || *§ 344 cf. Arist. top. I 4, 6* || *§ 345 cf. Quint. inst. 5, 10, 62*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 discurram] *malim* decurram || 2 indicabo **C**^{1} || 3 *ante* genus *add.* Quid genus **D**^{m} | est] enim **V** | ut *om.* **L**^{1} || 4 forma **CEFVL** | homo leo equus *Bern. 56b* homo seu esquus **A** homo seu quus **V**^{1} homo seu equus *cett.* | sed] se **M**^{1} | nonnumquam] numquam **L**^{1} || 5 generis **AM**^{1}**R**^{1} | possitis **BD** potis **R**^{1}**L** || 6 hominum] omnium **AD**^{1}**R**^{1} | animali **AB**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} inanimalis *n. f.* **L**^{1} animalis *cett.* || 7 *post* genus^1 *add.* est **EFVP** | *ante* usque *add.* et **D**^{2}**CEFVP** quod animali *ex superioribus repetit* **A** | eo] adeo **R**^{2}**E**^{s}**G** | individum **AR**^{1} individendum **D**^{1} || 10 catacommitum **V** | aut *om.* **F**^{1} || 12 uti] ut **AD**^{1}**R** | eo] ego **AD**^{1}**R**^{1} ergo (*voce* autem *praecedente deleta*) **R**^{2} || 13 assummere **BDM**^{1}**E** asummere **C** | ei] eius **F** || 14 est *om.* **L** || 16 *ante* formas *add.* De formis *in contextu verborum omnes praeter* **R** *item* Quid forma *in margine add.* **DL** | diximus **F** | quas] qua **C**^{1} | *ante* species *add.* et **B**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**G** || 17 equs **V** || 18 lea **L**^{1} (*d.* **R**) || 19 *ante* anima *add.* et **D**^{2}**F**^{1}**GL**^{1} (*d.* **R**) | nomen **AB**^{2}**L**^{1} quod nomen **L**^{2} nomen quae *cett.* (*d.* **R**) | et **B**^{2}**L** *om. cett.* (*d.* **R**) *locus medelam suam adhuc expectat* || 20 *ante* differentia *add.* De differentia *in contextu verborum libri* (*d.* **R**) | differentia est] est differentia *in rasura 15 fere litt.* **F** (*d.* **R**) || 21 intersit] sit **V**^{1}**G** (*d.* **R**) || 22 bibes **A**^{1} | est *om.* **M** (*d.* **R**) | equs **EV** (*d.* **R**) | quadruspes **A** quarupes **C**^{1} qudrupens (*sic*) **L**^{1} (*d.* **R**) | debemus *om.* **C**^{1} (*d.* **R**) | quod *recte del.* **B**^{2}**D**^{2}**L**^{2} *om.* **C** (*d.* **R**) || 23 quia *del.* **F**^{2} (*d.* **R**) | multae *om.* **R**

militer nos posse dividere, quotiens in ea poterimus alias atque alias differentias invenire. nam si *animal* voluerimus dividere, possumus in sexus, quia alia sunt masculina, alia feminina; possumus in aetates, quia alia sunt ortiva, alia iuvenilia, alia senilia; possumus in quantitates, quia alia sunt parva, alia magna, alia media; possumus in varietatem motus, quia alia sunt gradientia, alia serpentia, alia natantia, ⟨alia volantia⟩; possumus ⟨in⟩ habitaculorum diversitates, quia alia aquatilia, alia terrena, alia aeria, alia, ut nonnulli dicunt, ignea; ⟨possumus in pedum multitudinem, quod alia sunt sine pedibus, alia bipedia, alia quadrupedia, alia sepedia, alia unipedia;⟩ possumus in linguae sonum, quod alia sunt loquentia, alia gementia, alia latrantia, alia ululantia. sciamus tamen et singulas ⟨has⟩ perfectas esse divisiones et omnes in singulis inveniri. nam masculina animalia possunt et ab ortu recentia et parva et gradientia et terrestria et bipedia et loquentia esse. ergo quavis uti licet; ea tamen debes, quae est apta suscepto negotio. nam si tibi sit de hominum laude dicendum, in rationabilia et stolida dividere oportebit, ut eo facile possit intellegi, inter omnia animalia rerum natura quanti homines habuerit, quibus solis ad se cognoscendam ratiocinari permisit.

347 Accidens est, quod non nisi eidem formae, sed non semper evenit, ut rhetorica non nisi homini accidit, sed ei potest et non accidere, ut quamvis sit aliquis homo, non sit tamen orator.

348 Proprium est, quod et eidem et ita semper accidit, ut unamquamque rem ab omnium communione discriminet, ut in homine risus. nam nec

§ 348 cf. Quint. inst. 5, 10, 58

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 nos] non F^2V^1 | videre M^1 (*d.* R) || 3 quia alia $B^2M^2R^2C^2F^3L^2$ quod alia D^2F^2GP qui alia L^1 qualia *cett.* | alia² B^2 et alia L^2 et *cett.* | femininas A feminae M^2 (*d.* R) | aetates . . . 4 possumus *om.* R || 3.4 quia alia $B^2M^2C^2F^3L$ quod alia D^2F^2GP qualia *cett.* || 4 cortiva D^1 | iuvenilia M^2 *sicut coni. Grot.* iuventutis *cett.* || 4.5 quia alia $B^2M^2F^3$ quod alia D^2F^2GP quia C qualia *cett.* (*d.* R) || 5 varietatem B^1DMGP varietates B^2L^2 varietate *cett.* (*d.* R) || 6 quia alia $B^2M^2C^2F^3L$ quod alia D^2F^2GP qualia *cett.* (*d.* R) | repentia L | alia volantia $B^2D^2F^2GP^2$ *om. cett.* || 7 in $B^2D^2R^2C^2F^2GL^2P^2$ *om. cett.* | quia alia $B^2MR^2C^2EL$ quod alia D^2F^2GP qualia *cett.* | *ante* aquatilia *add.* sunt $B^2D^2R^2G$ | aquatilia] qui talia C^1 | alia² *om.* M^1 || 8 ignae V | possumus . . . 10 unipedia *add. Grot.* || 11 et *om.* AR || 12 has *addidi DMCE 64s.* | eveniri EF^1P || 13 possunt *om.* M | et parva *om.* AR || 14 quavis BD^2MR^1CLP quamvis *cett.* | *post* licet *add.* omnibus $M^2R^mF^2G$ || 15 apta suscepto] apto M^1 apti suscepto R^1 apta suscepta C^1 | sit *om.* L^1 || 16 stollida AR || 18 cognoscendum AL | ratiocinare C^1EF^1V || 19 *ante* accidens *add.* De accidente (*vel* -ti) *libri* Quid accidens *insuper add.* L^m | nisi] si A | evenit $B^2D^2M^2R^2CF^2LP$ venit *cett.* || 20 accedere AR^1 | quodvis $AB^1D^1M^1R$ *delet* L^2 || 21 aliquis $B^2D^2M^2R^2C^2F^2GL^1$ aliquid C^1EF^1V aliqui *cett. fort. recte* | oratior A oratur R || 22 *ante* proprium *add.* Quid sit proprium *libri* Quid proprium *insuper add.* M^mL^m | proprium est *om.* L^1 | proprium] primum A | et¹ *om.* MR^1EL | *post* eidem *add.* formae M^2R^mL scil. formae $D^sE^sV^sP^s$ || 23 omnium] hominum R^2 | nec *om.* ARC^1EF^1V

ridere quisquam nisi homo potest, nec homo, cum voluerit, quantum in eius natura est, ridere non potest. et differentia proprio eo distat, quod differentia unamquamque rem ab eo tantum distinguit, unde quaestio est, proprium vero ab omnibus. nam cum hominem a leone per differentiam volentes discernere dixerimus, quod leo ferus est, homo autem mitis, id solum videmur discernere, quod ad susceptum negotium pertinet. dicendo enim 'leo ferus est, homo mitis', nec hominem ab aliis mitibus animalibus nec leonem a ceteris bestiis seiunximus; cum vero hominem animal risibile dixerimus, eo a ceterorum animantium generalitate discrevimus.

Definitio est, cum involuta uniuscuiusque rei notitia aperte ac breviter 349
explicatur. in hac tria vitanda sunt: ne quid falsum, ne quid plus, ne quid minus significetur. falsum est hoc modo: 'homo est animal ⟨immortale'; nullus enim homo immortalis. plus est 'homo est animal⟩ mortale'; [ex] hoc enim, quamvis breviter dictum sit, plus tamen est, quod ad omnia animalia pertinet. minus significatur hoc modo: 'homo est animal grammaticum'; quamvis enim non sit nisi homo animal grammaticum, non tamen omnis homo grammaticus. definitio plena est hoc modo: 'homo est animal rationale mortale'; addendo enim 'mortale' separavimus a diis, addendo 'rationale' separavimus a feris.

Totum est, quod duabus pluribusve in se partibus positis non semper 350
nomen, definitionem tamen numquam accommodat. et hoc non nisi in

§ 349 Rhet. Her. 4,35; Cic. de orat. 1,189; Char. I 152 in.; Prisc. III 135, 1–6; Explan. in Don. IV 489, 22–29; Audax VII 324 in. || 16 *cf. Arist. top. I 4, 5*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 redire **D**^{1} | *ante* potest *add.* non **R**^{2} || 2 *ante* proprio *add.* a **B**^{2}**F**^{2} | propria **M**^{1} || 3 differentiam **A** || 5 diximus **AL**^{1} || 6 videmus **A** | quod] quo **L**^{1} || 7 est *om.* **L** || 9 eo *om.* **V**^{1} | animalium **D**^{2}**R**^{2} | generalite **L**^{1} | discribimus **AR**^{1} || 11 *ante* definitio *add.* Quid sit finitio **R** de diffinitione **G** quid sit definitio *cett.* quid diffinitio *insuper add.* **L**^{m} | involuta] in voluntate **B**^{1} involutae **MC** || 13 significatur **R**^{1} | homo ... 14 mortale] homo est animal mortale **AB**^{1}**D**^{1}**E**, *quae archetypi lectio fuit; dein detecto errore pro* mortale *scribunt* immortale **B**^{2}**D**^{2}**C**^{1}**F**^{1}**V**^{1}, *cui addunt* irrationale **D**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**V**^{2}, *inde ut lacuna expleretur add.* plus est hoc modo animal mortale **M**^{1} quamvis enim homo animal esse verum sit, falsum est tamen immortalem aut irrationalem esse. plus est hoc modo, homo est animal mortale **M**^{2}**C**^{2}**F**^{2} nullus enim homo immortalis est et ideo falsum est. plus enim dicitur tali modo, homo est animal mortale **B**^{2}**V**^{2}**LP**; *denique utrumque supplementum amplectitur* **G** *hoc modo*: nullus enim homo immortalis est et ideo falsum est. quamvis enim homo animal esse verum sit, falsum est tamen immortalem esse aut irrationalem. plus est hoc modo, homo est animal mortale (*d.* **R**) *lacunam quam poteram paucissimis explevi* || 15 ex *del.* **B**^{2} *et Dick* (*d.* **R**) || 17 quamvis ... grammaticum *om.* **C**^{1}**EFV**^{1} (*d.* **R**) || 18 definio **A** (*d.* **R**) || 19 speravimus **E** sparavimus **F**^{1} (*d.* **R**) || 20 dis **B**^{1}**C**^{1} (*d.* **R**) | adendo **AD**^{1} (*d.* **R**) || 21 *ante* totum *add.* De toto **G**, Quid sit totum *cett. praeter* **B**^{1} | partibus] pluribus **A** (*d.* **R**) || 22 numquam] nequam **M**^{1} | in *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**C**^{1}**FVP**^{1} (*d.* **R**)

individuis invenitur, ut si hominem ⟨certum⟩ designemus et eius partes singula membra faciamus. intellegimus id ipsum totum esse, quia certum hominem constituimus, et definitionem et nomen ipsius totius non posse in partes cadere. non enim aut bracchium solum aut caput hominem dicere poterimus, aut ipsius definitionem singula membra recipiunt. sed animadvertendum est, quod aliquando omne pro toto dicere possumus, sed alio quodam intellectu. nam totum etiam in singulis, omne in multis agnoscitur. nam cum dicimus 'homo Cicero', quia unus est, ideo totus intellegitur; 'homo' autem, quia imperitus et artifex et vir et mulier esse potest, melius omne accipimus.

351 Partes sunt, quae in toto esse intelleguntur et quibus totum constat.

352 Dividere usque eo debemus, donec ad individuum veniatur; et hoc fit, cum per differentias ad paucitatem genera redigimus et eis ita formas subicimus, ut et ipsae singulae aliis sub se positis etiam genera esse possint, ut *animal* si breviter primo dividere voluerimus, per differentias possumus, quod alia sunt gradientia, alia serpentia, alia natantia, alia volantia. hinc item, hoc est de singulis formis, possumus genera facere, ut dicamus animalia gradientia genus esse et ei formas subiciamus, quod alia sunt humana, alia ferina. et ex his possunt esse aliae formae, per quas, si necesse fuerit, ad individuum poterit perveniri. [sed hoc non in omni assertione facere oportet, sed in subtili quadam disputatione.] tunc autem in oratione hoc modo possumus dividere, cum id exigit obscuritas causae; quod si causa non sit obscura, divisionis quidem ratio inesse et tractari debet, sed multum apparere non debet.

353 Partiendi differentiae non frequenter occurrunt, atque ita sine his infinita potest esse partitio, si usque ad individuum voluerimus pervenire. nam si certum hominem pro toto dicamus et eius partes breviter colligere voluerimus, differentiae non suppetunt partium, et certarum partium

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 certum *suppl. Dick coll. l. 114, 27* || 2 quia] quod **D**^{2}**F** quo **G** (*d.* **R**) || 3 et nomen et definitionem **L** | *post* definitionem *add.* tamen **B**^{2}**G** || 7 nam totum] non tantum **A** || 8 decimus **AR**^{1} | homo Cicero] hocicero **M**^{1} cicero homo **L**^{1} cicero homo est **L**^{2} ⟨Cicero⟩ homo, Cicero *Dick* | ideo *Dick* in eo *libri* (*locus mihi nondum sanatus videtur*) || 10 omne **BD**^{2}**MEFV** omnem *cett.* || 11 *ante* partes *add.* Quid sit pars *libri* (quid pars *insuper add.* **L**^{m}) | et in quibus **L**^{1} || 12 *ante* dividere *add.* Qui in dividendo modus (modos **AD**^{1}**R** *om.* **M**^{1} modus sit **M**^{2}) *add. libri* (Qui in dividendo modus *insuper add.* **L**^{m}) | individuum] individendum **R**^{1} || 14 et *om.* **L**^{1}**P**^{1} | ipsi **CEF**^{1}**V** | singulae *del.* **F**^{2} || 16 quod] quid **A** | sint **G** | alia^2 . . . 18 gradientia *om.* **C**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | *post* alia^2 *add.* sunt **C**^{2} || 16.17 alia volantia *om.* **F**^{2} || 17 hoc . . . formis *del. Grot.* | hoc est *om.* **F**^{2} || 18 ut] ut si **D**^{2} || 20 pervenire **B**^{1} | sed . . . 21 disputatione *ut glossema seclusi* || 21 quadam] quidam **D**^{1} *om.* **C**^{1}**EFP**^{1} || 23 divisiones **M**^{1} | ratio inesse] rationes esse **A** rationesse **R**^{1} ratio nosse **M**^{1} ratio esse **G**^{2} || 25 *ante* partiendi *add.* Qui in partiendo modus *libri* | differentia **AR** differtiae **C**^{1} || 26 partio **AM**^{1}**R**^{1}**V**^{1} || 28 ceterarum **R**^{2}

nominibus uti cogemur, ut dicamus caput, pedes et reliqua; quae si complecti breviter voluerimus, quoniam differentiae desunt, non possumus singula colligere, quia multa sunt, et aut impossibile erit aut longum.

Interest autem inter divisionem et partitionem, quod in divisione per 354
formas currimus, in partitione per partes. formae autem sunt, quae generi subiciuntur et eius definitionem tenere possunt et nomen. partes sunt, quae in toto sunt et definitionem numquam, nomen interdum totius recipere possunt. possumus tamen unam eandemque rem et pro genere et pro toto accipere, sed alia quadam vi; ut est *homo*, quem si in adulescentem, senem et puerum dividere voluerimus, genus est et formae eius; quem si in caput, pedes et manus partiri voluerimus, totum est et partes eius, quia adulescens, senex et puer, quas formas esse diximus, et nomen hominis recipiunt et definitionem, ut et senex dicatur homo, animal rationale mortale, et puer et adulescens. caput vero et pedes, quas partes esse diximus, neque definitionem hominis neque nomen accipere possunt, quia nec caput potest dici homo, animal risibile, nec pedes nec manus.

Aequivocum est, quando multarum rerum unum est nomen, sed non 355
eadem definitio, ut *leo*. nam quantum ad nomen pertinet, verus et pictus et caelestis leo dicitur; quantum ad definitionem, aliter verus definitur, aliter pictus, aliter caelestis.

Univocum est, quando duarum aut plurium rerum unum nomen est et 356
definitio, ut *vestis*. nam et byrrhus et tunica et nomen vestis habent et definitionem possunt accipere. ergo hoc univocum in generibus esse intellegitur, quae et nomen et definitionem dant formis suis.

§ 354 cf. Cic. top. 31 formas qui putat idem esse quod partes, confundit artem; *Quint. inst. 5, 10, 63* || *§ 355 cf. Arist. cat. 1, 1 (exscribit hunc locum Isidorus orig. 2, 26, 2)* || *§ 356 Arist. cat. 1, 2; cf. Dig. 50, 16, 127 (Isid. orig. 2, 26, 3)*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 cogimur *Dick ex Bern.* || 3 collegere **R**^{1} alligere *n. f.* **C**^{1} | longium **M**^{1}**R**^{1} || 4 *ante* interest *add.* Quid inter divisionem et partitionem **L**^{m} Diferentia inter partitionem et divisionem **P**^{m} | partionem **AD**^{1}**MR**^{1}**G**^{2} | divisionem^2 **ACEF** || 5 partitione **BD**^{2}**L**^{2}**P** partiones **ARC** partione **MG** partitiones *cett.* || 9 accipere] dicere **M** (*d.* **R**) | in *om.* **B**^{1} (*d.* **R**) || 11 quem ... 12 eius *om.* **G**^{1} | partiri par voluerimus **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**L**^{1} || 12 eius *del.* **V**^{2} (*d.* **R**) | quia] qui **AD**^{1}**L**^{1} (*d.* **R**) || 13 et^2 *om.* **E**^{1} (*d.* **R**) || 14 ratione **AD** (*d.* **R**) || 16 nec pedes *om.* **F** | nec^2] ne **C**^{1} || 18 *ante* aequivocum *add.* Quid sit aequivocum *libri* Quid aequivocum *insuper add.* **L**^{m} | non *om.* **C**^{1}**EF**^{1}**V**^{1}**P**^{1} || 19 eandem **R**^{1} || 20 leo *om.* **C**^{1} | verus] vero **C**^{1} || 21 aliter caelestis *om.* **C**^{1} aliter *om.* **R**^{1} *ante* aliter *add.* et **C**^{m}**G** || 22 *ante* univocum *add.* Quid sit univocum *libri* Quid univocum *insuper add.* **L**^{m} || 23 tonica **C**^{1}**EFVL**^{1}**P** || 24 in generibus esse *Isidorus orig. 3. 2, 63 (cf. p. 117, 13)* in generis serie ordine **C**^{1} (ordine *etiam* **D**^{2}) in generis serie *cett.* || 25 quae *scripsi DMCE 29* quia *Isidorus* quod *libri* | et^2 *om.* **G** | dant **ARC**^{1}**EFV** *et libri aliquot Isidori* dat *cett.*

357 Plurivocum est, quando multis nominibus una res dicitur, ut *gladius*; nam et *ensis* et *mucro* idem significat.

358 Rebus sua sunt verba, quae naturalia atque etiam propria dicimus, ut *lapis*, *lignum* et cetera.

359 Aliena sunt, quae ratione aliqua mutuamur vel propter necessitatem vel propter decorem: propter necessitatem, ut dicimus vites *gemmare*, *laetas* segetes. hic enim, quoniam proprium deficit, alieno usi sumus; neque enim aut vites aliud quam gemmare, aut segetes aliud quam laetas possumus dicere; propter decorem autem dicimus *fluctuare* segetes. possumus enim [aliud] *moveri* dicere, sed quoniam ornatum non est, alieno utimur.

360 Aliena verba tribus modis fiunt, aut per similitudinem aut per contrarium aut per differentiam: per similitudinem, ut sunt quae in Grammaticae tropis numerantur, ut hoc ipsum, quod dixi, *fluctuare* segetes. ex hoc genere sunt etiam illa, quae ex toto partem aut ex parte totum significant in hunc modum, ut decentem verborum habeant propinquitatem; haec enim similitudinis genere placuit includi. per contrarium verba dicuntur, quando contra quam dicimus accipiuntur, ut *Parcas* dicimus Fata, cum non parcant, et *lucum*, cum non luceat. hoc grammatici *κατ' ἀντίφρασιν* vocant. per differentiam aliena verba sunt, cum sine

§ 357 cf. Quint. inst. 10, 1, 11 || *§ 358–360 cf. Cic. orat. 80 s.; de orat. 3, 155; Quint. inst. 8, 6, 6; Iul. Vict. rhet. p. 82 Giomini; Isid. orig. 1, 37, 5* || 17–20 *cf. Serv. Aen. 1, 22; Char. I 276, 13; Don. IV 402, 3; Cledon. V 18, 36; Pomp. V 228, 20; 259, 39; 311, 2; Sacerd. VI 462, 11; Isid. orig. 1, 37, 24*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *ante* plurivocum *add.* Quid sit (sit *om.* A) plurivocum *libri* Quid plurivocum *insuper add.* L^m | multis] pluris F^2 | una res] nares M^1 || 2 nam *om.* M | significant $B^2M^2R^2GL^2$ || 3 *ante* rebus *add.* Quae sunt verba rebus sua $ABD^1R^1C^2E^2F$ Quae sunt rebus verba sua D^2 Quae sunt sua verba M Quae rebus verba sua R^2 Quae sunt verba in rebus sua C^1E^1V Quae rebus verba sua sint GL^mP | rebus sua sunt verba D^2ML^2 sunt R^2 rebus sua sua verba *n. f.* L^1 rebus verba sua sunt G sunt verba *cett.* (*vide quae dixi praef. p. VII*) | atque] et quae M || 5 *ante* aliena *add.* Quae aliena BDMRCEFVGLP *eadem post* ratione *add.* A | mutuamur *scripsi* mittatur A mutuantur BD^2MC^2L mutantur *cett.* || 7 *ante* laetas *add.* et MC^2GP | hinc M^1L^1 | defecit EFP defuit *fort. legendum* || 8 quam[1]] quem M^1 || 10 enim] etiam CEFVP | aliud *temere repetitum delevi* aliqua ut C^1V^1 | non *om.* M^1F^1 || 11 utimur $D^2MR^2C^2G$ non utitur A utitur *cett.* || 12 *ante* aliena *add.* Quod modis aliena verba fiunt AM Quot modis aliena sint R^2 (*eadem post* fiunt *add.* G) Quot modis aliena verba fiant *cett.* | verba *om.* G^1 | similitudines DR^2 | contrarium D^2MC^2P contraria *cett.* || 13 per differentiam C^2GPL differentiam D^2M per differentias R^2 differentia *cett.* | similitudines R^2 || 14 dixit AR^1CEFVP || 15 ex hoc] in hoc D^vP^v et hoc F | toto partem aut ex *om.* F | aut ex parte *om.* R^1 | ex[3] *om.* L^1 || 16 modum] mundum L^1 | decentem *scripsi* decentur A decenter *cett.* || 17 enim *om.* C^1 | contraria R^2 || 18 quam] quod D^2 | adicimus *n. f.* L^1 || 19 facta $D^1R^1L^1$ | cum[2] *om.* A || 20 catantifrasin R cata antifrasin A cata antifrasint C^1 cata antifrasis EFV cata antifrasin *cett.* | differentia R^1C differentias R^2

ulla ratione ex aliis assumuntur, ut si hominem neque corpore durum
neque ingenio stolidum *lapidem* dicamus. sed his uti non convenit; stul-
tum est enim aut nihil significantia aut nimis aliena proferre. propriis
autem, similibus et contrariis uti fas est.

Antequam de substantia dicam, quaedam docenda sunt. omne quic- **361**
quid dicimus aut subiectum est, aut de subiecto, aut in subiecto, aut de
subiecto et in subiecto. subiectum est prima substantia, quod ipsum nulli
accidit alii inseparabiliter, ei tamen alia accidunt, ut *Cicero* — non nomen,
sed quod eo nomine significatur. de subiecto est, quod de ipso subiecto
dicitur et dat ei et definitionem suam et nomen, ut *homo*; nam et homo
Cicero et animal rationale mortale. ita et nomen et definitio, quae est de
subiecto, eidem subiecto accessit; ideoque hoc, quod de subiecto dicitur,
in generibus vel in formis invenitur. in subiecto est, quod neque nomen **362**
neque definitionem dat subiecto, sed in ipso subiecto ita esse intellegitur,
ut sine eo esse non possit, ut rhetorica; nam nec nomen eius potest subiec-
tum recipere nec definitionem. neque enim aut rhetorica Cicero aut bene
dicendi scientia Cicero; in eo autem intellegitur, cum id ipse vocari non
possit. de subiecto et in subiecto ⟨est⟩, quod alii de subiecto, alii in sub-
iecto est, ⟨ut⟩ *disciplina*; nam eadem rhetoricae de subiecto est, Ciceroni
in subiecto. prima ergo substantia subiectum est, secunda, quae de ipsa
prima dicitur, ut sit *Cicero* prima substantia, *homo* et *animal* secunda.
iam in subiecto omnes consequentes praedicationes esse intelleguntur,
itaque de singulis videamus.

§ 361 et 362 ex Arist. cat. 2, 2 et 3, 3–6

[ABDMR CEFV GLP] 1 ex] ab **R**^{2} | alii **R**^{1} | assummuntur **C** asseruntur **F**^{2} || 2 conveniunt **EF** (*d.* **R**) || 4 *ante* similibus *add.* et **D**^{2}**CGP**^{2} (*d.* **R**) | *ante* contrariis *add.* de **F** || 5 *ante* antequam *add.* Quid sit substantia *libri* Quid substantia *insuper add.* **L**^{m} | antequam . . . sunt *delebat Eyss.* | substantia *Dick* hac *libri propter titulum* || 6 de^{1}] in **AD**^{1} | *post* subiecto^{1} *add.* est *libri praeter* **BD**^{2}**G** | in] de **AD**^{1} (*d.* **R**) | *post* subiecto^{2} *add.* est **BD**^{2} || 6. 7 aut de subiecto et in subiecto **BM**^{m}**G**^{1}**L** aut de subiecto aut in subiecto **F** *del.* **G**^{2} *om. cett.* || 8 ei tamen] etiam **A** et tamen **D**^{1} | *post* Cicero *add.* est *libri, quod om. dett. et ed. Dick* || 10 et^{2} *del.* **G**^{2}**L**^{2} || 11 *post* cicero *add.* est **D**^{2}**RGL**^{2}**P**^{2} | ita] ata **A** *om.* **M** | et^{2} *om.* **R** | de *om.* **B**^{1} || 13 *post* invenitur *add.* Quid sit subiectum **R** Quid sit subiecto **V** *nihil add.* **G** Quid in subiecto *cett.* | est *om.* **L**^{1} || 15 esse non possit] non possit **AR**^{1} non possit esse **R**^{2} possit **C**^{1} esse non posse **V** | nam . . . 16 rhetorica *om.* **M**^{1} || 17 in eo autem] sed in eo esse **R**^{2}**G** | intellegitur **BD**^{2}**MR**^{2}**CGL**^{2} intelleguntur *cett.* || 18 de subiecto et in subiecto est quod] Quid (sit *add.* **V**) de (e **AR**) subiecto et in subiecto quod **ABDM**^{2}**RCEF**^{1}**VLP** quid de subiecto est **M**^{1} *nihil horum habet* **G** | alii^{1} *ed. Dick ex Monac. 14401* aliud *omnes mei* quod aliud *del.* **L**^{2} | alii^{2} *ed. Dick ex Monac. 14401* aliud *omnes mei praeter* **L**^{2}, *qui* aliud *in* et *mutat* || 19 ut **L**^{2} *om. cett.* | rhetorica **R**^{2}**FG** || 19. 20 de subiecto est, Ciceroni in subiecto] in subiecto est ciceroni **R**^{2} de subiecto est et ciceroni in subiecto **C** est ciceroni in subiecto **F**^{2} in subiecto cicerone est **G** || 20 ergo] igitur **G** | *ante* subiectum *add.* est **M**^{1} || 21 sit cicero **D**^{2}**MCGL**^{2} sicero **L**^{1} si cicero *cett.* || 22 iam] nam **D** | in *om.* **A**

363 Qualitas est, secundum quam dicimus quale est, ut *candor*. et ex hoc intellegi licet et qualitatem in subiecto esse, cum candor necessario in aliquo sit, sine quo esse non possit. utique ipsum aliquid, in quo est, subiectum est.

Quantitas est, secundum quam dicimus quantum est, ut *bipedale*. etiam istam in subiecto intellegi necesse est.

Relativum est, quod ad aliquid vocant, ut *pater*, *frater*. et haec utique in subiecto sunt; nam necesse est, ut haec nomina ad aliquid sint; et nonnulla sunt, †de quibus dicantur illa quae dicuntur in anima videbuntur.† [quid] loci [id] est, quod dicimus *Romae*: Roma substantia est; ipsi Romae hoc accidit. [quid] temporis, ut *heri*, *nuper*, *vesperi*: quorum motu tempus intellegitur, substantiae sunt, ut sol, cuius cursu tempus intellegimus, et quae aliquam intellegentiam morae in nobis faciunt. [quid] situs, ut puta *iacet*, *sedet*. [quid] habitus, ut *calceatus*, *armatus*; substantia est homo, et haec illi accidunt. [quid] facere, ut *secare*, *urere*. [quid] pati, ut *secari uri*.

364 ⟨Prima⟩ substantia est, quae nec in subiecto est inseparabiliter neque de ullo subiecto praedicatur. 'inseparabiliter' autem ad hoc definitioni adiectum est, quod omnis prima substantia, quamvis in loco aliquo sit, tamen ab eo separari et migrare potest, ut Cicero ita in curia esse intellegitur, ut inde possit aliquo discedere; et pars primae substantiae, quamvis in toto sit, non tamen inseparabiliter; nam sive re ipsa sive cogita-

§ 363 ex Aristot. categ. 2, 7 (Isid. orig. 2, 26, 6–10) || § 364 et 365 cf. Aristot. categ. 3, 1–16 et 20

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *ante* qualitas *add.* Quid sit qualitas **V** Quid qualitas *cett.* Quid qualitas *insuper add.* **L**^{m} || 1.2 hoc intelligi *om.* **M** || 2 necessaria **L**^{1} || 3 utique . . . subiectum est *om.* **M**^{1} || 4 est *om.* **B**^{1}**L**^{1} || 5 *ante* quantitas *add.* Quid sit quantitas **V** Quid quantitas *cett.* Quid quantitas *insuper add.* **L**^{m} | bipedale] tibi pedale **A** || 6 etiam] et **M**^{1} | istam **G** *om.* **AB**^{1} ista *cett.* || 7 *ante* relativum *add.* Quid relativum *libri* Omnia comparativa relativa sunt *add. insuper* **P**^{m} | ad *om.* **M**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**L**^{1} | aliqui **M**^{1}**R** | et] et ut **B**^{1} ut **R**^{1} || 8 subiecta **AR** suiecto **C**^{1} | nomina] omnia **B**^{2} *fort. recte* | ad *om.* **AD**^{1}**R**^{1} | aliqui **V** | et] ei **R**^{1} || 9 nonnulli **AR**^{1} nulli **D**^{1} non ulla **C**^{1} | quibus] quibusdam **R**^{1} | dicantur] dicuntur **M**^{1} | illa quae dicuntur *om.* **M**^{1} | dicuntur] dicantur **A** (*totus locus Oedipodem suum adhuc exspectat*) || 10 quid *et* id *del. Petersen 52n.* | *post* est^1 *add.* ubi id est **P** | quod] quid **B**^{1} || 11 haec accidit **AD**^{1}**R**^{1} haec accidunt **R**^{2}**G** accidit (*omisso* hoc) **M**^{1} | quid *del. Petersen* | esperi **AR**^{1} | quorum **BMR**^{2}**CF**^{2}**GL** quarum *cett.* || 12 motum **AD**^{1} motus **B**^{1}**M** | cursum **D**^{2}**MP**^{1} || 13 morae] morulae **D**^{2}**M**^{2} || 14 quid *del. Petersen* | quid (qui **M**^{1}) *del. Petersen* | ut^2 **G** *om. cett.* || 15 quid *del. Petersen* | urere] currere **ABDMR**^{1} || 16 quid *del. Petersen* || 17 *ante* prima *add.* Item de substantia *libri* Quid substantia *insuper add.* **L**^{m} | prima *h. l. addidi, quod post* substantia *add.* **D**^{2}**L**^{2} *om. cett.* || neque . . . 18 inseparabiliter *om.* **M**^{1} || 18 inseparabiter **A** | ad] ob **R**^{2}**G** || 19 quamvis] quam **P**^{1} || 19.20 sit tamen] attamen **D**^{2} sit attamen **D**^{3} si tamen **M**^{1} || 20 migrare **B**^{1}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} migrari *cett.* | possit **R**^{2}**G** | intellegitur **BDMR**^{2}**F**^{2}**G** intellegatur *cett.* || 21 ut *om.* **C**^{1} | dicere **C**^{1} | substantiae *om.* **D**^{1}

tione separari a corpore nostro bracchium potest. at vero rhetorica ita est in animo Ciceronis, ut etiam si aliquo casu esse destiterit, non tamen intellegatur migrare, quoniam nec cum esse coepit, intellegitur advenisse.

Secunda substantia est, quae de prima, ut dictum est, praedicatur, ut **365**
homo de Cicerone, et *animal* de homine et Cicerone. et quicquid genus est primae substantiae, secunda substantia esse intellegitur. ita ergo substantiis omnibus commune est non esse in subiecto; prima vero nec de subiecto est. substantia nec intendi nec remitti potest, id est recipere magis et minus, [et] siquidem nemo homine alio magis homo est, et nec ipse unus homo magis cras erit homo quam hodie fuit, et in diversis non magis equus equus est quam homo homo. hoc autem observandum est in substantiis, inter consortes suas, id est ut primam primae compares, secundam secundae. nam si secundam primae compares, magis substantia est prima quam secunda. prima enim rem magis declarat, secunda vero habet quandam communionum ambiguitatem. nam cum dico *Cicero*, iam quiddam individuum certumque significo; cum dico *homo*, quoniam cuncti sumus huic appellationi subditi, incertum est, quem significem. ita ergo fit, ut magis sit substantia prima quam secunda, quia rem certius ostendit. magis ergo et minus substantia non recipit **366**
inter consortes suas. item substantia contrarium nihil habet; nam nihil homini aut equo contrarium. sed si quis dixerit Clodium Ciceroni fuisse contrarium, intelligit non ipsas substantias fuisse contrarias, sed qualitates, quae in ipsis erant, ut malitiam bonitati aut vitium virtuti aut iniustitiam iustitiae. videtur autem substantiae proprium, quod una eademque capax est contrariorum quadam sui permutatione, ut lapis, cum idem sit, potest nunc albus esse, nunc niger, idem tamen lapis esse non desinit; et Cicero, primo stultus, postea sapiens, idem tamen Cicero esse non desinit.

§ 366 cf. Aristot. categ. 3, 18–22

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 ita **AB^{2}M^{2}C^{2}F^{2}V^{2}GP^{2}** *om. cett.* || 2 in animo *om.* **C^{1}V^{1}** (*d.* **R**) | distiterit **A** destituerit **M^{1}** (*d.* **R**) || 3 intellegitur **M^{2}** (*d.* **R**) | coeperit **D^{2}** accepit **C^{1}V** (*d.* **R**) | intelletur **M^{1}** (*d.* **R**) || 4 *ante* secunda *add.* De secunda substantia *libri* (*d.* **R**) || 7 de *om.* **P** || 8 est^{1}] et **A** *om.* **P** (*d.* **R**) || 9 magis] maius **A** | minus] minus esse **A** minus est **R** | et *delevi, quod delet etiam* **C^{2}** || 11 homo^{2} *om.* **C^{1}EFV** || 13 subtia **L^{1}** || 14 est *om.* **D^{1}** | rem magis] magis rem magis **R^{1}** | declaratur **B^{1}** || 15 communionum ambiguitatem **D^{2}ML^{2}** communionem ambiguitatem **C^{1}** communionem ambiguitatum *cett.* || 16 quidem **M** quidam **R^{1}** | significat **M^{1}** || 17 appellationis **M** apellationi **L** | suditi **M^{1}** (*oblitus est Mart. Dialecticam apud deos loqui*) | quem] quid **M** || 18 ut *om.* **MC^{1}** || 19 et *om.* **M^{1}** | non *om.* **B^{1}** || 20 inter] ut inter **A** | suos **B^{1}M** | nam *om.* **M** || 21 dixeris **C^{1}** | dodium **D^{1}** gclodium **M^{1}** claudium **F^{2}G** || 22 intellegat **B^{2}MR^{2}F^{2}GP** intellegas **D^{2}** || 23 ut malitiam bonitati] ut bonitati **E** nitati **F^{1}** || 25 eandemque **R^{1}** edemque **V^{1}** | sui permutatione **AB^{2}D^{2}C^{2}** supermutatione *cett.* || 26 sit] si **R^{1}** || 27 et Cicero . . . 28 desinit *om.* **AM^{1}** | idem] ideo **RC^{1}EFVP** || 28 esse *om.* **L** | desit **C^{1}** desint **G^{1}**

367 Qualitatem esse diximus, secundum quam dicimur quales. qualitatum forma una est, in qua dispositio quaedam et habitus mentis esse intellegitur, ut in omnibus perceptis artibus, sapientia, grammatica, rhetorica ceterisque, quae ita haerent animo, ut difficile amitti possint. sed in his aliqua perfecta sunt, aliqua imperfecta, ut si qui grammaticae arti operam dederit, in plerisque tamen fallatur, nondum potest dici habitus, sed tantum dicitur dispositio. ita non omnis dispositio habitus, omnis autem
368 habitus dispositio esse intellegitur. secunda species est earum qualitatum, quas recte passibiles dixerimus, ut dulce atque amarum, calidum vel frigidum, non quod ex his eaedem substantiae aliquid patiantur, sed quod sensus nostros aliquid pati cogant. cogit enim aliquid pati et tangentem calor et dulcedo gustantem. item quae nobis ex aliqua passione naturae inoleverint, secundum quas pallidus quisque vel ruber dicitur, non tamen ita ut quis aliqua repentina causa vel pallet vel rubet; nam ipsae passiones rectius, non qualitates appellantur, siquidem secundum has non dicimur quales. non enim sequitur, ut qui pallet sit pallidus, aut qui amat amator, aut qui est ebrius ebriosus. illae igitur passiones sunt,
369 hae qualitates. tertia species est earum qualitatum, quae non ex eo, quod iam quisque est, sed ex eo, quod esse potest, intelleguntur, ut dicimus fragile lignum, non quod iam fractum sit, sed quod frangi possit. nam et palaestricum corpus duobus modis dicimus: et id, quod palaestra compositum est, et id, quod natura ita formatum, ut huic arti accommodatum sit, quamvis ea non sit imbutum. illud tamen a palaestra recte dicitur palaestricum, quod ipsius artis habet effectum, non autem invenitur ipsius qualitatis nomen, unde sit denominatum et derivatum palaestricum illud, quod nondum est, sed esse potest. quare cognoscendum est dici quasdam substantias ex qualitatibus, quarum nomina non

§ 367 Arist. categ. 6, 1–6 || *§ 368 Arist. categ. 6, 8–13* || *§ 369 Arist. categ. 6, 7 et 17*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *ante* qualitatem *add.* Item de qualitate **ABDMR CEFVL** De qualitate **G**, *quod insuper add.* **L**^{m} *et post* quales *add.* **P** | dicimus **EFV**^{1}**P**^{1} | quales] quale est **R**^{2}**G** *collato p. 118, 1; at contra l. 16* dicimur quales || 3 ut *om.* **AR**^{1} *del.* **F**^{2} || 4 ammitti **AC** ammiti **F** || 5 qui **ABM**^{1}**RG** quis *cett.* || 6 implerisque **B**^{1}**RG** | tamen *om.* **G** | fallitur **M**^{2} || 7 tantum **B**^{2} tamen *cett.* | dicitur *om.* **L** | ita . . . dispositio *om.* **C**^{1}**V** || 9 *ante* dixerimus *add.* esse **CE VP** || 10 vel] atque **CEFVP** | quod] quo **B**^{1}**D**^{1} | eaedem **BD**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**FGLP**^{2} eadem *cett.* || 11 cogant] cogantur **B**^{1} | tam gentem **R**^{1} tangent **F**^{1} angentem **P** || 12 dulcedo] dulce **F** || 16 dicimus quales **M** dicitur qualis **G** | qui *om.* **P**^{1} (*d.* **R**) || 17 amotor **L**^{1} (*d.* **R**) | ebrius *om.* **M** (*d.* **R**) | illi **L**^{1} | igitur] enim **M**^{2} || 18 hae qualitates **AD**^{1}**M**^{2}**C**^{2}**L**^{1} eae qualitates **B**^{1} non qualitates **B**^{2}**D**^{2}**F**^{2}**L**^{2}**P** et non qualitates **G** aequalitates *cett.* (*d.* **R**) || 19 intellegitur **B**^{2} (*d.* **R**) || 20 *ante* frangi *add.* iam **M**^{2} || 23 imbutus **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R** (*haud scio an legendum sit* quamvis ⟨quis⟩ ea non sit imbutus) | a *om.* **M**^{1}**R** || 25 dirivatum **A** || 26 esse *om.* **L**

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 *post* necessario^2 *add.* generaliter **D^{2}M^2** | universaliter quoniamque *scripsi DMCE 36* universaliter quae quoniam **AB^{1}D^{1}M^{1}R^{1}C^{1}EF^{1}VP** universaliter et quoniam **B^2** universaliterque quoniam **D^{2}M^{2}F^{2}G^{1}L^1** universaliter quoniam **R^{2}C^{2}G^{2}L^2** universaliter, quare quoniam *Petersen 13* || 2 enumerandum **R^{2}G** | securrum **E** | indefinitivum **R** || 3 particulari] universali **F^2** || 5 quarum **L^{2}P^2** qualia **A^{1}B^{1}D^{1}R^1** *del.* **A^2** quarum alia **D^{2}R^{2}G** quia *cett.* | altera^1 *om.* **GP^1** *del.* **D^{2}R^2** | altera^2] alia **R^2** || 6 ut^1 *edd.* | bonum *bis scriptum in* **A** (*d.* **R**) | ut^2 *om.* **G** (*d.* **R**) || 7 *post* bonum *add.* Intuendum est quemadmodum convertantur **B^{2}G** Quemadmodum convertantur *cett.* (*d.* **R**) || 9 autem] enim **EFV** (*d.* **R**) || 10 voluntas **A** (*d.* **R**) || 12 animal^1 *bis scripsit* **C^1** (*d.* **R**) || 14 animal homo] homo animal **R** || 15 necessario *Monac. 14401* necessariam *omnes mei* || 17 abdicativa non . . . 18 et particularis *om.* **G** | abdicative **AB^{1}D^1** (*d.* **R**) || 18 et *om.* **BD^1** (*d.* **R**) | dedicative **AR^1** || 20 declarative **AR^1** || 21 ergo] ego **L^1** | bonum] hominum **A** | *post* subiectiva *add.* est **R^{2}VL^2** || 22 bonum non est **D^{2}M^{2}R^{2}GP** non est bonum *cett.* || 23 facta es **R^1** faciet **C^1** fiet **C^2** | *post* fuit *add.* ante **EFVLP** | negotio **R^{1}V^{1}L^1** || 24 si] sic **D^1** | dicere] cedere **V** || 25 est^1] non est **R^1** || 26 quae *om.* **E^1**

recte aut non recte proponi possunt, ut verum aut falsum possint ostendere. haec autem quinque sunt iam superius demonstrata: genus, differentia, accidens, definitio et proprium. ergo definitio et proprium faciunt illa proloquia recurrere, alia tria nullo modo. namque, ut omnis homo animal est rationale mortale, ita omne animal rationale mortale homo est; et, quemadmodum omnis homo risibile est, ita omne risibile homo est. rursum in particulari abdicativo videndum est, quid sit proprium non esse. ut enim proprium est hominis esse risibile, ita proprium est risibile non esse praeter hominem. ergo si particulare abdicativum proponamus sic, 'quiddam risibile non est praeter hominem', recurrit sine dubio, quiddam praeter hominem non esse risibile. item 'quiddam inanimum, irrationale, immortale non est homo'; 'quidam homo non est inanimum, irrationale, immortale'. item sunt aliae conversiones, quae faciunt 399
easdem proloquiorum particulas indefinitas, etiam negatione scilicet de loco migrante. nam particulae indefinitae fiunt hoc modo: 'homo', 'non homo'; 'animal', 'non animal'; et ideo indefinitum est, quia negas tantum hoc esse, non dicis quid sit. cum ergo dico 'omnis homo animal', si velim recte convertere, adhibeo negationes, ut fiant particulae indefinitae. si enim est verum 'omnis homo animal est', et verum est 'omne non animal non homo'. hac conversione usus est in rhetoricis Cicero: 'deinde si constitutio et ipsa et pars eius quaelibet intentionis depulsio est, quae intentionis depulsio non est, ea nec constitutio est nec pars constitutionis'. item particularis abdicativa potest hoc modo converti: 'si enim quoddam 400

§ 399 cf. Ps. Apul. herm. p. 271 (cf. etiam p. 268) || 20 *Cic. inv. 1, 13* || *§ 400 cf. Ps. Apul. p. 271*

[**ABDMR CEFVGLP**] 2 *post* genus *add.* species **D**^{2}**R**^{2}**GL**^{1}**P** || 3 definitio **DML**^{2} finitio **AR**^{1}**C**^{1} *rasura quasi 8 litt. in* **B** species **B**^{2}**EFV** forma **C**^{2} *om.* **GL**^{1}**P** | et^1 *om.* **G** | ergo definitio et proprium *suppl. Dick* *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{1} *manifestam lacunam ita explent cett.*: ex his duo *ante* faciunt *add.* **B**^{2}**LP**, *eadem post* faciunt *add.* **EFV** horum duo id est definitio et proprium *add.* **D**^{m} duo ex his *ante* faciunt, *deinde* duo etiam *post* faciunt *add.* **M** ex his duo sunt quae *ante* faciunt *add.* **R**^{2}**G** duo ex his *ante* faciunt *add.* **C**^{2} || 4 decurre **A** decurrere **BDM**^{1}**R**^{1} recurrerere **P** || 6 homo risibile **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R** honori similis **E**^{1} homo risimilis **E**^{2} omnis risibilis **P** homo risibilis *cett.* || 7 abdicativo **G**^{2} addicativa **C**^{1} abdicativa *cett.* || 9 risibile non esse] non esse risibile **G** | hominis **AB**^{1} homines **B**^{2}**D**^{1}**MR**^{1}**C** || 10 quidam **R**^{1}**L**^{1} || 11 inanimum] animum **EF**^{1}**V** || 12 irrationabile **ACEFVP**^{1} rationale **D**^{1} | non est^1 . . . 13 immortale *om.* **L**^{1} | quiddam **AB**^{2}**RVG**^{2} quoddam **G**^{1} | inanimum] animum **EF**^{1}**V**^{1} || 13 irrationale **BDMRG** irrationabile *cett.* | conversationes **R**^{1}**C**^{1} || 16 non animal] inanimal **ABD**^{1}**R**^{1} *fort. recte* | infinitum **P** | quia] quae **L**^{1} || 17 esse] et **M** est **L**^{1} | *ante* non *add.* iam **B**^{2}**R**^{2}**CV**^{s}**G** | quid sit] quod sit **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1} quid illud sit **B**^{2} | *post* animal *add.* est **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**FVGP** || 18 converti **B**^{2} | definitae **AB**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) || 19 est^1 *om.* **B**^{1} *post* verum *ponunt* **EFVP** | animal homo **AB**^{1}**D**^{1} | est^2 *om.* **C**^{1} | et verum est *om.* **A** (*d.* **R**) || 20 *post* homo *add.* est **B**^{2}**G** (*d.* **R**) | constituo **B**^{1} constitutionis **V**^{1} (*d.* **R**) || 21 et ipsa . . . 22 constitutionis *om.* **V**^{1} | et^2 *del.* **F**^{2} | *post* pars *add.* constitutionis *ex Bern. Dick* || 22 *post* constitutionis *add.* est **MCEFV**^{m}

animal homo non est, quoddam non homo animal est', et in hac conversione observandum est, ⟨ut⟩ ubi non est negatio cum directo proponimus, sit dum convertimus. hanc vicissim conversionem recipiunt duo proloquia, quae illam primam non recipiebant; solum universale abdicativum non aliam recipit. vocetur ergo dicendi causa illa prima conversio, haec secunda. haec autem proloquia quemadmodum inter se affecta sint hoc



[**ABDMR CEFV GLP**] 1 homo^1 *ante* animal *ponunt* **EF**^{1}**V** *om.* **P**^{1} | homo animal] animal homo **A** || 2 ut *suppl. Petersen 13* quod **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**GP**^{2} *om. cett.* | derecte **AR** derecto **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1} directim **C** || 3 sit **C**, *sicut coniecerat Petersen 13* si **AB**^{1}**D**^{1}**R** ibi sit **B**^{2} ibi fit **D**^{2}**GP**^{2} fit *cett.* | convertimur **EFV** || 4 primam non *om.* **M**^{1} | *post* non *add.* necessario **B**^{2}**R**^{m}**G** || 5 aliam **L**^{2} illam *cett.* || 6 quae admodum **R**^{1}**F**^{1} | effecta **R**^{2}**G**

modo manifestius apparebit. quattuor lineis quadrata forma exprimatur. **401** in primo angulo superioris lineae scribatur universalis dedicativa et in alio eiusdem angulo abdicativa; item infra ad primum angulum particularis dedicativa, ad angulum reliquum particularis abdicativa; deinde ducantur angulares lineae ab universali dedicativa ad particularem abdicativam et ab universali abdicativa ad particularem dedicativam. duae igitur superiores simul confirmari non possunt, simul negari possunt; nam **402** non potest simul verum esse 'omnis voluptas bonum est', 'omnis voluptas non est bonum'. possunt autem simul esse 'non omnis voluptas bonum est', 'non omnis voluptas non est bonum'. duae vero inferiores vicissim simul negari non possunt, simul confirmari possunt. nam utique non potest simul non quaedam voluptas bonum et quaedam voluptas bonum esse; at vero potest et quaedam voluptas bonum esse et quaedam voluptas non esse bonum. angulares autem neque simul affirmari neque simul negari possunt. nam si verum est 'omnis voluptas bonum est', falsum est 'quaedam voluptas non est bonum'. item si falsum est 'omnis voluptas [non] est bonum', verum est 'quaedam voluptas non est bonum'. hoc item contingit, si prius particularem vicissim nomines. item si verum est 'omnis voluptas non est bonum', falsum est 'quaedam voluptas bonum est'; et si falsum est 'omnis voluptas non est bonum', verum est 'quaedam voluptas bonum est'.

Item universalis dedicativa confirmata particularem suam necessario **403** confirmat, negata non necessario eam negat. nam si verum est 'omnis voluptas bonum est', necessario verum est 'quaedam voluptas bonum est'. at vero si superiorem negemus hoc modo 'non omnis voluptas bonum

§ 401–403 cf. Ps. Apul. herm. p. 268–269

[**ABDMR CEFV GLP**] 3 alia **A** | abdicativa **ABD^{1}M^{1}R^{1}E^{1}F^1** universalis abdicativa *cett.* | item infra ad primum angulum] deinde in primo angulo **B^{2}D** | *post* angulum *add.* inferioris lineae **B^{2}DR^{m}CE^{2}GLP** || 4 ad ... abdicativa *om.* **P^1** | relicum **B^{1}D^{1}R^{1}L** reliqum **B^{2}FV** || 5 dedicativa] abdicativa **AB^{1}D^{1}R^1** | abdicativam] dedicativam **M^{1}C^1** || 6 et ab ... dedicativam *om.* **M^{1}C^{1}EFV^1** || 7 simul negari possunt *om.* **A** || 8 non *om.* **E^1** | *ante* omnis *add.* et **R^{2}EFVGLP** || 9 possunt ... 10 non^1 est bonum *om.* **D^{1}E^{1}FV^1** | esse] negata esse **B^2** || 10 *post* est^1 *add.* et **D^{3}R^{2}CGP^2** | non *om.* **A** || 12 *post* simul *add.* negari **B^{2}D^{2}M^{2}R^{m}G** (*de toto hoc loco vide Petersen 13 sq. et DMCE 37*) | non *del.* **D^2** | *post* et *add.* non **B^{2}M^{2}G^{2}L^{2}P** | *post* voluptas^2 *add.* non **B^{2}D^{2}R^{2}GL^{1}L^{3}P** *del.* **L^2** *idem post* bonum *add.* **M^2** || 13 esse^1 *om.* **D^{2}R^{2}G** esse *in* est *mutat* **B^2** | potest] potest simul affirmari **B^{2}D^{2}G** | et^1 *del.* **B^{2}D^{2}R^2** *om.* **G** | esse^2] est **B^{2}D^{2}R^{2}G** | et^2 ... 14 bonum *om.* **V^{1}P** || 14 non *om.* **M^1** | esse] est **B^{2}D^{2}R^{2}G** || 16 falsum] verum **B^{2}P** || 17 non *del. Petersen* | est^1] est non est **R** | verum] falsum **B^{2}P** | non est bonum **AB^{1}D^{1}RL^1** bonum est **B^{2}CEFVGP** est bonum **D^{2}ML^2** || 18 nominis **AR^1** | item **AB^{1}DMR** nam *cett.* || 19 omnis **AB^{1}DMR** quaedam *cett.* | quaedam **AB^{1}DMR** omnis *cett.* || 20 et] item **B^{2}CGP** | falsum] verum **B^{2}C^{2}GP** | omnis voluptas non est bonum **AB^{1}D^{1}RC** omnis voluptas est bonum **D^{2}M** quaedam voluptas bonum est *cett.* | verum] falsum **B^{2}C^{2}GP** | quaedam *del.* **F^2** omnis **GP** || 21 est **AB^{1}D^{1}RC** non est *cett.* || 23 eam *om.* **M** || 24 non *om.* **D^1**

est', potest fieri, ut quaedam voluptas bonum sit. particularis item dedicativa confirmata non necessario universalem suam confirmat, negata necessario illam negat. nam si verum est 'quaedam voluptas bonum est', non sequitur, ut omnis etiam voluptas bonum sit. si vero quaedam voluptas bonum non est, falsum est 'omnis voluptas bonum est'. in duabus reliquis hoc observabis.

404 Plenam sententiam cum proposuerimus, aliquid ex ea volentes efficere, cum concessa fuerit, sumptum dicitur. huic etiam uni sententiae alia certa ratione debet innecti et utique propter id, quod inferre volumus,
405 concedenda. et haec cum concessa fuerit, sumptum dicitur. ex duobus sumptis ratione sibimet nexis conficitur illatio. quae illatio sumptum propterea dici non potest, quia non exspectas, ut hoc etiam tibi adversarius concedat, sed eo invito sequitur, si modo ratione servata fuerit illatum. et ut hoc planum fiat exemplo, putemus quaestionem esse, utrum voluptas utilis sit. si proponamus ita 'omnis voluptas bonum est', plena quidem sententia est; sumptum efficitur, si hoc adversarius concedat. quo concesso adiungenda est alia sententia: 'omne autem bonum utile est'. si hoc etiam concesserit, efficitur sumptum; ex quibus duobus sumptis etiam invito eo sequitur 'omnis igitur voluptas utilis est'.

406 Hoc totum, quod constat ex duobus sumptis et illatione, ratiocinatio a nobis, a Graecis *συλλογισμός* appellatur. est ergo ratiocinatio ex duobus pluribusve concessis ad id, quod non conceditur, necessaria perventio. possunt ergo plura esse sumpta, sed minus a duobus esse non possunt. etenim est integra ratiocinatio, si ad illud, quod volumus ostendere, utilem esse voluptatem, tribus etiam sumptis pervenire velimus, ut 'omnis voluptas secundum naturam est; omne quod secundum naturam est bonum est; omne bonum utile est; omnis igitur voluptas utilis est'.
407 ex hoc apparet plura etiam licere addere, si oportuerit. nonnumquam

§ 404–405 cf. Ps. Apul. herm. p. 271–272 || *§ 406 cf. Ps. Apul. herm. p. 272*

[ABDMR CEFV GLP] 2 suam *om.* **B**^{1} || 6 hoc *om.* **D**^{1} idem *vel* etiam *desiderat Kopp* | observamus **C**^{1} | *post* observabis *add.* Quarta pars de summis proloquiorum incipit. quid sumptum **G** Quid sumptum quid illatio *cett.*, *insuper addunt* Quarta pars de summis proloquiorum incipit **M**^{m} Quid sumptum **L**^{m} || 8 cum concessa] concessa **M**^{1} cum cessa **L**^{1} | dicitur *om.* **R**^{1} | huic ... 10 dicitur *om.* **E**^{1}**F V**^{1}**L**^{1} | huic] hinc **CG** || 10 *post* dicitur *add.* Quid illatio **GL**^{m} | *post* duobus *add.* igitur **B**^{2} || 11 nexis] connexis **D**^{g}**V**^{2}**GP**^{g} || 13 modo ratione] moderatione **RC** || 14 ut *del.* **R**^{2} *om.* **CG** || 16 perficitur **F** || 17 alia] talis **E**^{1}**FV**^{1} | *post* sententia *add.* est **G** (*priore tamen* est *non omisso*) || 19 eo *om.* **R**^{1} *ante* invito *ponunt* **R**^{2}**G** | volutas **P** | *post* utilis *add.* quid syllogismus **G** Quid ratiocinatio quid syllogismus **L**^{m} || 21 a nobis ... ratiocinatio *om.* **D**^{1} | CYΛΛOΓICMOC **GP** syllogismus *cett.* || 22 quod non conceditur] quod concedatur **AR**^{1}**D**^{2}**M**^{v} quod non concedatur **B**^{1}**D**^{1} quod non ceditur **M**^{1}**L**^{1} quod conceditur **E**^{1}**F**^{2}**L**^{2} || 23 duo **M**^{1} || 24 et est enim **G** || 25 utilem **B**^{2}**D**^{2}**MCGL** utile *cett.* || 27 omnis ... utilis est *om.* **C**^{1}

etiam concludimus inferentes non quidem id quod conficitur, sed quod ex eo ipso, quod inferre debemus, necessario conficitur, hoc modo: 'omnis virtus bonum est, omne bonum utile est, omnis igitur virtus non nocet.' inferendum erat 'omnis igitur virtus utilis'; ex eo necessario sequitur non nocere; quod enim utile est, numquam nocet. hoc a Graecis *συμπέρασμα* dicitur, a nobis dici potest confinis conclusio.

Ratiocinatio igitur, sive propriam et suam sive confinem habens conclusionem, dividitur in duo genera: praedicativum et condicionale.

⟨Syllogismus⟩ praedicativus est, in quo sumpta ita sibi nexa sunt, ut **408** aliquo extrinsecus addito suppleantur, ut hoc, quod supra dictum est, 'omnis voluptas bonum est, omne bonum utile est'. videmus utique hic totum, quod supra positum est, non dictum, sed unam inde partem sumptam declarativam, quae secundo proloquio facta est subiectiva; quod proloquium secundum, ut impleret sententiam, aliquid petivit extrinsecus, id est 'utile est'. huius illatio conficitur ex eo, quod accessit, et ex eo, quod non est repetitum, id est 'omnis igitur voluptas utile est'. huius generis tres formae sunt: prima est, in qua declarativa particula superioris sumpti sequentis efficitur subiectiva, aut subiectiva superioris declarativa sequentis. declarativa superioris fit subiectiva sequentis ut in superius proposito exemplo; subiectiva superioris fit declarativa sequentis, si hoc modo velis convertere: 'omne bonum utile est; omnis voluptas bonum est; omnis igitur voluptas utile est'. secunda forma est, in qua declarativa superioris sumpti eadem est etiam declarativa sequentis, ut 'omnis virtus bonum est, et omnis voluptas non est bonum, omnis igitur voluptas non est virtus'. tertia forma est, in qua subiectiva superioris sumpti eadem est etiam subiectiva sequentis, ut 'quoddam bonum voluptas est; omne bonum utile est; quoddam igitur utile est voluptas'. in prima forma et universaliter et particulariter et dedicative et **409**

§ 408–409 cf. Ps. Apul. herm. p. 271; Isid. orig. 2, 28, 2

[ABDMR CEFV GLP] 4 *post* utilis *add.* est D^{2}R^{2}CE^{2}FVGL || 5 numquam] non L | *post* nocet *add.* Quid simplerasma GL^m | *συμπέρασμα* *edd.* symplerosma AB^{1}DR^1 sympherasma M simperasma B^{2}C^{2}L^2 simplerasma *cett.* || 7 proprium A || 8 condicionale C -alem *cett.*, *deinde add.* syllogismum M^{2}R^{m}G | *post* condicionale *add.* Quid predicativus syllogismus GL^m Quid sit praedicativus syllogismus *cett.* || 9 syllogismus *omissum propter titulum addidi* (scil. syllogismus D^{s}L^s) | est *om.* C^1 | nexa AD^{2}M^{2}RG inexa D^1 innexa *cett.* || 11 utaque A itaque EFV | hic *scripsi* nec *libri* || 12 est *om.* G^1 | non AB^{1}D^{1}R^{1}V^2 *om. vel del. cett.* || 13 *ante* secundo *add.* in B^{2}MEFVLP || 14 secundam EFV || 15 accesserit L^1 *deinde add.* extrinsecus D^{2}V^{2}G (*d.* R) || 16 repetitum] trepidum A (*d.* R) | utilis B^{2}C (*d.* R) | hius A (*d.* R) || 18 aut subiectiva *om.* L^1 | aut] atque A (*d.* R) | declarata G (*d.* R) || 19 subiecta C^1 (*d.* R) | superius *scripsi* superioribus A superioris B^{1}D^{1}RC^{1}L superiori *cett.* || 20 praeposito F (*d.* R) || 22 bona G (*d.* R) | utilis B^{2}G non est virtus utile D^1 (*d.* R) || 27 est voluptas G | utile^2] bonum B^1

abdicative concludi potest; in secunda forma nisi per contrarium concludi non potest; in tertia forma particulariter tantum concluditur: quapropter non frustra hic est ordo servatus. nam merito prima dicitur, in qua omni modo concludi potest, secunda item recte, in qua potest concludi universaliter quamvis per contrarium, tertia item recte, quia in quantitate minor est, in qua nisi particulariter concludi non potest.

410 Nunc dicendum est singulae formae quot modos recipiant; nam recipiunt intra certum numerum, extra quos modos quicquid conclusum fuerit non est temere concedendum. recipit autem prima novem modos, secunda quattuor, tertia sex.

411 Primae formae primus modus est, in quo conficitur ex duobus universalibus dedicativis universale dedicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; omne honestum bonum; omne igitur iustum bonum'. si reflexim inferas 'omne igitur bonum iustum', non sequitur, sed particulariter potest inferri 'quoddam igitur bonum iustum', et efficitur quintus modus. secundus modus est, in quo conficitur ex universali dedicativo et universali abdicativo universale abdicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; nullum honestum turpe, nullum igitur iustum turpe'. si reflectas, 'nullum igitur turpe iustum', efficitur sextus modus. diximus enim supra universale abdicativum posse converti. tertius modus est, in quo conficitur ex particulari dedicativo et universali dedicativo particulare dedicativum directim, ut est 'quoddam iustum honestum; omne honestum utile; quoddam igitur iustum utile'. at si flectas, efficitur septimus modus, 'quoddam igitur utile iustum', quoniam supra dictum est particulare dedicativum posse converti. quartus modus est, in quo conficitur ex particulari dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directim, ut est 'quoddam iustum honestum; nullum honestum

§ 410 cf. Ps. Apul. herm. p. 273 || *§ 411 cf. Ps. Apul. herm. p. 274–275; Isid. orig. 2, 28, 3–11*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 in secunda ... 2 non potest *om.* **AR** | forma *om.* **GP** | *ante* nisi *add.* universaliter et particulariter $\mathbf{B^2F^2GL^1P}$ et particulariter *del.* $\mathbf{L^2}$ (*in* **M** *est rasura quasi 28 litt. ante* concludi, *sed nihil ibi legere possis*) || 2 non *om.* $\mathbf{M^1}$ | *post* tertia *add.* vero $\mathbf{MR^2GLP}$ | forma *om.* $\mathbf{R^2G}$ | tantum *del.* $\mathbf{D^2}$ | quapropter] quia proter **A** || 3 nam] illam $\mathbf{F^1}$ illa $\mathbf{F^2}$ || 4 item] autem **C** || 5 *post* universaliter *add.* et particulariter $\mathbf{B^2D^2R^mGP^2}$ || 6 potest] *ab hac voce deest* **P**, *rursus adfuturus p. 146, 6* volumine || 7 quot $\mathbf{B^2M^vRCG}$ quod **A** quos *cett.* | nam ... 8 numerum *delebat Dick* | nam recipiunt *del.* $\mathbf{D^2M^2}$ | 8 *post* intra *add.* se $\mathbf{B^2D^sL}$ || 9 autem *om.* **AR** || 11 formae *om.* $\mathbf{M^1}$ || 12 directum $\mathbf{AD^1M^1R^2F}$ || 13 omne honestum *om.* $\mathbf{L^1}$ | omne^2] omnem **A** | reflexum $\mathbf{L^1}$ || 15 *post* iustum *add.* non sequitur sed particulariter potest inferri *ex supp.* $\mathbf{R^1}$, *del.* $\mathbf{R^2}$ || 16 conficitur ex *om.* $\mathbf{M^1}$ || 16.17 et universali abdicativo *om.* $\mathbf{AB^1D^1R^1}$ || 17 directum $\mathbf{D^1M^1R^2C^1F}$ || 19 refletas **A** | sextus] sex **V** || 22 directum **R** | honestum^2] bonum est $\mathbf{D^1}$ || 23 at] ac $\mathbf{AR^1L^1}$ | reflectas $\mathbf{B^2R^2F^2GL}$ *fort. recte* || 24 iustum utile $\mathbf{B^2}$ || 27 directum $\mathbf{AB^1M^1}$ (*d.* **R**) | quoddam] quod $\mathbf{M^1}$ | *post* nullum *add.* enim supra particulare *ex inff.* **D** (*d.* **R**)

turpe; quoddam igitur iustum non est turpe'. reflecti non potest; diximus enim supra particulare abdicativum non posse converti. octavus modus est, in quo conficitur ex universali abdicativo et universali dedicativo particulare abdicativum reflexim, ut est 'nullum turpe honestum; omne honestum iustum; quoddam igitur iustum non est turpe'. nonus modus est, in quo conficitur ex universali abdicativo et particulari dedicativo particulare abdicativum reflexim, ut est 'nullum turpe honestum; quoddam honestum iustum; quoddam igitur iustum non est turpe'.

Secundae formae primus modus est, in quo conficitur ex universali **412**
dedicativo et universali abdicativo universale abdicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; nullum turpe honestum; nullum igitur iustum turpe'. hic reflexione si utaris, alius modus non efficitur, quoniam de utrisque subiectivis fit illatio. secundus modus est, in quo conficitur ex universali abdicativo et universali dedicativo universale abdicativum directim, ut est 'nullum turpe honestum; omne iustum honestum; nullum igitur turpe iustum'. tertius modus est, in quo conficitur ex particulari dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directim, ut est 'quoddam iustum honestum; nullum turpe honestum; quoddam igitur iustum non est turpe'. quartus modus est, in quo conficitur ex particulari abdicativo et universali dedicativo particulare abdicativum directim, ut est 'quoddam iustum non est turpe; omne malum turpe; quoddam igitur iustum non est malum'.

Tertiae formae primus modus est, in quo conficitur ex duobus univer- **413**
salibus dedicativis particulare dedicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; omne iustum bonum; quoddam igitur honestum bonum'. secundus modus est, in quo conficitur ex particulari dedicativo et universali dedicativo particulare dedicativum directim, ut 'quoddam iustum honestum; omne iustum bonum; quoddam igitur honestum bonum'.

§ 412 cf. Ps. Apul. herm. p. 276; simillima dat Isid. orig. 2, 28, 12–15 || *§ 413 cf. Ps. Apul. herm. p. 276–277; fere eadem Isid. orig. 2, 28, 16–21*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 iustum] honestum **AB**^{1}**D** (*d.* **R**) | reflectii **A** (*d.* **R**) || 3 et universali dedicativo *om.* **M**^{1} || 4 reflecxim **F** et non reflexim **G**^{2} non reflexim **L**^{1} (*d.* **R**) || 5 iustum non est turpe] turpe non est iustum **R**^{2} | novus **A** (*d.* **R**) || 6 modus *bis scriptum in* **C**^{1} (*d.* **R**) || 7 reflexum **D**^{1}**R**^{2} non reflexim **ML**^{1} et non *add.* **E**^{2}, *quod rursus delet* **E**^{3} || 9 prius **L** || 10 directum **R**^{2} || 11 est *bis scriptum in* **A** || 11.12 turpe iustum **R**^{2} || 12 reflixioni **B**^{1} reflixtione **D** refexione **C**^{1} || 13 modus *om.* **M** || 14 directum **R** || 16.17 particulari dedicativo] dedicativo particulari dedicativo **C**^{1} dedicativo particulari **EFV** || 17 directum **R** || 18 honestum^2 *om.* **C**^{1} || 20 directum **AR** || 21 *post* est^1 *add.* ut est **C**^{1}, *del.* **C**^{2} | non est turpe *om.* **C**^{1} | malum] male **A** || 23 tertiae ... 25 bonum *om.* **C**^{1} | primus modus est] est primus modus **M** | universalis **R**^{1} || 24 directum **R**^{2} || 26 secundus modus ... 28 honestum bonum *om.* **A** | dedicativo et universali *om.* **C**^{1} || 27 directum **R**^{2} | *post* ut *add.* est **D**^{2}**G** || 28 honestum^2 **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**G** iustum *cett.*

tertius modus est, in quo conficitur ex universali dedicativo et particulari dedicativo particulare dedicativum directim, ut est 'omne honestum iustum; quoddam honestum bonum; quoddam igitur iustum bonum'. quartus modus est, in quo conficitur ex universali dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; nullum iustum malum; quoddam igitur honestum non est malum'. quintus modus est, in quo conficitur ex particulari dedicativo et universali abdicativo particulare abdicativum directim, ⟨ut est⟩ 'quoddam iustum honestum; nullum iustum malum; quoddam igitur honestum non est malum'. sextus modus est, in quo conficitur ex universali dedicativo et particulari abdicativo particulare abdicativum directim, ut est 'omne iustum honestum; quoddam iustum non est malum; quoddam igitur honestum non est malum'. omnes igitur modi certum ordinem tenent, eiusdemque ordinis ratio est, quae in ipsis formis demonstrata est.

414 Condicionalis syllogismus est, cuius propositio et plenum argumentum et plenum id de quo quaestio est continet ita, ut assumpto argumento iam certum inferri possit, de quo quaestio erat, ad hunc modum: ponamus quaestionem esse, utrum sit utilis rhetorica, et volentes utilem probare, argumentum ab huius definitione capiamus, quod est bene dicendi scientia. ex hoc argumento et illa quaestione condicionalis syllogismus ponitur sic: 'si rhetorica est bene dicendi scientia, utilis est'. assumimus argumentum ita: 'est autem rhetorica bene dicendi scientia'. haec duo qui concesserit, etiam invitus concedat necesse est utilem esse rhetoricam, quod erat dubium, antequam propositio et assumptio concederetur. nihil tamen in assumptione accessit extrinsecus, quod est proprium praedicativi syllogismi. hic primus modus a dialecticis appellatur, qui est ab antecedentibus, propterea quoniam argumentum, quemadmodum positum est, ita et assumptum, hoc tantummodo differens, quod cum condi-

§ 414 cf. Cic. top. 19 et 53 || § 414–420 cf. Isid. orig. 2, 28, 23–25

[ABDMR CEFV GL] 1 in quo conficitur *om.* ABD^{1}M^{1}R^1 || 2 directim ut est D^{2}M^{2}GL^2 directum ut est R^2 ut est directim *cett.* || 5 directum B^{1}R || 6 quoddam ... 7 malum *om.* A | non est *om.* L^1 || 8 abdicativo B^1 | directum AR^2 | ut est R^{2}GL^2 *om. cett.* || 11 directum AB^{1}RC^{1}VL^1 || 12 ut *om.* C (*d.* R) | malum] bonum D^1 (*d.* R) || 13 non *om.* C^1 (*d.* R) || 14 eiusdem quae D^1 eiusdem L^1 || 15 *post* est *add.* De condicionali syllogismo *libri* (]ismo *superest in* R) || 17 *a verbo* continet *usque ad p. 147, 8* sub orsis *abest* E *amisso uno folio* || 18 hunc] huc AB^{1}M^1 || 19 utili A || 21 hoc *Petersen 55* huius *libri* || 22 proponitur *voluit Petersen 55* | utilis] ut utilitas A | assumamus R^{2}G assummimus C || 23 ita *del.* R^2 || 24 invictus A | concedit G^{1}L^1 || 25 concederetur B^{2}D^{2}MR^{2}C^{2}GL^2 conceditur *cett.* || 26 proprium] primum A *om.* M | praedicativi BR^{2}CF^{2}GL praedicativis *cett.* || 27 syllogismis D^{2}M syllogismus V || 28 quemadmodum dum positum A quemadmodum propositum R^{2}GL^2 || 29 *post* assumptum *add.* est R^2 | condictione A

cione positum est et sine condicione assumptum. secundus modus est, **415**
qui appellatur a consequentibus, in quo ipsum argumentum quaestionem
sequitur, non quaestio argumentum, hoc modo: 'si non est rhetorica uti-
lis, non est bene dicendi scientia'. assumitur argumentum a contrario, id
est per negationem, sic: 'est autem bene dicendi scientia, utilis est igi-
tur'. tertius modus est, qui appellatur a repugnantibus, in quo demon- **416**
stratur non posse simul hoc esse et illud non esse; in quo cum fuerit as-
sumptum unum, aliud necessario tolletur; id est ut, cum fuerit assump-
tum esse, non esse tollatur, hoc modo: 'non est bene dicendi scientia rhe-
torica et non est utilis; est autem bene dicendi scientia; utilis est igitur'.
confectum est utilem esse, sublato eo quod non esse utilem propositum
erat. hi tres modi ex uno argumento possunt confici, et unam rem omnes
probare possunt. nec interest in propositione, quam partem primo ponas,
utrum argumenti, utrum quaestionis, dummodo condicionis ratio con-
servetur. cum dixeris 'si rhetorica est bene dicendi scientia, utilis est',
potes et sic proponere: 'utilis est rhetorica, si bene dicendi scientia est';
hoc etiam in duobus aliis experiri licet. quartus modus est, qui per dis- **417**
iunctionem efficitur ita, ut uno assumpto aliud necessario negatum sit,
hoc modo: 'aut sanus est aut imbecillis; sanus est autem; non est igitur
imbecillis'. quintus modus est, qui etiam per disiunctionem efficitur ita, **418**
ut uno negato aliud necessario sit, hoc modo: 'aut sanus est aut imbecillis;
non est autem sanus; est igitur imbecillis'. additi sunt alii duo modi, **419**
qui per argumentum istorum duorum fieri possunt, non tamen per
disiunctionem, sed per negationem. est ergo sextus modus, in quo de-
monstratur non posse simul et hoc esse et illud. assumitur per unius
confirmationem, concluditur per alterius infirmationem: 'non est ⟨et⟩

[**ABDMR CFV GL**] 1 propositum **R**^{2}**GL**^{2} | condictione **A** || 3 non^2 *del.* **B**^{2}**R**^{2}**F**^{2} *om.* **G** || 4 non *del.* **B**^{2}**R**^{2}**F**^{2} *om.* **G** || 5 sic *del.* **F**^{2} | est^2] non est **B**^{2}**R**^{2}**F**^{2}**G** | utilis] non utilis **B**^{2}**R**^{2}**F**^{2}**G** || 7 ⟨et⟩ hoc *Dick* || 8 id est *del.* **R**^{2} *om.* **G** || 9 est ⟨et⟩ *Dick* | arhetorica **R** || 11 est *om.* **M**^{1} | utilem^1 **GV** utilis **R**^{1} utili **C**^{1} utile *cett.* | utilem^2 *Eyss.* utile *libri* *delebat Dick* || 12 confici . . . 13 possunt *om.* **R**^{1} | omnis **A** || 13 proposione **M** | primo **L** in primo *cett.* || 16 potes **M**^{2}**C**^{2} *et coni. Bentl.* potest *cett.* | ponere **M** proponi *Dick ex suis Bern. et Leid.* || 17 aliis] aliquid **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} aliquis **L**^{1} | est] dictus est **BM**^{1}**CF** ductus est **D**^{1} || 18 absumpto **ADR** asumpto **C** | alio **F**^{1}**V** | necessarium **M**^{1} || 19 hoc] ho **A** | modum **R**^{1} || sanus^2 . . . 20 imbecillis *om.* **C**^{1}**F**^{1}**V**^{1} | autem *del.* **R**^{2} | est^3 *om.* **F**^{m} | igitur *om.* **G**^{1} || 20 quintus . . . 22 imbecillis *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**F**^{1}**V**^{1} || 21 est *om.* **R**^{m}**F**^{m} (*sed in* **F** *potest periisse attrito margine*) || 22 est^1 *om.* **MCV**^{m}**L** | autem *om.* **B**^{m} | est igitur **B**^{m} igitur **D**^{m}**R**^{m}**F**^{m}**G** igitur est **MCV**^{m}**L** (*ex monachorum supplementis elegi quae maxime verisimilia viderentur*) || 23 argumento **B**^{1} augmentum **M**^{2} aucmentum **C** (*d.* **R**) || 25 illud] aliud **B**^{1} (*d.* **R**) | *post* illud *add.* *alterum* illud **G**^{2} | assummitur **A** (*d.* **R**) | *post* unius *add.* rei **L**^{1} (*d.* **R**) || 26 infirmationem] confirmationem **B**^{1} (*d.* **R**) | *post* infirmationem *add.* hoc modo **MC**^{2}**G** (**R**^{1} *non potest legi, sed* hoc modo *in margine additum est*) | et *suppl. Dick*

sanus et imbecillis; sanus est autem, non igitur imbecillis.' septimus modus proponitur sic ⟨ut sextus⟩, et in eo assumitur ut in quinto, atque ita
420 concluditur. ad rem facilius intellegendam his quaedam formae iunguntur, ita ut rebus ipsis, non dictis, ratiocinandi vis intellegatur. est primi modi forma haec: 'si primum, secundum; primum autem; igitur ⟨et⟩ secundum'. secundi haec: 'si non primum, non secundum; secundum autem; et primum igitur'. tertii haec: 'non et primum et non secundum; primum autem; igitur et secundum'. quarti haec: 'aut primum aut secundum; primum autem; non igitur secundum'. quinti: 'aut primum aut secundum; non autem primum; igitur secundum'. sexti: 'non et primum et secundum; primum autem; non igitur secundum'. septimi: 'non
421 et primum et secundum; non primum autem; igitur secundum'. sciendum tamen est ex uno argumento posse fieri tres superiores modos, ex uno argumento alios quattuor. huius autem ordinis ratio est, ut primus modus sit, qui appellatur ab antecedentibus, quia utique quod antecedit prius est; secundus a consequentibus eadem ratione, ut ipse nomine suo primum se debere sequi etiam in ordine videatur ostendere. restat qui fit tertius in eodem argumento a repugnantibus; non enim possumus ad disiunctionem transilire, quae iam non potest ex eodem argumento fieri. erit ergo quartus modus quasi ad aliud argumentum primus, et ibi utique antecedere debet, in quo per confirmationem assumitur; prior est enim confirmatio negatione. quintus debet esse item [sed] per disiunctionem, sed post eum propterea, quia in eo per confirmationem, in hoc per negationem assumitur; hoc in duobus reliquis licet intelligi.

§ 420 cf. Ps. Apul. herm. p. 280

[**ABDMR CFV GL**] 1 inbicillis **A** (*d.* **R**) || 2 praeponitur **R** *Dickio teste* (*ego nihil ibi legere possum*) | ut sextus *add. Petersen 55* sicut sextus *add. glossatores in* **DMVGL** || 4 intelligitur **A**^{1} | *post* est *add.* autem **M**^{2}**G** | primi] primo **M**^{1} || 5 haec *om.* **AR** | *post* primum^1 *add.* est **FL** | primum autem; igitur et secundum *scripsi* *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**F**^{1}**VL**^{1} primum autem, secundum igitur *cett.* || 6 non^1 *del.* **R**^{2}**F**^{2} *om.* **G** | non^2] nec **R**^{1}**F**^{1}**VL** *del.* **R**^{2}**F**^{2} *om.* **G** | secundum^3 . . . 7 igitur] non secundum autem et non primum igitur **B**^{2}**R**^{2}**G** non autem secundum non primum igitur **F** (*sed* secundum *om.* **F**^{1}) | tertii **D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} tertii autem **M** tertia *cett.* | non^1 *om.* **L**^{1} || 9 *post* quinti *add.* haec **B**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**V**^{2}**GL** || 10 non^1 *bis scripsit* **R**^{1} | *post* sexti *add.* haec **B**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**GL** || 11 *post* septimi *add.* haec **MR**^{2}**C**^{2}**GL** | non^2 *om.* **R**^{1} || 12 primum autem igitur **D**^{2}**MR**^{2}**G** primitur **AR**^{1} primum igitur *cett.* || 13 est tamen **M** | *ante* ex^2 *add.* et **MR**^{2}**C**^{2} || 15 modis **M**^{1} || 16 ipse] ipssum **A** || 17 restat] restat igitur **B**^{2} restat ut **CF**^{1}**V** || 18 fit *scripsi* sit *libri* | possumus **MCF**^{1}**V**^{2} potest **B**^{2}**R**^{2}**GL**^{v} possemus *cett.* || 18.19 a disiunctione **M**^{1} || 19 quae] quia **G** || 20 ad *om.* **MG** *del.* **R**^{2} || 22 enim] domini **V** | item] idem **B**^{2}**R**^{2}**G** | sed *om.* **C**^{1} *del. Dick* || 23 eum **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GL**^{2} hos *cett.* | *post* propterea *add.* ponitur quintus **D**^{g}**L** | quia **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**GL** quae *cett.* || 23.24 in hoc per negationem assumitur **G** assumitur **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**F**^{1}**VL**^{1} assumitur in hoc autem (autem *om.* **D**^{m}**M**) per negationem *cett.*

Miscentur autem sibi multis modis syllogismi, ut in una ratiocinatione et praedicativi generis et condicionalis formas agnoscas, hoc modo: si quaestio sit, utrum utilis sit ipsa dialectica, proponendum est: 'si bene disputare utile est, utilis est bene disputandi scientia; at bene disputare utile est; utilis est igitur dialectica'. sane videndum est in praedicativo syllogismo, quid de propositione sibi assumptio vindicet; nam extrinsecus aliquid eam accipere manifestum est. in eo autem, quod sibi, ut diximus, de propositione vindicat, attendendum est, utrum recte vindicet propter servatas memoratasque formas. efficitur enim, ut, quod in propositione ad declarativam partem pertinere videbatur, in assumptione ostendatur ad subiectivam pertinere; et item si aliter assumas, hoc ipsum pertinet ad declarativam, hoc modo: notum est in prima forma ita assumi, ut aut declarativa propositionis subiectiva sit assumptionis, aut subiectiva propositionis eadem et declarativa sit assumptionis. si proposueris sic: 'omnis ars frequenti exercitatione meditanda est; dictio autem exercitatio est rhetoricae, rhetorica igitur frequenti dictione meditanda est', in propositione exercitatio ad declarativam partem pertinere videbatur, in assumptione ipsa exercitatio item ad declarativam pertinet. quomodo ergo forma servata est? scilicet quia relictum est aliquid in declarativa propositionis, quod non evenerit in declarativa assumptionis, unde possit fieri conclusio, hoc est 'meditanda est'. nam si vellem sic assumere, 'rhetorica autem ars est', totum servabatur ad conclusionem, 'rhetorica igitur frequenti exercitatione meditanda est'. ex hoc apparet multa esse communia, quae possint vel subiectivae vel declarativae adiungi, utut se habuerit assumptio.' **422**

Talibus insistente Dialectica et ad quaedam non minus inextricabilia quam caligosa properante, Pallas nutu Maiugenae festinantis intervenit: **423**

[**ABDMR CFV GL**] 2 condicionales **AR** | agnoscas hoc] ac noscas ac **A** || 3 sit^1] esset *n. f.* **D** est **R**^{2} | *in voce* utrum *desinit liber* **M**, *rediturus p. 166, 21* vel specie | est] esse **ABDR**^{1} || 4 at] ad **A** aut **R** || 6 quid *Petersen 55* quod *libri* | assumptio *Petersen 55* ad sumptionem **FV** assumptionem *cett.* || 7 autem] aut **A** || 8 attendum **A** || 11 ostendebatur **B**^{1} || 13 ut aut . . . 14 sit assumptionis *ut exhibui habent* **D**^{2}**R**^{2}**G** ut aut subiectiva assumptionis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} subiectivam assumptionis **B**^{2}**C** **FVL**^{1} ut subiectiva superioris fiat declarativa sequentis aut declarativa superioris subiectiva sequentis **L**^{2} || 14 *ante* si *add.* ut **R**^{2}**G** || 15 dictio . . . 16 meditanda est *om.* **D**^{1} || 16 dictione] meditatione **F**^{1}**V** (*d.* **R**) || 17 pertinere . . . 18 declarativam *om.* **L**^{1} (*d.* **R**) || 18 item *Petersen 16* *om.* **G** *del.* **L**^{2} ita *cett.* (*d.* **R**) || 20 propositionis . . . declarativa *om.* **A** (*d.* **R**) | venerat **G** (*d.* **R**) | declarativam **G** (*d.* **R**) || 21 nam si . . . 23 meditanda est *om.* **F**^{1}**V**^{1} | velim **F**^{2}**G** || 22 rhetorica . . . conclusionem *om.* **R** | servaretur **G** (si velim . . . servabitur *fort. legendum*) || 23 frequenti **D**^{2}**R**^{m}**C**^{2}**G** *om. cett.* | metitanda **A** (*d.* **R**) || 24 possint **AD**^{2}**G** possunt **L**^{2} possent *cett.* | subiectivae **BCL** -ve *cett.* (*d.* **R**) | declarativae **BCL** -ve *cett.* (*d.* **R**) || 25 utut se *scripsi* ut si **ABV** ut se **D**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**FL** prout se **D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**G** || 26 insistentibus **B** | et **AD**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} *om. cett.* (atque ad *fort. legendum*) | non minus] nominus **A** (*d.* **R**) | intricabilia **F**^{1} (*d.* **R**) || 27 nutu **C**^{2}**L**^{2} nutum *cett.*

Perita fandi, iam progressum comprime,
ne inflexa tortos stringat intimatio
et multinodos perpeti anfractus diu
Hymen recuset. editum est compendio
quicquid decenter docta disputatio
multo astruendum contulit volumine.
sat est profundae fons decens scientiae,
quae abstrusa promit nil morosum disserens
praetervolando nilque ignotum deserens.
nam quae supersunt fraude multa consita,
quis falsa captos circuit deceptio,
dum ambage ficta praestruis sophismata
captentulisve ludis illigantibus
pellax soritas cumque sensim congeris
formasve mendas, improbat quas veritas,
nefas Tonantis garriat sub auribus
facinusque dirum; quippe summi caelites
odere turpis omne falsum feminae.
nam si revolvas, quid cavilla saevius?
dudum locuta circulatrix indecens
fies profecto, decipula si astruxeris.
facessat ergo versilis profunditas,
reliquumque tempus liqueris sororibus.

424 His auditis Dialectica cunctabunda paululum, tamen divae praeceptis paritura respondit:

Venerandus mihi fatus, reverendosque secuta
referam iussa pedem, atque ilicet exorsa silebunt,

1 *Verg. Aen. 6, 389* comprime gressum || 3 *cf. Apul. met. 5, 17* multinodis voluminibus serpentem || 21 *cf. Apul. met. 8, 5* nactus fraudium opportunum decipulum || 22 *cf. Macr. sat. 7, 16, 1* facessant, ait, haec quae inter vos in ostentationem loquacitatis agitantur

[**ABDR CFV GLP**] 2 implexa **C**^{1}, *quod et coni. Oudendorp* | tortos **B**^{1}**DCGL**^{2} tortus *cett.* || 3 perpeti *Grot.* perpetui *libri* | anfractus] ac fractus **A** || 6 multos **ARC**^{1} || 7 fon **A** frons **D**^{2}**C**^{2}**P** || 8 disseres **V** deserens **L**^{1} || 10 nam quae **B**^{2}**R**^{2}**G** namque *cett.* || 11 falso **A** | captus **B**^{1}**D**^{1} || 12 flicta **B**^{1} facta **D**^{1} || 13 lidis **A** || 14 pallax **A** pellex **D**^{1} | sortitas **C**^{1}**FVL**^{1} acervos *voluit Stange 10 n. 2* | cumque] cum **A** || 15 improbat *coni. Dick* comprobat *libri* || 18 turpi **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 19 volvas **ABDR**^{1}**P** | quod **A** quicquid **P** || 20 locuta] secutus **A** locutus **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 23 relicumque **B**^{1}**D**^{1}**C**^{1}**L** reliqumque **B**^{2}**RV** | reliqueris **R**^{2}**G** || 24 tamen *om.* **L** | divae] vae **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 26 venerandos **A** | fatos **A** factus **D**^{1}**P** status **F** flatus **V** | reverendosque **B**^{1}**D**^{2}**L**^{1} reverandosque **A** reverendoque **R**^{1} reverendusque *cett.* || 27 atque ilicet **C**^{2}**GL**^{2}**P** atque at illicet **AB**^{1}**D**^{1} atque illicet *cett.* | *fort.* exosa (*i. e. quae tibi displicent*)

licet unam decuisset ⟨mihi⟩ permittere culpam,
ut honoris pretio cederet inferre relatus,
populum Cecropidarum bene quo palliatarum
Bromius conciperet contumias nosse dolere,
mage quam crediderat vipeream noscere posset,
et iners Marsica dudum fieret praestigiatrix,
neque me conspiceret somnificam vel temulentam
ioca passim blaterantem Iovialibus sub orsis.
tamen uni famulandum est tibi, virgo; reticemus.

Haec dicens velut repressa conticuit, compluresque eam divorum, qui inter initia deriserant, horruerunt.

LIBER V

DE RHETORICA

Interea sonuere tubae raucusque per aethram **425**
cantus, et ignoto caelum clangore remugit.
turbati expavere dei, vulgusque minorum
caelicolum trepidat, causarum et nescia corda
haerent, et veteris renovantur crimina Phlegrae.

14 *s. cf. Sil. 12, 181* insonuere tubae ... simul litui raucoque tumultu cornua; *Verg. Aen. 8, 2* rauco strepuerunt cornua cantu; *8, 526* tubae mugire per aethera clangor || 16 *Verg. Aen. 9, 538* turbati trepidare intus frustraque malorum velle fugam || 18 *cf. Sen. Herc. F. 444* post Phlegram impio sparsam cruore

[**ABDR CFV GLP**] 1 unum *coni. Stange 34* | decuisset mihi *Stange* decuisse **AR** decui se *n. f.* B^1D^1 decuit C^1FV^1 decuit iussae $B^2D^2C^2GLP$ | culpam] divam *Stange* || 2 ut *edd.* et *libri* | caederem B^2 caederet **L** | latus L^1 || 3 quo] co C^1 quod **G** *ante* bene *ponit* **P** (*d.* **R**) | paliatarum **A** palliatorum G^2 (*d.* **R**) || 4 dolere C^2FL^2P dolorem L^1 dolore *cett.* (*d.* **R**) || 5 magis L^2 (*d.* **R**) | crediderat D^2GLP crederat *cett.* (*d.* **R**) || 6 fieret GL^2P fleret *cett.* | praestigiatrix $ADGL^2P$ praestringiatrix B^1F praestrigiatrix B^2V praestrigiatris L^1 (*d.* **R**) || 7 conciperet L^1 (*d.* **R**) || 8 ioca *Grot.* loca *libri* | inaterrantem **A** laterantem **FV** (*d.* **R**) | iovialibus sub orbis D^1 iovialibus sub oris D^2 sub iovialibus oris **G** || 11 oruerunt D^1 idorruerunt *n. f.* **E** iorruerunt **F** dorruerunt **V** *om.* **L** | *post* horruerunt *add.* De arte dialectica explicit liber quartus **ABRCEFV** Explicit de arte dialectica liber quartus **DP** Martiani Minei Felicis Capellae Afri Cart' liber quartus de dialectica explicit **G** Explicit liber IIII Martiani dialectice artis **L** || 12 *superscriptio*: Incipit de rhetorica liber quintus **ARCEFV** *eadem sed* de *omisso et* feliciter *addito* BD^1 de *supplet* D^2 *et sic habet* **P** Incipit V de rhetorica **G** Incipit rhetoricae V feliciter **L** || 16 di C^2 || 18 horrent ne ... renoventur *Susius ap. Gurlitt. animadv. partic. 4, p. 9* | Phlegrae *om.* L^1

tunc Amnes Faunique, Pales, Ephialta, Napeae
respectant proceres nulloque assurgere motu
cernunt attoniti vicibusque alterna profantes
mirantur placidam per pectora sacra quietem.
tum primum posita Silvanus forte cupresso
percitus ac trepidans dextram tendebat inermem,
Deliacos poscens arcus atque Herculis arma.
Portuni trifidam suspirans flagitat hastam;
Gradivi frameam non ausus poscere, falcem
Saturni bello suetus disquirit agresti,
diffidensque sui respectat tela Tonantis.

426 Sed dum talibus perturbatur multa terrestrium plebs deorum, ecce quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris, vultus etiam decore luculenta femina insignis ingreditur, cui galeatus vertex ac regali caput maiestate sertatum, arma in manibus, quibus se vel communire solita vel adversarios vulnerare, fulminea quadam coruscatione renidebant. subarmalis autem vestis illi peplo quodam circa umeros involuto Latiariter tegebatur, quod omnium figurarum lumine variatum cunctorum schemata praeferebat; pectus autem exquisitissimis gemmarum coloribus
427 balteatum. haec cum in progressu arma concusserat, velut fulgoreae nubis fragore colliso bombis dissultantibus fracta diceres crepitare tonitrua; denique creditum, quod instar Iovis eadem posset etiam fulmina iaculari. nam veluti potens rerum omnium regina et impellere quo vellet

4 *cf. Verg. Aen. 1, 691* placidam per membra quietem; *4, 5* nec placidam membris dat cura quietem || **5** *cf. Verg. georg. 1, 20* ferens, Silvane, cupressum || **6** *cf. Apul. met. 3, 21* percita Photis ac satis trepida; *9, 2* trepida facie percitus; *Verg. Aen. 12, 311* dextram tendebat inermem || **8** *cf. Val. Fl. 1, 641* trifida Neptunus in hasta || **9** *cf. Iuv. 13, 79* et Martis frameam; *13, 38 ss.* priusquam sumeret agrestem . . . falcem Saturnus || **18** *cf. Catull. 64, 50* priscis hominum variata figuris || **23** *cf. Apul. met. 1, 8* potens illa et regina | *cf. Cic. de orat. 1, 30* impellere quo velit, unde autem velit deducere

[**ABDR CEFV GLP**] **1** ammes **A** | faunuque **R**^{1} | ephilia **R**^{1} || **3** vicibus **G**^{1}**P** || **5** silbanus **AR**^{1} | cupressu **EFVL** || **6** dexteram **L** | inermen **R**^{1} || **7** deliacos poscens **B**^{m} *et coni. Bentl.* della composcens **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**EF** dellaque composcens **B**^{2} bella conposcens **D**^{2} bellaque compescens **R**^{2}**G**^{1} dellia composcens **C**^{2} della compescens **V** bellaque composcens **G**^{2}**P** dellicos pocens **L**^{1} dellaque compotens **L**^{2} || **13** subtilissimi **AC**^{1}**EFV** subtilismi **R**^{1} || **14** *ante* regali (regale **G**) *add.* de **L** || **15** *ante* maiestate (magestate **FV**) *add.* de **E**^{2} || **17** piplo **A** de peplo **CE**^{2}**V** deplo **L**^{1} | latialiter **CV**^{1}**LP** || **18** tegebatur] gebatur **AR**^{1} | *post* cunctorum *nomen substantivum videtur deesse* || **20** subalteatum **AR**^{1} | fulgureae **B**^{2}**R**^{2} | nibis **A** || **21** facta **L**^{1} || **22.23** fulmina iaculari] fulminare **D**^{2} || **23** velut inpotens **ABD**^{1}**R**^{1}**C**^{2} velut potens **D**^{2} | implere **B**^{v}**C**^{v} (*d.* **R**) | quo **G**^{2} quod *cett.* (*d.* **R**)

et unde vellet deducere et in lacrimas flectere et in rabiem concitare et in alios etiam vultus sensusque convertere tam urbes quam exercitus proeliantes, quaecumque poterat agmina populorum. haec etiam senatum, rostra, iudicia domuisse in gente Romulea, Athenis vero curiam, gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse ac totam funditus Graeciam miscuisse ferebatur. hac vero loquente qui vultus vocisve sonus, quantaque 428 excellentia celsitudoque sermonis! audire operae pretium etiam superis fuit tantae inventionis ingenium, tam facundae ubertatis eloquium, tam capacis memoriae recordationisque thesaurum. qualis disponendi ordo, quam pronuntiandi congruens modulatio, qui gestus in motu, quae profunditas in conceptu! denique exilis in modicis, in mediocribus facilis, in elatione flammatrix, reddebatque cunctos in ambiguis dociles, in persuasione cedentes, in collisione discordes, in laudibus arrogantes. at vero cum quid commotum publici nominis attestatione clamaverat, fluctuare, permisceri, ardere omnia videbantur. hanc igitur feminam auratae vocis 429 et quasdam diadematum gemmas regnorumque fundentem ingens illustrium virorum sequebatur agmen, inter quos proximi eidem duo diverso habitu nationeque praenitentes, quorum pallio circumactus ⟨alter⟩ alterque trabeatus. diversus utrique oris sonus, licet alius etiam Athenis se diceret Graia didicisse ac promptus gymnasiorum studiis et reluctantibus semper Academiae altercationibus haberetur. ambo tamen novi profectique paupertatis sinu, et cum alterum Quirinalis eques, alium fabrilis procrearet industria, ita praeclues linguae excellentia floruerunt, ut post curiarum fata immeritasque mortes virtute astra conscenderent, immortalitate gloriae saecla superarent. de uno tamen, quem Athenarum 430 populus ac palliata agmina sequebantur, haec fama convenerat, quod

6 *cf. Verg. Aen. 5, 649* qui vultus vocisque sonus || 15 *cf. Cic. orat. 29* fulgere, tonare, permiscere || 19. 20 *cf. Cic. div. in Caec. 39* si litteras Graecas Athenis . . . didicisses || 22 fabrilis . . . 23 industria] *cf. Sidon. carm. 2, 186* fabro progenitus; *Iuv. 10, 130 ss.; Val. Max. 3, 4, 2*

[**ABDR CEFV GLP**] 2 sensuque **F** || 5 reflexisse] flixisse **A**]xisse **R** | funditur **C**[1]**F** || 6 vocisve] voci suae **A** vocis vero **R** vocis sue **C** vocisque *libri Verg.* || 8 fecundae **B**[2]**R**[1]**C**[1]**EFV** || 11 exillis **A** || 12 docibiles **P** || 13 conlesione **AR**[1] || 14 puplici **L**[1] | flutuare **L**[1] || 15 permisceri **AB**[2]**R**[2]**L** permiscere *cett.* || 16 quadam **C**[1] quas **V**[1] || 17 inter] in **R**[1] | proxime **R** || 18 rationeque **B**[v] | *ante* pallio *add.* unus erat *omnes praeter* **AR**[1] | alter *addidi Mart. IV (1974) 274* || 19 utrisque **B**[2]**EFVL** || 20 gracia **A** || 22 profectique *coni. Susius* protectique *libri* | paupertati **F** | alium *om.* **A** || 23 procrearit *Morelli 241* || 24 curarum **AB**[1]**D**[2]**R**[1]**G** | fata fata **A** facta **R**[1] (*cf. p. 151, 10* discriminum fatis *et p. 355, 1* fata proeliorum) | virtutes **D**[1] cum virtute **L** | conscenderant **AB**[1]**D**[1]**R** || 25 saecla **B** saecula **DRG** *compendiose cett.* | de uno **B**[2]**D**[2]**C**[2]**L**[2] denuo *cett.*

acerrimus idem et procellis indignantis Oceani fremituque violentior. denique de illo versus huiusmodi ferebatur:

δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

431 alter vero, quem consularis purpura et coniurationis extinctae laurea
redimibat, mox ingressus curiam superum et in Iovis gratulatus est se
venisse conspectum, clamare laetior coepit: 'o nos beatos, o rem publicam
432 fortunatam, o praeclaram laudem consulatus mei'. post hos tamen in di-
versis agminibus oratores emeriti ac prae se ferentes insignium culmen
meritaque linguarum. Aeschinen, Isocraten Lysiamque conspiceres, tum
in togatis agminibus †sosantios, Gracchos, Regulum, Plinium Fronto-
433 nemque. verum ante cunctos atque ipsam ducem omnium feminam se-
nex quidam signum ac praeviam virgam gestans lictoris Romulei prae-
cedebat usu, atque in eiusdem virgae culmine corax oris aurati venientis
434 feminae auspicio praevolabat. ille autem, qui gestabat virgulam, Tisias
dictus, cunctisque vetustior atque elatior videbatur; nam et suos minores
ceteros ⟨et⟩ ipsam illam ducem respectans superpositum corvum com-
435 mune pignus filiamque memorabat. quo argumento commoti quamplures
deorum eam quidem nobilissimam feminam, sed aut Apollinis cognatam
credidere, si Graia est, aut, si Romulea, de gente Corvini. cui aenigmati
illud adiectum, quod intrepida et fiduciae promptioris tam Palladis quam
ipsius Cyllenii deosculata pectus cuiusdam propinquae familiaritatis in-

1 oceani] *Ps. Plut. vitae X orat. 844 F* || 3 *Hom. Il. 11, 654* || 6.7 *Cic. Cat. 2, 10; cf. Macrinus ap. SHA Diad. 7, 6* o nos beatos, o fortunatam domum, praeclaram laudem nunc demum felicis imperii || 13 *cf. Cic. de orat. 1, 91* Corace nescioquo et Tisia, quos artis illius inventores . . . fuisse constaret*; 3, 81; Brut. 46*

[**ABDR CEFV GLP**] 2 idem **B**^{2}**R**^{2}**GLP** item *cett.* | *post* violentior (violentia **F**) *add.* esset **R**^{2}**G** || 3 *Graeca om.* **F** | ΛΙΝΟϹ **E** ΑΙΝΟϹ **GP** ΛΙΝϹ **L**^{1} ΔΙΝΟϹ *cett.* | ΝΗΡ **B**^{1}**D**^{1} ΑΝΗΟ **L**^{1} ΑΝЄΡ **L**^{m} | ΤΑΚΑΚΕΝ **ABR** ΤΑΚΑΚΟ **D** ΤΑΚΑΚЄ **C**^{1}**EVL**^{1} ΤΑΚΑΚΑ **C**^{2} ΤΑΚΑΚΗ **GP** ΤΑΚΑΚΗΝ **L**^{m} | *καὶ*] ΚΑΙΜ *ut vid.* **L**^{1} ЄΡΙΖΙΚΑΙ **L**^{m} | ΑΝΑΙΠΩΝ **A** ΑΝΑΙΤΙΩΝ **BR** ΑΝΑΙΤΩΝ **D**^{1} ΑΝΑΝΤΑΩΝ **D**^{2} ΑΝΑΤΙΑΝ **C**^{1} ΑΝΑΝΤΙΑ **C**^{2}**L**^{m} ΑΝΑΤΙΩΝ **EL**^{1} ΑΝΑΠΩΝ **V** ΑΝΑΤΑΨΝ **G** ΑΝΑΤΑΩΝ **P** | ΗΤΙΟΙΤΙ **AR** ΗΙΤΟΙΤΟ **B**^{1}**D**^{1}**G** ΗΙΤΟΤΟ **B**^{2} ϹΤΡΑΤΙΩΤΑϹ **D**^{2}**P** ΗΙΤΟΙΤΟ **C**^{1}**E** ΗΠΟΙΤΟ **C**^{2} ΗΙΤΟΤΤΟ **V** ΗΤΗΙΤΟ **L**^{1} ЄΠΟΙΖΟ **L**^{m} | *post Graecum versum versiones Latinas add.* sapiens vel pestis vir articulus mala et contraria fecit **L**^{m} secula vir mala et superans milites **DG** || 4 consolaris **D**^{1}**R**^{1} | porpura **D**^{2} | coniugationis **L** || 5 redimebat **ARC**^{1} | *post* mox *add.* ut **B**^{2}**D**^{2}**CE**^{2}**VP**^{2} | *ante* curiam *add.* in **L** | superorum **P** | est *om.* **G** *del.* **D**^{2}**R**^{2}**L**^{2} || 6 lectior **D**^{1} | beatas **D**^{1} || 7 consultus **C**^{1} || 8 aratores **L** | ac] acres **G** | insignum **AR**^{1} || 9 meritoque **A** | escinen **V**^{2} scinem **F** escine **V**^{1} escinem *cett.* | isocraten **B**^{1}**DR**^{1} sacratem **L**^{1} ysocratem **L**^{2} socratem **A** socraten *cett.* || 10 sosantios] Crassos, Antonios *Kopp* Catones *Halm* | gracc(h)os **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**G** grecos **AB**^{1}**D**^{1}**R** gracos *cett.* | plenium **AL**^{1} plenum **R**^{1} *del.* **R**^{2} | fontonemque **A** frotonemque **R**^{1} || 12 praemia **D**^{1} || 16 *et add. Kopp.* | corum **AB**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) || 17 commemorabat **L**^{1}]bat **R** | argumenti **C**^{1} | commotu **A** com[**R** || 18 cognatam *om.* **C**^{1}**EFV**^{1} (*d.* **R**) || 19 credere **D**^{1} (*d.* **R**) | gratia **A** | est] esset *Halm* | Romulea] mulea **L**^{1} | corvina **D**^{2} *et ed. Dick* corvicini **R**^{1} || 20 adiectum] adiecunctum **A** (*d.* **R**) || 21 cylleni **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | deoscultata **C**^{1}**FV**

dicia patefecit. denique nonnulli superum, cum inter trepidationem bucinae praecinentis et admirationem amicitiae superorum incerti diutius divinatorem Phoebum cuperent sciscitari, nondum Iove maximo disquirente, tumultuarie quae esset inquirunt. ac tunc illa respectans superos 436
universos aliquanto commotior sic coepit:

'Patrem maximum Iovem ceterosque caelites, quos in causis pluribus saepe sum deprecata, atque ipsum conventum superae consessionis attestor nihil mihi magis inconsentaneum atque indecens aestimari, quam ut, quae semper in foro iudiciisque quampluribus accusaverim multos aliosque defenderim et viribus gloriam deluctationis annixa mihi de discriminum fatis promeriti eventus praeconia compararim, nunc apud vos, superi, quis placere immortalitatis instar ac pretium videbatur, invita compellor scholarium iuvenilium monitus et exilia decantatae artis praecepta memorare. neque enim hoc nobis adscribit inopia, cum redundantes turmae suppetant consequentum. nam absque his qui, perturbantes pectora sensusque cunctorum, cognoscentum quoque perfregere subsellia, etiam alios habeam, qui minutias praeceptorum et artis intimae commenta perscripserint, inter utrumque vero columen sectatorum praeniteat Tullius meus, qui non solum in foro, senatu rostrisque grandiloquae facultatis maiestate tonuerit, verum etiam ipsius artis praecepta commentus libros quamplures saeculorum usibus consecrarit. quod cum ita sit, 437
emeritae granditatis pudor et celebrati quantum pote nominis gloria haec inchoamentorum primordia detrectaret excurrere, ni et hoc ad immortalitatis praemium proficeret, quod iubetis, ac fiduciam perennitatis accen-

5 *cf. Apul. met. 2, 29* aliquanto . . . commotior . . . ait || **6** *cf. Cic. div. in Caec. 43* si quid ex vetere aliqua oratione 'Iovem ego optimum maximum' . . . ediscere potueris, praeclare te paratum . . . arbitraris? || **9** *cf. Cic. div. in Caec. 1* me, qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut defenderim multos . . . || **16** *cf. Iuv. 7, 86* fregit subsellia versu

[**ABDR CEFV GLP**] **1** inter *coni. Bentl.* in *libri* | trepidatione **B^{2}D^{2}GL^{2}P** || **2** admiratione **B^{2}D^{2}GL^{2}P** | superiorum **C^{1}EFV** || **3** suscitari **ABD^{1}R^1** siscitari **CEFV** || **4** esse **B^{1}D^{1}R^1** essent **B^{2}D^{2}P** || **5** universo **R^1** | aliquando **P** *et coni. Halm* | commotior **D^{2}C^{2}GL^{2}P** commotiorque *cett.* (*fort. legendum* ⟨concussa⟩ commotiorque) || **6** *ante* patrem *add.* per **D^{2}C^{1}E^{2}F** || **7** saepe *om.* **L^1** || **8** nil **G** || **10** *ante* gloriam *add.* per **D^{2}C^{1}FVL^{2}P** | discrinium **C^1** || **11** factis **L^1** | promeritis **R^{2}GP** | praetinia **A** praectinia **R** | comparim **RC^1** || **12** ac pretium *delebat Eyss.* | compellar **B^{2}D^2** || **13** scolaribus **G** scholarum **L^2** | iuvenalium **ACEFV** || **14** abscribit **C** | reduntes **C^1** || **15** suppetunt **B^2** | consequentium **B^{2}G** | nam] cum *Eyss.* (*v. Petersen 6*) || **16** cognoscentium **B^2** || **17** commente **A** || **18** perscripserit **L^1** perscripserunt **P** | ullius **B^{1}R^1** illius **D^1** || **19** quo **R^1** | non forum in solo **B^{1}D^1** | senatus **G** || **20** conuerit **D^1** | commentis **C^1** || **21** visibus **R^1** || **22** pote *Eyss.* puto *libri* || **23** inquoamentorum **F** | decretaret **AR^1** detractaret **CFVP** | nisi **D^2** | ad *del.* **R^2** || **24** produceret **A** perficeret **D^1** | fiduciam **AB^{1}R^{1}CE^{1}FVL^1** fiducia **B^{2}DR^{2}GP** ad fiduciam **E^{2}V^{2}L^2** | accedat **B^{1}D^{1}C^{1}EFVL**

dat exsequi vel primora tamen Iove cum superis imperante. accingar igitur haec aridiora percurrere, minus quidem quam publicitus soleo placitura; quamquam si Pallados aures atque Arcadiam rationem benivolae maiestatis participarit assensio, ne nunc quidem apud vos, maximi cae-
438 lites, displicebo. quippe sum ipsa Rhetorica, quam alii artem, virtutem alii dixere, alteri disciplinam; artem vero idcirco, quia doceor, licet Plato huic vocabulo refragetur; virtutem autem dicunt, qui mihi bene dicendi inesse scientiam compererunt; qui edisci vero dicendi intimam rationem et percipi posse non nesciunt, fidenter me asserunt disciplinam.

439 Officium vero meum est dicere apposite ad persuadendum; finis persuadere id, quod est propositum, dictione. quae quidem verba mei Ciceronis attestor, cuius etiam exemplis me per omnes insinuo praeceptionis
440 ductus consequenter usuram. materies autem duplex est, ubi et unde fiat oratio; ubi, [ut] cum ipsius membra aggredior quaestionis; unde, cum res inventae verbaque sociantur.

441 Quaestio ipsa aut finita est aut infinita. finita est, cum nascitur de certo facto demonstratque personam, ut in Rosciana quaeritur Ciceronis, utrum interfecerit patrem Roscius. infinita illa est, quae generaliter quaerit, utrum sit aliquid appetendum, ut, an philosophandum sit, in Hortensio disputatur. in superiore autem crebro assidueque colluctor, atque eam Graecis placuit ὑπόϑεσιν nominari. in infinita vero universitatis astruendae sibi fiduciam vindicante tunc potius versor, cum otium ac disputationes aggredior, licet plerumque etiam pars ipsa, quae thesis dicitur, in causis mihi elatius anhelanti amentatas hastas crebro et pila plurimum valentia ministrarit. an aliud in Scauriana succurrit, cum interposita disputatione tractatur ex quibus causis mors obveniat repentina, ac pro Milone similiter an mundus prudentia gubernetur? denique

6 *cf. Isid. orig. 1, 1, 3* || *§ 439 = Cic. inv. 1, 6* || 19 *cf. Cic. fin. 1, 2* || 24 *Cic. de orat. 1, 242* cum amentatas hastas acceperit; *Brut. 271* ut hastae velitibus amentatae || 25 *Cic. Scaur. frg. 1* || 27 *Cic. Mil. 83ss.*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 exsequi] ut sequi **A** | vel *del.* **G**^{2} | primordia **B**^{v}**R**^{2}**C**^{2}**EFVG**^{1}**L** || 2 pollicitus **B**^{v}**R**^{2}**G** pliblicitus **L** || 3 archardam *ut vid.* **C**^{1} | benivolentia **R**^{1} || 4 participaret **AC** participarim **B**^{v} participaverit **EFV** | assensio ne *Grot.* assensionem **AD**^{1}**R** ascensionem **B**^{1} assensio **D**^{2} assensione *cett.* || 5.6 virtutem alii] alii virtutem alii **R** alii virtutem **P** || 6 alteri *del.* **R**^{2} | palato **E**^{1} || 7 refraget **F** || 8 dicendi **AB**^{1}**DGP** discendi *cett.* (*d.* **R**) || 10 apposite **AB**^{1}**D** proposite *cett.* (*d.* **R**) || 11 *ante* dictione *add.* in **B**^{2}**E**^{2}**V**^{2}**L** (*d.* **R**) | *ante* verba *add.* per **B**^{2} || 13 *post* est *add.* mihi **D**^{2}**GLP** || 14 ut *del. Kopp* et **F** || 16 *post* quaestio *add.* autem **B**^{2}**D**^{2}**GP**^{2} | aut^1] ut **R** || 17 ut *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | Ciceronis *delebat Dick* || 21 hypothesin *Latinis litt. libri* | in **B**^{2}**D**^{g}**G** *om. cett.* || 22 vindicande **AV**^{1} | cum otium] commotium **A** || 23 disputationis **C**^{1}**L**^{1}**P**^{2} | par **C**^{1} || 24 dicatur **A** | amentatas **D**^{2}**CEFVL**^{2} ammentatas *cett.* || 25 ministraret **AR**^{1} | sauriana **D**^{1} scaurina **R**^{2}**GP** || 27 pudentia **A** | gubernatur **R**^{2}

e meis sectatoribus quidam acri admodum ac subtilissima ratione commoti nullam esse attestantur hypothesin quaestionem; ⟨nam⟩ cuncta, quae in defensione pro reis contraque eos in accusationibus retractantur, ad generales quaestiones poterunt applicari.

Iam vero partes officii mei quinque esse non dubium; nam est inventio, 442
dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. iudicatio enim, quae a nonnullis adicitur, partibus cunctis adscribitur, idcircoque ipsa pars non poterit rite censeri, licet dicendum quid silendumve sit dispensatio iudicationis examinet. inventio est quaestionum argumentorumque sagax investigatrixque comprehensio. dispositio est, quae ordinem rebus attribuit; elocutio, quae arripit verba vel propria vel translata, quaeque nova facit veteraque componit. memoria firma rerum verborumque custodia est; pronuntiatio vocis, motus gestusque pro rerum verborumque dignitate moderatio. sed ex his inventionem certum est esse potissimam, cuius opus est causae quaestiones excutere et argumenta probatu idonea reperire.

Quaestionum vero duplex species: aliae sunt enim principales, aliae 443
incidentes. principales sunt status, ex quibus nascitur causa, quas Tullius constitutiones appellat; incidentes vero, quae, dum tractatur causa, nascuntur, dum argumenta vel scripta refutando in plures causa diducitur quaestiones, ut sit principalis, utrum Clodium iure occiderit Milo, incidens, uter utri insidias compararit.

Principales igitur status sunt numero tres: an sit, quid sit, quale sit. 444
an sit, coniectura est, ut an patrem occiderit Roscius; quid sit, finis, ut an minuerit Cornelius maiestatem; quale sit, qualitas, ut an Saturninus iure necatus sit. sed ne forsan moveat, quod praetereo quartum statum, quem Hermagoras invenit, subtilior ratio est eum non statum, sed partem dicere qualitatis, quod in eius expositione monstrabo.

1 *cf. Aug. rhet. 5 p. 140, 7* || *§ 442 cf. Cic. inv. 1, 9; rhet. Her. 1, 3* || 18 *Cic. inv. 1, 10* || *§ 443 s. cf. Fortun. 1, 27 s. p. 101 et Victorin. 2, 39 p. 290*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 e *om.* $B^1R^1P^1$ | agri R^1 || 2 quaestio $AB^1D^1R^1$ | nam *add. Halm* || 2.3 cuncta quae R^2EL cunctamque C^1 cunctaque *cett.* (*locus nondum sanatus videtur*) || 3 *post* retractantur *add.* quia D^2R^2GP || 4 potuerunt **CEFV** || 5 dubium $AB^1D^1R^1EFP^1$ dubium est *cett.* || 6 *post* pronuntiatio *add.* iudicatio R^m || 7 adicitur *Petersen 56* dicitur *libri* || 8 dicendum quid silendumve] quid dicendum quid silendumve B^2R^2 dicendum quid silendum D^1 quid dicendum quidve silendum D^2GP (*v. DMCE 41*) || 10 dispotisitio L^1 || 11 eloquutio **R** eloqutio **V** || 12 rerum verborumque] rerumque D^1 rerum et verborum **L** || 13 *post* pronuntiatio *add.* est R^2CGP^2 | questusque B^1 || 14 potissimam esse **L** || 15 probatui *fort. legendum* | idoneo C^1EVP || 17 duplex species est B^2R^2GP duplex est species D^2L | enim] etiam **CEFV** || 18 incedentes D^1 indencentes *n. f.* P^1 | statutus D^1 | tulius **A** || 19 indentes **A** indecentes P^1 || 20 causa] accusa **A** | diducitur **B** deducitur *cett.* || 22 incidens $BD^1R^2C^2GL^2$ indecentes P^1 incidentes *cett.* || 25 quales L^1 | saturnius D^1P^1 (*d.* **R**) || 26 forsitan **G** (*d.* **R**) | quod] sed **A** || 27 non] esse G^2 (*d.* **R**)

445 Nunc dicendum est, quomodo status inveniantur in causa. inveniuntur igitur per intentionem et depulsionem. intentio est obiectio eius facti, quod in iudicium venit; depulsio ⟨negatio⟩ quaedam resistens intentioni, ut si dicatur: 'occidisti patrem', 'non occidi'. ex his duabus inter se concurrentibus vocibus nascitur quaestio, quae dicitur status, quod ibi quasi ad pugnandum actionum acies ordinata consistat. sed facile est videre, quid obiecto crimini respondeatur; illud facile non est, quid debeat intendi: utrum factum, ut 'hominem occidisti', an nomen facti, ut 'homicidium fecisti'. et licet videatur idem esse, tamen in superiore obiectione si negabitur, coniectura erit, cum dixerit 'non occidi'; in hoc ubi nomen rei intenditur, potest et finis videri, ut si dicat 'non feci homicidium', ⟨nam quaerendum erit fiatne homicidium⟩, quicumque homo, an tantum innocens, occiditur. quod si non factum obicias, sed criminis nomen, negatione diversae partis non erit manifestum, qui status existat. nescias enim quid negat, qui ita negat, 'non feci homicidium', utrum quia nullum hominem iugularit, an quia tyranni interfectio homicidium non vocetur. est igitur intendendum ipsum illud, quod factum est, ut, si id negaverit adversarius, habeas coniecturam, si eo concesso nomen criminis excluserit, in-
446 tellegas finem. quod si concesso facto factique vocabulo licuisse sibi vel oportuisse facere dixerit, qualitas in causa versatur, quae aut de re aut de actione congreditur: de re, utrum Miloni facere licuisset; de actione, an servo vel addicto tribunos liceat appellare; an habere ignominioso liceat contionem, quae species qualitatis translatio nominatur. item cavere debemus, ne intendamus auditoris officium et sola status qualitas fiat. nam qui causam cognoscit, propositum habet efficere aliquid, id est aut damnare aliquem aut absolvere.

447 Auditoris autem sunt genera tria: unum eius, qui secundum aequitatem aliquid statuit, et is est perpense iudex; aliud eius, qui honestate vel utilitate incerta dubius alienae sententiae persuasionem inexplicabilis deli-

§ 445 cf. Aug. rhet. 11 et 12 p. 144 (Isid. orig. 2, 5, 1)

[ABDR CEFV GLP] 1 inveniantur **B^{2}D^{2}P^2** inveniatur *cett.* | in *om.* **D^1** || 3 *post* depulsio *add.* est **D^{2}CVGP** | negatio *addidi DMCE 41, quod post* intentioni *add.* **B^{2}D^{2}C^{2}E^{2}V^{2}GP** || 4 currentibus **L^1** || 7 crimini **BC^{2}GP** crimine *cett.* || 8 an] at **R^1** | homicidium] hominem **R^1** || 9 superiori **D^{2}G** || 10 in hoc ... 13 occiditur *delebat Dick* | ubi *om.* **L^1** || 11 et] ei **GL** | nam ... 12 homicidium *addidi* || 12 *ante* quicumque *add.* an **B^{2}D^{2}R^{2}C^{2}GLP** | tantum *scripsi* cum *libri* | nocens **B^{2}C^2** || 13 obicius **D^1** | *ante* negatione *add.* in **D^{2}CE^{2}FVL** || 15 negat^2 **B^{2}D^{2}GLP** neget *cett.* || 16 iugularet **R^1** iugulaverit **P** | homicidium non vocetur] non dicatur homicidium **CEFV** || 17 illud] illum **D^1** || 18 habeat **AR^1** | intellegas] intendas *Eyss.* || 19 finem *om.* **C^1** | quod **B^{2}D^{2}R^{2}GLP** ut **V** quo *cett.* | concessu **AR^1** || 21 utrum Miloni *Dick* ut milone **G^2** ut miloni *cett.* ut Milonine *Eyss.* || 25 aliquid efficere **L** || 27 auditorum **A** auditores **R** auditores tamen **C^1** || 28 is] his **A** si **R^1** | alius **B^{1}D^{1}R^1** aliud est **R^{2}G**

berator exspectat; tertium genus eius est, qui facti honestatem vel turpitudinem libera aestimatione perpendit: hunc aestimatorem convenit nominari. haec igitur sunt tria causarum genera, quae hypothesi continentur, id est iudicialis, deliberativa et demonstrativa.

Sed cum omnes praedictarum rerum auditores dubitatio sui diducat **448**
officii, quaerendum discrimen est et proprietas singulorum. nam et iudex, cuius officium est damnare reum vel absolvere, possessionem dare vel auferre, priusquam cognoverit causam, dubitat quomodo utatur officio; et qui deliberat, ambigua mentis opinione differtur; et laudationis arbiter, an rite quis laudetur, aestimanti contemplatione dispensat. sed cum in diversum haec distrahantur officia, tum illud maxime discrimen attendimus, quemadmodum temporibus varientur. nam deliberatio futuri tantum temporis continet quaestionem, ut si deliberet Cato, an se debeat, ne victorem aspiciat Caesarem, trucidare. at vero iudiciale genus tam praeteriti quam futuri nonnumquam temporis invenitur. sed in praeterito tantum facto coniectura, ex futuro qualitas frequenter enascitur, ut suo loco promptius asseretur. laudativum etiam genus in praeteritis factis omne consistit, sed a iudiciali genere fine discernitur; nam aliud est absolvere innocentem aequitatis imperio, aliud laudibus prosequi gloriosum insignium contemplatione meritorum. accedit quod in iudiciali genere ambigit cognitor in rebus alienis, ⟨in deliberativo non minus⟩ quisque de suis quam etiam de rebus externis, in laudativo aestimator auscultat ⟨utrum⟩ vera congruaque memorentur, licet novella etiam id contulerint blandimenta, ut saepe praedicationis fiat arbiter qui laudatur.
ergo oportet attentius intueri, ne ea, quae auditoris officium habuerit, **449**
intendamus, ut si Verri quod damnandus sit edicatur. ille quippe se

4 *Cic. inv. 1, 7 et saepe* || 5 *cf. Cic. part. 10* || 15 in praeterito] *cf. Mar. Victorin. rhet. 1, 8 p. 181, 29 s.*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 eius est] ut est **D**^{1} est eius **CG** || 3 genera *om.* **A** *ante* causarum *ponit* **L** | continentur **AD**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2}**P** continetur *cett.* || 4 iudiciale deliberativum et demonstrativum *edd.* || 5 praedicta **D**^{1} | diducat *Petersen 61* deducat *libri* || 6 officii **BDL**^{2} ab officio **E**^{2} officium **G** officio *cett.* (*d.* **R**) || 7 possionem **L**^{1} || 10 aestimati **E** (*d.* **R**) || 11 attenditur **G** attendi[**R** || 13 acto **A** || 14 iudicia legemus **A** iudicialenus **B**^{1} || 15 praeteri **D**^{1} | praeterito] empto **F** || 16 *ante* facto *add.* ex **B**^{g}**D**^{g}**C**^{2}**E**^{2}**LP**^{2} | enascitur *scripsi* innascitur *libri* || 17 suo] uo **D**^{1} tuo **R**^{1} in suo **LP**^{2} | asseretur **A** asserentur *cett.* || 18 fine] in fine **L** || 20 in *om.* **L**^{1} || 21 cognitur **R** | in deliberativo non minus *addidi* in deliberativo *add.* **B**^{2}**D**^{m}**R**^{m}**L**^{2} | *post* deliberativo *add.* vero **B**^{2}**D**^{m} || 22 *ante* quisque *add.* tam **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**GP**^{2} || 22.23 aestimat auscultator *fort. legendum* || 23 utrum *addidi* (an *addiderat iam Halm*) | congrua quae **B**^{1}**P**^{1} congruaque quae **DGL**^{2}**P**^{2} | *ante* memorentur *add.* ut **B**^{2} | novello **A** non velle **R**^{1} | etiam] iam **G** | id *del.* **P**^{2} || 25 intuere **F** in[*in fine paginae* **E**, *dein* **E** *abest usque ad p. 168, 22* nam cum, *amissis scilicet tribus foliis* | officium *om.* **C**^{1}**FV** | habuerint **B**^{2}**R**^{2} || 26 vere *n. f.* **D**^{1} veri **R**^{2}**C**^{1} | edicatur . . . p. 156, 1 damnandus sit *om.* **A**

damnandum non esse respondebit, et utrum damnandus sit sola qualitas apparebit. igitur a facti obiectione nascetur intentio, ut si eidem dicas 'Siciliam spoliasti', responsuro 'non feci' coniectura componitur. stultum quippe est id, quod in arbitrio manet iudicis, aut certe facti nomen, non ipsum crimen intendere. cavendum aeque ne, cum lex ulla vel scriptura in causa tractatur, intentio sumatur ex lege, ut si dicas 'lex te murum vetabat ascendere peregrinum', sed illud potius dicendum, 'murum ascendisti', ut si negaverit, non sit pugna de lege, sed de facto, cui accedit lex, si confessus erit factum, tunc contra legem fecisse videatur. ceterum si negato facto fuerit lex vel quaevis scriptura recitata, superflua videbitur contentio, quando non iuris, sed veritatis altercatio contineat quaestionem. hoc vitio plerique falsi sunt.

450 Et praeter illos tres, quos status asserui, alios quattuor vel quinque de scripti qualitate manantes esse dixerunt. qui licet suas in divisione causae partes obtineant, tamen numquam principali loco nascuntur, quia, nisi fuerit quod probetur, nemo ad probandum recitat legem vel aliquam scripti formam. id autem, quod probatur, status est, qui ex primo conflictu semper existit; ceterae quaestiones controversiae [vel] incidentes sunt perhibendae.

451 Sic igitur inveniendi status facilis erit ratio, cum neque nomen admissi neque auditoris officium neque legem aut scriptum aliquod ⟨intendendum esse meminerimus, quod⟩ intentionis loco obici poterit. sit itaque talis intentio 'hominem occidisti', depulsio 'non occidi': quaestio ex his oritur an occiderit, in quo statu erit coniectura. sed cum intentioni ius facti opposuerit reus, fit qualitas, ut a Milone non factum negatur, sed de

6 *idem exemplum apud Fortun. rhet. 1, 8 p. 87, 31s. (cf. infra § 463)* || *§ 451 cf. Cic. inv. 1, 10 et 2, 52s.*

[**ABDR CFV GLP**] 1 respondebit *Halm* respondit $B^1 D^1 R^1 C^1 FVL^1$ respondet *cett.* | qualitatis **P** qualitate *dubitanter Halm* || 2 a facti] affecti **AR** affacti P^1 | nascetur *scripsi* nascitur *libri* || 4 aut *del.* G^2 | certi R^2 || 5 scriptura $B^2 D^2 C^2 GP$ scripturae *cett.* || 6 in *om.* **F** | summatur **CF** | lex *om.* **A** || 7 vetebat P^1 vetat P^2 | potius *om.* C^1 | marum L^1 || 8 *in verbis* non sit pugna *desinit liber* **P**, *rursum adfuturus p. 201, 7* | accidit B^2 || 9 erit factum *Eyss.* ex facto *libri* || 10 negatio $R^1 G^1$ | factum **A** | *post* fuerit *add.* tunc contra legem fecisse videatur *repetita ex praecedentibus* **A** | vel $B^2 D^2 R^2 C^2 GL$ *om. cett.* | quae ius **G** | superflua *Dick ex Leid. 88* superfloo L^1 superfluo *cett.* || 12.13 sunt. et *scripsi* sed et $AB^1 D^2 R^1 C^1 FV$ sed D^1 sunt sed et *cett.* || 13 quos] quo AL^1 || 14 qualitatem AR^1 qualite C^1 | manantes] ante AR^1 manentes R^2 | causae *om.* $C^1 FV^1$ || 16 nemo] ne **G** || 17 conflictus **AR** || 18 cetera **F** | contraversiae L^1 (*d.* **R**) | vel *del. Dick* || 19 prohibendae **F** (*d.* **R**) || 20 admisi **A** amissi $C^1 FV$ (*d.* **R**) || 21 lex *coni. Dick* | intendendum . . . 22 quod *addidi DMCE 41* || 22 obici poterit] qui obici poterat $AB^1 DR$ (*locus fort. adhuc sanandus*) || 22.23 sit itaque talis *Petersen 56* itaque talis $ABD^1 CFL^1$ itaque[**R** itaque talis est $D^2 VGL^2$ || 23 *post* intentio *add.* est B^2 || 24 intentionem R^2 contentione C^1 intentione L^2

facti iure contentio est; occidisse enim se fatebatur Clodium, sed id iure fecisse. huic depulsioni subicitur ratio, quae non una simplexve fit; nam potest unum atque idem factum propter varias causas videri probabile, ut hoc idem, quod insidiatorem occiderat Milo, una ratio fuit, alia quod hostem rei publicae et tyrannidis affectatione succensum se interemisse memorabat. in quibus assertis fit quidem qualitas, sed diversae species eius erumpunt; nam prima relativa, altera comparativa qualitas fulget. quod si intentioni non ius facti, sed negatio nominis opponatur, quamvis negatio depulsionis vice dicatur, tamen non faciet coniecturam, quia non factum, sed nomen facti destruitur, ut in hoc: adulterii actio fit; cum repudiata uxore stupratorem qui repudiaverat maritus invenit; accusat adulterii. reus contra dicit nec factum negat, sed adulterii nomen excludit et quaerit, quid sit adulterium, quod est definitivae controversiae. igitur coniectura ipsius facti negatio est, finis **452**
non admissi, sed nominis, idcircoque etiam depulsio ingesti criminis, quia, cum facto aliud nomen imponitur, imminens obiecto crimini periculum denegatur, ut in hoc obiectu: 'pocula templi e sacerdotis domo furatus es; sacrilegium fecisti'. repellit: 'pocula quidem abstuli; sed quia de domo, non templo, furtum, non sacrilegium nuncupandum'. in quo etiam facti alia quaedam videtur esse negatio; non enim hoc ad deorum iniuriam spectat admissum, sed ad dispendium sacerdotis, cum de domo pocula subtrahantur. hic utraque factum definitione tractandum, id est et quid sit sacrilegium et quid furtum.

Nunc de qualitate dicendum, cuius multiplex natura divisionem par- **453**
tium primo desiderat, ut ea decursa singularum proprietas explicetur. qualitas igitur aut de re aut de actione est: de re, cum eius facti, quod in iudicium venit, ratio causave tractatur, vel cum quid fieri oporteat disceptatur, ut an iure Clodium Milo iugularit, vel an domus Tullio restituenda

[**ABDR CFV GL**] 1 fatebitur **AB^{1}RC^{1}G** *fort. recte* || 2 depulsione **C^1** depulsionis **F** | obicitur **F** | fit *scripsi* sit *libri* est *Halm* || 3 potest] post **R^1** || 4 occiderit **R^{2}G** || 5 hostem] honestem **B^1** | affectatione *edd.* affectione *libri* || 6 assertis fit **D^{2}R^{2}G** asserti sunt **AB^{1}D^{1}R^1** est **C^{1}FV,** *quod delet* **C^2** | *post* qualitas *add.* assertis **CFV** || 8 fulgit **AR^{1}C^1** || 9 opponatur **D^{m}G** apponatur *cett.* | depulsionisve dicatur **AR^1** depulsioni subdicatur **B^1** depulsioni subdatur **D^1** depulsionis vi edicatur **C^1** depulsionis vi dicatur **L^1** | non faciet tamen **G** || 10 distruitur **B^{1}D** destrutur **L^1** || 11 actio ... 12 adulterii *om.* **A** | sit **B** | 13 quaeritur *ed. Kopp, sed cf. p. 162, 17* telum quid sit inquirit || 14 controversum **R^1** | facta **C^1** || 16 imponit **L** | obiectio criminis **R^{2}F^{1}G^2** obiectio crimini **F^{2}G^1** || 17 denegat **B^v** | hoc *om.* **L^1** | sacerdotes **R^1** || 19 *ante* templo *add.* de **C^{2}FL** | furto **C^1** || 20 alia *coni. Grot.* alta *libri* altera *Dick* | quaedam] quidem **C^1** | videntur **B^1** || 21 amissum **C^1** || 22 hic utraque **AB^{1}DR^1** in utroque *cett.* (*cf. DMCE 43*) | *ante* definitione *add.* cum **V** || 20 furtum] futurum **R^1** || 24 de qualitate] deliqualitate **L** | *post* dicendum *add.* est **B^{2}R^2** || 25 prima **ARC^1** || 26 quod] quae **AB^{1}D^{1}R^{1}C^1** || 27 causave] causa vel **AR^{1}C^1** causavi *n. f.* **B^1** causue **V** | discrepatur **R^1** || 28 iugularet **R^{1}C^1**

fuerit; de actione autem, cum quaeritur an admittenda sit actio et iudicium faciendum. quae pars quoniam iuris aequitate perpenditur, recte eam in species qualitatis subtilius aggregamus; aliter autem [quem] Hermagoras, ⟨qui⟩ quasi constitutionem novam a qualitate distinguere
454 et translationem vel praescriptionem vocare maluerat. sed haec posterius. qualitas, ut futuri temporis aestimatur, ita et praeteriti; ⟨praeteriti⟩ iuridicalis, futuri negotialis qualitas; in utraque iuris assertio est. in iuridicali naturae, in negotiali legis aut consuetudinis asserta versantur. iuridicalis autem dividitur in absolutam et assumptivam: absoluta est, quae factum ipsum sui natura et iure defendit; assumptiva, quae, cum in facto ipso nihil probabile reperiat, confugit ad ipsam causam eamque iustam [ut facere deberet] allegat, ut, cum Milo non posset dicere hominem licuisse iugulare, causam occidendi astruxit insidias Clodianas. illinc assumptivae nomen accepit, quia, cum absolute factum tueri non possit, confugit ad causas.

455 Haec igitur assumptiva partes habet quattuor: relationem, remotionem, comparationem, concessionem. relatio est, cum de facto confessio culpam in eum, qui pertulit, refert, ut in Clodium Milo, Orestes in matrem, Horatius in sororem, qui idcirco a se perhibuit iugulatam, quia eius provo-
456 catus iniuria in facinus sit coactus. remotio est, cum obiectum crimen in alterum vel in aliud ab eo, qui percellitur, removetur: in alium, ut Tiberius Gracchus in Mancinum, qui auctor faciendi foederis fuit, quod tam senatus quam populus improbarat. item in tali causa: legatus nisi intra

4 *cf. Cic. inv. 1, 16* || *§ 454 cf. Cic. inv. 1, 14s.; Victorin. p. 190, 33* || *§ 455–458 cf. Cic. inv. 1, 14 et 15; 2, 71 et 78* || *§ 456 Cic. inv. 2, 86s.; Quintil. inst. 7, 4, 12* || 23 *ss. cf. Cic. inv. 2, 87; Fortun. rhet. 1, 15 p. 93*

[**ABDR CFV GL**] 2 faciendum quae] factum faciendumque **R**^{1} || 3 in] inter **D**^{2} **C**^{2}**L** || 3.4 aliter autem Hermagoras ⟨qui⟩ *Halm* aliter autem quem hermagoras **D**^{1} **R**^{1} **C**^{1} **FVL**^{1} aliter autem quam hermagoras *cett.* || 4 a qualitate **G**^{2} aut qualitatem *cett.* || 5 et] aut **L** | praescriptionem **G** scriptionem **V** perstrictionem **L** perscriptionem *cett.* || 6 *post* qualitas *add.* est **D**^{2}**G** (*d.* **R**) | ut] aut **B**^{2}**G** ut est **V** *del.* **G**^{2} (*d.* **R**) | aestimatur ita *scripsi* aestimata *libri* aestimata ita *edd.* | et] aut **B**^{2} (*d.* **R**) | praeteriti^2 **D**^{2}**C**^{2}**G** et praeteriti **B**^{2} *om. cett.* (*d.* **R**) || 7 iuridicalis **ARC**^{1}**V**^{2}**G**^{1}**L**^{2} iuricalis **V**^{1} iuridicialis *cett.* | *post* futuri *add.* vero **B**^{2} | utraque **AB**^{1} **DC**^{1} utroque *cett.* (*d.* **R**) || 8 iuridicali **AB**^{1} **D**^{1} **C**^{1}**VL**^{2} iuridiciali *cett.* (*d.* **R**) | notiali **C**^{1} (*d.* **R**) | aut] at **C**^{1} (*d.* **R**) || 9 iuridicalis **ARC**^{1}**L**^{2} iuridicilis **D**^{1} iuridicialis *cett.* | absumptivam **F** || 11 ipsam *fort. delendum* || 12 iuste **B**^{1} **D**^{1}**L** | ut facere deberet *del. Eyss.* | posset *Halm* potest *libri* || 13 illinc **B**^{2}**V**^{2} illic *cett.* || 17 de facto confessio *invitus retinui cum libris* de facto confesso **D**^{2} **R**^{2} **G** de facto confessus *Eyss.* reus facto confesso *Dick* || 18 culpa **R**^{2} | qui pertulit] quem perculit *Eyss. cf. l. 21* qui percellitur || 19 provocatas **R**^{1} provocat **F** || 21 ab eo] habeo **B**^{1} **D**^{1} **R** (aliud ab eo *significare videtur* 'aliud quam eum') | percelliter **R**^{1} | revovetur **A** | alium] alterum *maluit Dick, sed Martiano* alter *et* alius *idem sunt* || 23 improperat **C**^{1} improparat **C**^{2} | talia **A** alia **C**^{1} | causa] iusa **A**

triginta dies profectus erit, capite puniatur; quaestor sumptum legato non dedit; tempus emensum est. accusatus contra dicit et crimen obiectum removet in quaestorem. in aliud autem removet, si morbo tardatus in infortunium suum causam removeat tarditatis. removetur vero aut ipsum factum, si ad alterius attinuisse dicatur potestatem, aut causa, ⟨si⟩ alterius vitio quid accidisse dicatur. comparatio est, quam **457**
compensationem novi a posterioribus perhiberi, non cum crimini beneficium alterius temporis subrogatur, sed cum factum iure defenditur, ut ex eo aliquid commodi sequeretur. nam si meritum alterius temporis velut in compensationis gratiam memoratur, ad deprecativam potius admovendum est qualitatem, quae veniali specie continetur. haec vero rite se fecisse contendit, ut Verris illa responsio: 'magno' inquit 'decumas vendidi', quod factum compensat utilitate beneficii. in hac quippe parte facti confessio est, sed immanitatem obiectionis excludit allegatio promerendi. at in illa criminis factique una confessio est, sed aut ab animo separatur aut purgatione cessante ad humilitatis miseranda respirat. verum **458**
haec qualitas venialis in bina asserta discernitur, purgationem et deprecationem; nam purgatio est, cum confesso facinore animum voluntatemque purgamus, cuius modos tres esse non dubium, id est imprudentiam, casum, necessitatem. imprudentia est, cum a voto scientiaque nostra aliquid demovemus, ut qui[dam] in venando iaculum intorsit in beluam et hominem delitiscentem retibus interemit; quae pars error edicitur, atque ei subduntur ignoratio, vinolentia, oblivio, fatuitas, dementia ceteraque, quae errorem admittentis excusant. casus vero culpam eventus exonerat, ut qui cum victimis ad diem sacrum non occurrerit fluminis incrementis. scelus autem necessitate commisit, qui praecepto ducis in-

§ 457 cf. Cic. inv. 2, 72; Victorin. p. 192, 6 || *§ 458 cf. Cic. inv. 2, 94–98 et 104* || 21 *idem exemplum dat Fortun. rhet. 1, 16 p. 94*

[**ABDR CFV GL**] 1 profecturus **B**^{1} | fuerit **G**^{2} | caput **L** | legator **A** || 2 emensus **A** | *post* accusatus *add.* in iudicio **A** || 4 tardus **ARC**^{1} || 5 attenuisse **AB**^{1}**D**^{1}**R** || 6 causa **D**^{2}**CVGL**^{2} causam *cett.* | si **L**^{2} si in **D**^{2} quia in **G** *om. cett.* | vitii **B**^{1} | quid *edd.* qui **AB**^{1}**D**^{1}**RC**^{1} *om.* **G** *del.* **L**^{2} quae *cett.* | dicitur **L** || 7 compossessionem **A** compensionem **RC**^{1} | crimini] remini **D**^{1} crimine **C**^{1}**FVL** || 10 precativam **V** || 11 hac **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**G**^{1}**L** hoc *n. f.* **C**^{1} hic *fort. legendum* || 12 se *om.* **L** | veris **D**^{1} | decomas **B**^{1}**DR**^{1}**C**^{1} decem minas *alia correctrix manus in* **B** || 14 concessio *malebat Dick collato p. 158, 17* || 15 concessio *Dick* '*aut p. 158, 17* confessionem *legendum*' | *post* confessio *add.* non negatio **B**^{2}**L**^{m} | ab *om.* **A** | separatur] se purgat *coni. Christ* || 16 humilitatis *scripsi Helikon 6, 1966, 229* humanitatis **D**^{2}**C**^{2}**G**^{2}**L** inhumanitatis *cett.* | respiret **A** || 17 discernuntur **R**^{2} || 18 confeso **A** || 19 *post* dubium *add.* est **DFV G**^{2}**L**^{2} || 20 causum **A** causam **L** || 21 demovemus **AR**^{1}**CG**^{2} dimovemus *cett.* | ut] cum **B**^{2} | qui *scripsi coll. l. 25 et p. 161,11* quidam *libri* || 22 delitescentem **B**^{2}**L** | dicitur **L**^{1} (*d.* **R**) || 23 ignorantia **AB**^{2} (*d.* **R**) | vinulentia **B**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) || 24 excussant **A** (*d.* **R**) | eventis **R**^{1} || 25 non occurrerit *invitus retinui cum libris* [non] occurrerit *Dick* non ⟨venit cum⟩ occurrerit *Eyss.* || 26 hominem insontem **L** (*d.* **R**)

sontem hominem iugulavit. inter quos modos hoc interest, quod imprudentia fallit, casus prohibet, necessitas cogit. deprecatio autem nihil causationis associat, sed in exorandi humilitatem precesque suspirat.

459 Ceteras quaestiones, quas status dicunt incidentes, advertant, qui ⟨. . .⟩ talium didicerunt, sicut interius demonstra⟨bo. non enim semper accidit, ut causae ra⟩tionem formet primae vocis ingestio; plerumque enim secunda vim intentionis incutiet, ut in hoc: 'viro forti praemium, quod volet; qui fortiter fecit, petit praemium nuptias uxoris alienae'. in quo qui petit praemium, quia nullum putat e diverso, nihil intendit, sed maritus contradictor intendit, licet secundo loco videatur assurgere; cui per depulsionem vir fortis obstabit, tanquam petitionem praemii quod poposcerat accusanti, praemium iustum esse contendens, tanquam si factum aliquod
460 iure tueretur. item quaestiones legales, quas tanquam status causis incidere memoravi, non eadem regula percensentur, quippe quae in secunda conflictatione prorumpunt; nam prima qualitati tribuitur. igitur illa intentionis ac depulsionis regula in qualitatis praedicta parte turbatur.

461 Nunc τὸ κρινόμενον quod Graeci dicunt consequenter assumam. nam cum intentio et depulsio statum constitutionemque signarit, si coniectura fuerit, iudicationi praebebit pariter rationem: neque enim est quod possit ponderari iudicio nisi ipsa negatio. in qualitate vero vel fine alio loco, quam status apparet, necesse est confessi depulsio facti habeat rationem, quam item accusator infirmet; et velut secundaria quaestio procreatur per rationem impugnationemque rationis. hic illud ⟨videmus⟩ iudicabile posse versari, idque esse, quod aestimator iusti ratione perpendat. possunt in quavis causa et omnes status existere et multae rationes infirmationesque numerosae perindeque iudicationum semina copiosa, cum unum videlicet factum multiplici ratione defenditur, ut

§ 461 cf. Iul. Victor 1, 2 p. 375 s.; Fortun. rhet. 1, 1 p. 82, 10; Cic. top. 95

[**ABDR CFV GL**] 1 iuglavit **A** (*d.* **R**) | inter] in C^1 (*d.* **R**) || 3 in *om.* L^1 (*d.* **R**) || 4 satus **A** (*d.* **R**) | *plura excidisse statuit Dick* || 5 talia G^2 | *ante* sicut *add.* taliter D^2 | demonstrabo . . . 6 rationem *scripsi dubitanter* demonstrationem *libri* || 6 formet et **A** informet B^1 formae G^1 format G^2 || 7 *post* secunda (secundam **AG**) *add.* vox B^2D^s *et fort.* C^1 | intentiones R^1 | quod . . . 9 praemium *om.* **A** | valet G^1 *et fort.* C^1 || 8 facit C^1 || 9 e *om.* **R** || 13 quos $AB^1D^1RC^1$ || 14 *post* memoravi *add.* principalium quaestionum intentione et depulsione D^2 | eandem R^1C^1L | percensenter R^1 | quae] qui **A** || 15 conflictione R^2F || 16 turbantur AR^1C^1 || 18 KPINOMHNON **G** | quod] quo B^1 || 19 signarit G^2 signaret *cett.* || 20 praebebit . . . 21 nisi *om.* D^1 | rationem] iterationem AB^1D^2 (*recte* D^3) iterrationem R^1 || 21 ponderari $B^2D^3C^2G^2$ ponderare *cett.* || 22 quam] quo D^v | necessa R^1 | est] esse R^2 | *post* est *add.* ut B^2 | confessi **G** *et conieci DMCE 65* confessa *cett.* || 24 rationem] confirmationem D^2G^v | videmus *addidi DMCE 66* || 26 possunt *scripsi* posse *libri* | omnes D^2 omnis *cett.*

Tullius pro Milone, quod insidiatorem et quod hostem publicae quietis occiderit. in his igitur ille status potius apparebit, quem orator pro utilitate defensionis assumpserit. illa etiam ratio ex oratoris plerumque astructione colligitur; tuncque velut rationales alii status emergent. ac **462** si ad probationes scriptura profertur, hinc iudicatio legalis orietur, cuius sunt species quinque. una est, cum scripto aliquid plurave ambigua continentur, quae a Graecis *ἀμφιβολία* memoratur, ut ex communione nominis res plerumque confunditur, ut est illud: quidam Taurum legavit, quo nomine servum habuerat admodum pretiosum. verum illi heres taurum, hoc est bovem dedit, quia fecit nomen amphibolum quaestionem. item ex nominum distinctione per syllabam, ut qui habuit propinquos duos, unum Lesium nomine, aliumque Milesium, heredemque constituens sic locutus est: HERES ESTOMILESIVS; qua distinctionis ambage certamen exortum, dum 'heres esto mi' distinguit, qui Lesius dicebatur, alius vero continua nominis iugitate Milesium dicit heredem. sunt item **463** modi, quos dialectica comprehendit astructio. item species scriptionalis est quaestionis, quae ex verbis et sententia scriptionis emergit, ut in hoc: 'peregrinus murum ne ascendat. quidam obsessa civitate conscendit hostemque deiecit; arguitur.' hic reus legis sententia, verbis nititur accusator.

Tertium quaestionis est genus, cum contrariae leges utrimquesecus **464** colliduntur, ut in illo: 'mas templum Cereris ne ingrediatur. item qui parentibus opem non tulerit, puniatur. in templo Cereris vapulanti matri ingressus opem filius tulit; accusatur.' facit hic conflictum diversitas legum, quarum interpretatio colliditur, ut cui potius auscultandum fuisset appareat.

§ 462 ss. cf. Rhet. Her. 1, 19 ss.; Cic. inv. 2, 116 || 11 *idem exemplum dat Fortun. rhet. 1, 24 p. 99, 26* || *§ 463 cf. Cic. inv. 2, 121* || 18 *idem exemplum dat Fortun. rhet. 1, 8 p. 87, 31* || *§ 464 cf. Cic. inv. 2, 144; Sulp. Vict. rhet. 62 p. 352, 18*

[**ABDR CFV GL**] 2 arator **L**^{1} || 3 assumpserit *scripsi propter clausulam* sumpserit *libri* | etiam] enim **B**^{2} || 4.5 hac si **AR** ac sic **B**^{2} at si **C**^{2}**G**^{2} (*v. Petersen 17*) || 5 ad probationes **AD**^{2}**RCG**^{1} ad probationis *cett.* ad proba⟨tionem ra⟩tionis *fort. scribendum* | orietur *om.* **R**^{1} || 6 est ⟨ambiguitas⟩ *Dick* | *ante* aliquid *add.* qua **D**^{2}**R**^{2} | plurale **A** || 7 amphibolia *Lat. litt. libri* | ut] unde *fort. scribendum* | excommunicatione **G** || 8 aurum **D**^{1} || 10 amphibolam **B**^{2}**D**^{2} | quaestio est **L**^{2} || 11 *post* item *add.* duos **A** (*d.* **R**) | distinctionem **D**^{1} (*d.* **R**) | qui] quidam **D**^{2}**G**^{2} quid **V** || 12 leseum **G** le[**R** | mileseum **G** (*d.* **R**) || 13 Milesius *Breysig, Berl. phil. Wochenschr. 1891, 987 s.* milesi *libri* || 14 *post* exortum *add.* est **C**^{2}**G** || 17 sententiis **B**^{2}**C**^{1} | in *del.* **B**^{2} || 21 est *om.* **A** | legis **AFVL**^{1} | utrumquesecus **C**^{1} utrimque secum *coni. Halm* || 22 mares **G**^{1} masculus **L** || 23 cerereris **V** ceteris **L**^{1} || 24 accusator **B**^{1}**C**^{1}**F** || 25 interpretatione colligitur *fort. scribendum* | abscultandum **AR**^{1}**C**^{1} ascultandum **G** | fuisset **AB**^{2}**G**^{2} sit **G**^{3} fuisse *cett.*

465 Quarta de scripto quaestio est, quae dicitur syllogismus, cum ex eo, quod scriptum est, ⟨aliud quoque, quod non scriptum est,⟩ argumentatione colligimus, ut in hoc: 'exulem intra fines deprehensum liceat occidere. quidam inventum exulem verberavit; accusatur. a defensore colligitur, quod minus permisso sit, fieri licuisse.' huic insunt modi quattuor: a simili, a consequenti, a maiore ad minus, a contrario. a simili ita ut, quia patris interfector culleo insuitur, haec poena manere debeat matricidam. a consequenti sic: tyrannicidae praemium, qui suasit tyranno deponere dominatum, [praemium] petit; colligit par esse meritum, quia reddidit libertatem. a maiore ad minus: 'si deprehensum exulem permittitur iugulare, licet etiam verberare'. a contrario: 'si vir fortis meretur praemium, desertor dignus est poena'.

466 Finitiva superest quaestio, de scripti ambiguitate demanans, cum aliquod verbum in lege vel testamento dubium est et definitione clarescit, ut 'nocte cum telo deprehensum liceat occidere. quendam cum fuste nocte deprehensum magistratus occidit; reus est caedis. lege se quidem tuetur, sed telum quid sit inquirit.' quod quaestionis genus hoc a principalibus statibus differt, quia non de facto, unde orta accusatio est, sed de scripti tantum definitione disquiritur. †discutitur igitur ab his legalibus status principales esse discretos, et hos incidentes dici, illos autem, a quibus causa nascitur, vel constitutiones vel status rectius appellari.

467 Iam nunc decursis constitutionibus controversias deliberativi ac demonstrativi generis videamus. nam et causarum tria genera esse dubium non est, et in omni causa statum debere versari, licet in deliberativo quidam qualitatem negotialem consistere, quod de futuro deliberat, aesti-

15 *ss. simile exemplum ap. Iul. Vict. rhet. p. 18, 9 Giomini* || *§ 467 Cic. inv. 2, 12 s. et 155 s.*

[**ABDR CFV GL**] **1** descriptio $\mathbf{B}^1$ de descripto $\mathbf{D}^2$ discripto $\mathbf{R}^1$ descriptionalis $\mathbf{R}^2$**G** || **2** aliud quoque quod non scriptum est *habent* $\mathbf{D}^m$**G** id quod non est scriptum $\mathbf{B}^2$ *om. cett.* | argumentationem **DCL** || **3** intra ... **4** exulem *om.* **A** | licet **G** || **4** a] ad **A** || **5** licuisse *Grot.* debuisse libri || **6** simili^1] similia $\mathbf{R}^1$ || **7** cylleo $\mathbf{R}^2$ | debat **A** || **8** tyrannidae $\mathbf{B}^1\mathbf{D}^1$ | persuasit $\mathbf{C}^1\mathbf{L}^1$ || **9** dominum $\mathbf{C}^1$ | praemium *delevi* || **10** reddit $\mathbf{L}^1$ | si deprehensum exulem *scripsi Mart. VI (1977) 162* supra dixi si enim exulem **A** supra dixi enim exulem si $\mathbf{L}^2$ supra dixi enim exulem *cett.* (supra dixi enim) si exulem *vulgo edunt ex dett.* || **11** etiam] eum $\mathbf{B}^2$ || **12** deserto $\mathbf{B}^1$ || **14** *ante* testamento (testamentum **A**) *add.* in $\mathbf{R}^2$**C** | et] ex $\mathbf{G}^2$ || **15** liceat ... **16** deprehensum *om.* $\mathbf{C}^1$ | fusti **AR** || **16** comprehensum $\mathbf{D}^2$ | legem **DR**$\mathbf{C}^1$ | se] si **A** || **17** inquiritur *edd., sed cf. p. 157, 13* quaerit quid sit adulterium || **18** orta] orat **A** | accusatio *v. l. in Leid. 36* causatio *omnes mei* || **19** discutitur *corruptum dixi (1968) 84* || **21** rectius *Halm* certius *libri* | constitutionis **A** | controversis **A**$\mathbf{B}^1\mathbf{D}^1\mathbf{R}^1\mathbf{C}^1$ controversas $\mathbf{R}^2$ || **23** *post* generis *add.* statum $\mathbf{D}^2$ || **23. 24** dubium non **ABDG** nam dubium $\mathbf{C}^1$ non dubium *cett.* (*d.* **R**) || **24** in^2 *om.* $\mathbf{L}^1$ (*d.* **R**) || **25** liberat $\mathbf{B}^1\mathbf{D}^1$ (*d.* **R**) | aestimarint **BD**$\mathbf{C}^2$**G** aestimaverint **L** aestimarent *cett.* (*d.* **R**)

marint. tamen ita qualitas plerumque censenda est, ut alii quoque status huic generi posse accidere non negentur. nunc status in talibus ita reperiri posse firmamus, ut non ex intentionis depulsione, quemadmodum in conflictibus monstratum est, regulam teneamus. quid enim aut quis intendet, ut ordine solito persuasor dissuasorque confligant, cum alterutrum deligere in astructionibus non vetemur? sed tamen accusatoris partes dissuasor videtur arripere. qui enim inhonestum vel inutile illud, quod dissuadet, ostendit, pro certo ipsum videtur accusare negotium. persuasor vero partes arripit defensoris, et negotii tractatum qualibet obiectione contrarietatis absolvit. ex quo et dissuasor intendere et persuasor depellere memorandi, ac sic conflictione partium facta status poterit apparere, ut in tali causa: 'crebro ad muros exercitu fugiente deliberat imperator, utrum diruat muros.' ⟨dissuasor primum id honestum esse negat; qui non oportere muros⟩ exscindi cum dicit, nonne videtur, si fecerit, accusare? deinde graviter et seditiose id exercitum perpessurum, in quo coniectura fiet de commotionis eventu. ac mox si dicat victoriam non vocandam, si praesidium civitatis exscinditur, finis accessit; definiendum quippe, qualis status moenium victoriam faciat celebrari. tunc si dissuasor addat, sine consilio senatus id fieri non debere, praescriptio etiam videtur accedere. certum est igitur et intentionem dissuasori iure signari, et ⟨in⟩ deliberativis cunctos status promptius apparere. sciendum tamen, ne dissuasor velut sententiam dicens prohibeat tanquam iudex, cum eius officium hoc sit, ne faciat persuadere, inhonestae rei vel [ut] inutilis ratione monstrata.

12 *idem exemplum ap. Fortun. rhet. 1, 15 p. 93*

uti viriliter. ad summam gestus non is oratori tenendus est, quo scaenae
placere videntur actores. manus in contentionibus fusa porrectius, in
sermocinatione vel narratione contracta, praecipueque in hac parte prae-
standum est, ut deceant cuncta, quod prudentia magis quam ulla prae-
ceptionis huius arte servatur.

Iam nunc ordo admonet promissorum, ut partes orationis excurram, **544**
quas quidam subtilius duas, alii quinque, nonnulli plures esse dixerunt.
qui autem duas asserunt, unam, qua docemus iudices, aliam, qua move-
mus, advertunt, et in docendo tam narrationem quam confirmationem
partis ascribunt; in movendo autem prooemium et epilogum nexuerunt,
quia et initio praeparandus est et commovendus sententiam prolaturus

15 *cf. Pis. 14; Sest. 19* || 13 *cf. Cic. de orat. 3, 222* || 18 *cf. Cic. Brut. 303*

[ABDMR EFV GL] 2 vel] aut **EFV** et **G** | deambulando **AB^{1}D^{1}M^{1}R^1** (*repetitum fortasse ex p. 190, 26*) || 4 coleremus **A** colorem **F** colemus *coni. Grot.* || 5 quo **B^{2}D^{2}M^{2}R^{2}GL^2** qu(a)e *cett.* | in similem] in sublime **G^2** sensim *Eyss.* in summum *olim volui, nunc locum ut desperatum relinquo* || 6 possi **R^{1}E^1** posis **L** || 7 ut *om.* **B^{1}D^1** | paucissimus **B^{1}R^1** || 9 quo] quae **MEFVL^1** | ad murmur] ammurmur **B^{1}D^{1}R^1** || 10 pro *del.* **R^2** || 11 qui . . . significanda *om.* **L^1** | ora retorquendo *scripsi* ore torquendo **AB^{1}DMRL^m** ora torquendo **B^{2}EFVG** || 15 nutandi **R^1** || 16 mollus **D^1** | gustus **A** || 17 ne] nec **AB^{2}R^2** || 18 hortensi **F^2** || 19 is] his **BD** | oratorii **A** aratori **L^1** || 20 auctores **M^{1}EFVL** || 21 vel *om.* **M** | contra **B^1** || 22 deceant **D^{2}M^{2}L^2** deceat *cett.* | *ante* cuncta *add.* per **EFV** || 24 admovet **B^{1}DEFV** | ut *om.* **D^1** || 25 quidem **B^1** (*d.* **R**) | nonnulli **G^2** nonnullis **G^1** non *cett.* (*d.* **R**) || 26 qua^2] quam **L^1** (*d.* **R**) || 28 partes **AD^{2}MG**

auditor. qui vero quinque dixere partes, rationalem ordinem persequuntur; nam est exordium, narratio, propositio, argumentatio, peroratio.

545 Exordium ⟨orationis initium⟩ est noscendae causae praeparans auditorem; eius virtutes sunt tres: ut attentum, ut docilem, ut benivolum faciat auditorem. attentum facimus, si magnam rem geri, si novam, si publicam aut plurium dicimus; docilem, si de causa aliquid strictim, quo instruamus iudicem, proferatur. benivolum aut a re aut a persona facimus, a persona autem aut nostra aut iudicum aut adversariorum: a nostra, si quod favorabile gessimus commendamus, aut si quod obest causae diluimus vel extenuamus; a iudicum, si eos nobis vel ex causae ipsius blandimentis vel extrinsecus conciliamus; ab adversariorum autem persona tribus modis, si eos in odium, in invidiam, in contemptum adducimus: in odium, si scelestos crudelesve doceamus; in invidiam, si eos
546 impotentes esse monstremus; in contemptum vero, si humiles. verum exordiorum genera sunt duo: principium et insinuatio. principium est, quo statim simpliciter palamque conciliamus nobis auditores; insinuatio, cum insidioso exordio iudicem circumscribimus. in quo modi sunt quattuor: primus, cum res ipsa mala est; alter, cum adversum nos iudex aliquid contraria opinatione praesumpsit aut fatigatus est, aut acclamatio vel irrisio ulla intervenit.

547 Ante cuncta discutiendum, quae sit forma materiae; nam sunt quinque: honesta, turpis, dubia, humilis, obscura. si honesta est, aut principio non utendum aut amplificatione exordium concludendum; si turpis, insinuatione utendum; si dubia, benivolus faciendus auditor; si humilis, attentus; si obscura, docilis.

548 Insinuatio vero quattuor modis explicatur, cum aut personam rei subiectione mutamus, aut rem persona, aut rem re, aut personam persona. nam si in causa meretricis agendum est, rem potius iudicibus spec-

§§ 545–547 cf. Cic. inv. 1, 20–22 et 23 || § 546 cf. etiam Rhet. Her. 1, 4, 6; 1, 7, 11; Fortun. rhet. 2, 14 p. 109, 15 ss.

[**ABDMR EFV GL**] 1 persequuntur $\mathbf{AD^2M^2GL}$ persecuntur $\mathbf{B^1D^1FV}$ consecuntur $\mathbf{B^2}$ sequuntur $\mathbf{M^1}$ prosecuntur **E** (*d.* **R**) || 2 *post* propositio *add.* partitio $\mathbf{B^2}$ (*d.* **R**) || 3 orationis initium *addidi, quod post* exordium *facile excidere potuit* oratio $\mathbf{D^2M^2G}$ *om. cett.* (*d.* **R**) || 5 geri] generi **A** *om.* $\mathbf{M^1}$ || 6 pliblicam **A** | plurium *scripsi* plurimum $\mathbf{AD^1G}$ plurimam *cett.* (*d.* **R**) plurimorum *coni. Halm* || 7 iudicem *om.* $\mathbf{L^1}$ | praeferatur $\mathbf{ABD^1M}$]ratur **R** | aut^1] ut **A** | a^1 *om.* $\mathbf{M^1}$ | a^2 *om.* **M** || 8 nostra] nos $\mathbf{M^1}$ | iudicium $\mathbf{R^1}$ || 9 fabor habile $\mathbf{B^1D^1}$ faborabile $\mathbf{M^1}$ || 10 deluimus **EFVL** | a] aut **M** | iudicium $\mathbf{B^1R^1}$ || 12 in odium . . . adducimus *om.* **R** || 13 *post* doceamus *add.* in invidiam in contemptum adducimus si scelestos crudeles ut doceamus $\mathbf{R^1}$, *quae del.* $\mathbf{R^2}$ | in^2 *om.* $\mathbf{AB^1D^1M}$ || 15 genera *om.* $\mathbf{M^1}$ *ante* exordiorum *ponit* $\mathbf{M^2}$ || 16 statum $\mathbf{M^1}$ || 17 circumscribsimus $\mathbf{R^1}$ | in quo modi] incommodi $\mathbf{AR^1}$ || 18 alter cum] alterum **R** || 19 aliqua **G** | est *om.* $\mathbf{L^1}$ || 24 humiles $\mathbf{L^1}$ || 25 attentius $\mathbf{D^1}$ auditentus **V** | docibilis **A** || 27 mutamus] utamus $\mathbf{B^1}$

tandam esse dicemus; aut si libertus alicuius vel cliens agat, personam patroni, non huius considerandam esse admoneamus, atque ita cetera.

Vitia vero exordiorum ista sunt: vulgare, quod in omnes causas cadere 549 potest; commune, quo etiam adversarius uti potest; contrarium, quo melius adversarius uteretur; affectatum, quod aut verbis inusitatis aut rebus externis profertur; supervacuum, quod neque attentum neque docilem neque benivolum facit auditorem. fugiendum praeterea satis longum et obscurum.

Narrationum genera sunt quattuor: historia, fabula, argumentum, ne- 550 gotialis vel iudicialis assertio. historia est, ut Livii; fabula neque vera est neque veri similis, ut Daphnen in arborem versam; argumentum est, quod non facta, sed quae fieri potuerunt, continet, ut in comoediis patrem timeri et amari meretricem; iudicialis autem narratio est rerum gestarum aut veri similium expositio.

Narrationis laudes tres sunt, ut lucida sit, ut veri similis, ut brevis; et 551 his contraria vitia vocantur. lucida est narratio, si non confuse, si verbis usitatis et significantibus, si non longo circuitu rem monstremus; veri similis, si nihil affectate et quasi ex natura exponere videamur; brevis, si non ultra quam res exigit et prolixe fundatur assertio.

Narrationum aliae sunt ipsius causae et negotii, aliae incidentes. ipsius causae sunt, sine quibus res, quae agitur, intellegi non potest; incidentes, quae aut probationis gratia aut exempli aut augendi aut invidiae aut voluptatis extrinsecus afferuntur. nonnulli quinque species narrationis 552 esse dixerunt, ut Theodorus Byzantius Graece discernit προδιήγησιν,

§§ 549–551 cf. Cic. inv. 1, 26–28 || *§ 549 cf. etiam Rhet. Her. 1, 11* || **15** *ss. cf. Iul. Vict. rhet. p. 71 ss.* || **20** – p. 194, **7** *ex fonte ignoto*

[**ABDMR EFV GL**] **1** dicemus *scripsi propter clausulam* dicimus *libri* | libitus **F** | vel] aut **G** | eliens **A** clinens **E**^{1} || **2** *ante* cetera *add.* et **G**^{1} || **3** exordium **M**^{1}**R**^{1} | sunt *om.* **B**^{1} | omnis **B**^{1}**DM** || **5** utetur **G** | aut^1] ad **L**^{1} || **7.8** satis longum et obscurum **B**^{1}**D**^{1} satis longum est obscurum **AR**^{1} ne sit satis longum et obscurum **B**^{2} ne satis longum vel obscurum sit **D**^{2}**MG** ne satis longum et obscurum sit **R**^{2}**EFV** ne satis longum et obscurum **L** || **8** *post* obscurum *add.* De narratur **A** De narratione *cett.* || **9** negotialis . . . **10** fabula *om.* **A** (*d.* **R**) || **10** libii **B**^{1}**DMG** (*d.* **R**) || **11** Daphnen *edd.* daphim **ABD**^{1} daphnim **D**^{2}**M**^{2}**EFVL** daphinim **M**^{1} daphnin **G** (*d.* **R**) | versam **ABD** versum *cett.* (*d.* **R**) || **15** sunt tres **R** || **16** his] is **AB** (*d.* **R**) | convocantur **V** || **16.17** si non confuse, si verbis usitatis et significantibus *Petersen 57 ex Iul. Vict.* si non confusa si vera si usitatis significationibus *libri* || **17** usitatis] usi **B**^{1} | longum circumito **AB**^{1}**D**^{1} longum[**R** || **18** extra naturam **B**^{2}**GL** (*d.* **R**) || **19** res] rex **L**^{1} | asertio **A**^{1} asserto **R** || **20** ipsius *om.* **AR**^{1} || **22** quae *om.* **M**^{1} | aut^1 *om.* **L**^{1} | probationes **R**^{1} | aut augendi *Grot. ex codice suo* aut agendi **AB**^{1}**DMRE**^{2} agendi *cett.* || **23** efferuntur **AD**^{2} || **24** ΠΡΩΔΕΙΓΗϹΙΝ **ABDEFVL** *corruptius cett.*

ὑποδιήγησιν, παραδιήγησιν, ἀναδιήγησιν, καταδιήγησιν. narrationis etiam elementa sunt sex: persona, causa, locus, tempus, materia, res. item narrationum aliae continuae, aliae partiles vocantur; continuae, quae perpetuo contextu sine ulla interruptione dicuntur; partiles, quibus vel argumentum vel digressio aliqua interponitur. narramus autem modis sex: augentes aliquid aut tenuantes, praetereuntes aut monentes [docentes], gratiam vel invidiam comparantes.

Post narrationem quidem digressionem, quam παρέκβασιν vocant, oportet adiungere, quo vel incitamus iudices vel delenimus. sed quoniam pars orationis non est et non semper arripienda est, eam placuit praeterire.

553 Propositio aut nostra est aut adversariorum aut communis: nostra, ut
'caedem obicio'; adversariorum, 'caedem me fecisse dicit'; communis,
554 'uter igitur nostrum caedem admiserit quaeritur'. propositiones aut
principalium quaestionum sunt aut incidentium, aut simplices aut coniunctae. simplex est 'luxuriaris'; coniuncta 'aut luxuriaris aut meretricem amas'. coniunctae autem per partitionem maxime proponuntur, quae dupliciter fiunt; aut enim simpliciter, quid dicturi simus, ostendimus, aut ante, quid nobis cum adversario conveniat, quid in dubium vocetur, edicimus.

555 Propositiones aut nudae sunt aut ratione subiecta: nudae, ut 'affec-

8–10 *cf. Cic. inv. 1, 97; Fortun. rhet. 2, 20 p. 113, 14ss.* || *§ 553 cf. Fortun. rhet. 2, 22 p. 115, 1ss.*

[**ABDMR CEFV GL**] **1** ὑποδιήγησιν **B²DREVG** *corrupte cett.* | ΠΑΡΑΔΕΙΗΓΥCΙΝ **BDR** *corruptius cett.* | ΠΑΝΑΔΗΙΝΤΗCΙΝ **A** ΙΝΓΙΑΝΑΔΕΙΗΓΗCΙΝ **B** ΙΝΠΑΝΑΔΕΙΗΓΗCΙΝ **DG** *et fere similiter* **RC** ΠΑΝΑΔΕΙΗΓΗCΙΝ *fere* **MEFVL** | καταδιήγησιν **C²** *corruptius cett.* || **2** sex] VII **B²G** *et ed. Dick* | causa *om.* **M¹** | *ante* locus *add.* modus **B²**, *quod post* locus *add.* **G**; *sed cf. Iul. Vict. p. 73, 9 'personam et tempus et causam et locum et rationem et adminicula'* || **4** quibus] quae **A** qui **B¹D¹R¹C¹** || **6** augentes] arguentes **A** aut agentes **R²** | aut tenuantes] attenuantes **A** aut attenuantes **B²** | praetereuntes *om.* **D¹** | aut monentes] admonentes **C²L** amonentes **EFV** || **7** docentes *ut glossema delevi* | vel *om.* **M¹** || **8** digessionem **A** | *post* quam *add.* Graeci *edd. Kopp et Dick* (*sed cf. p. 198, 14* figuras, quas διανοίας dicunt) | parecbasin **BD** parebasin **AMREV** *corruptius cett.* || **9** delinimus **AB²R²CFG** || **9.10** orationis non est pars **G** || **10** semper per arripienda **V** | *post* praeterire *add.* De propositione *libri* || **11** prpositio **A** praepositio **R** | aut¹] autem **D¹** || **12** adversariorem **A** | *ante* caedem² *add.* ut **B²G** || **13** *ante* uter *add.* ut **G** | ammiserat **CVL¹** | propositionis **AB¹D¹R¹** || **14** incedentium **D²** incidendum **R¹** || **15** luxuriaris **E²** luxorialis **ADR** luxurialis *cett.* | coniuncta aut luxuriaris **AB¹D¹R¹E²** *del.* **B²D²R²** *om.* **MCE¹FVGL** | luxuriaris **E²** luxorialis **AD¹** *legi nequit* **B¹** luxurialis **R¹** (*de toto loco v. DMCE 47*) || **16** autem *om.* **L** | per *om.* **B¹D¹** | paptitionem **A¹** partionem **MR²** pattitionem **L¹** || **17** quid] quod **C²L** | simus *Halm* sumus *libri* || **18** quid¹] quam **DM²** quod **M¹L¹** || **19** redicimus **L¹** || **20** ratione subiecta **B¹D¹R¹C¹** ratione subiectae **AM** rationi subiectae *cett.*

tasti tyrannidem'; ratione subiecta, 'affectasti tyrannidem; arma enim domi habes'. omnes autem sumuntur aut simpliciter aut per inductionem: simpliciter, ut si dicas 'docebo proditorem'; per inductionem, ut si superioris meminimus et sequentem introducimus, ut si dicas 'quoniam docui iniustam legem, docebo inutilem'. proponimus autem aut per concessionem aut per praeteritionem: per concessionem, cum gratiam facientes eius, quod diximus prius, aliquid introducimus, ut si dicas 'concedo interim occisum, sed ab hoc interemptum nego'; per praeteritionem, cum ita transimus ad alteram propositionem, ne superiorem interim concedamus, ut si dicas 'nunc quoniam docui ignominioso actionem de privatis rebus tantum negari, docebo de proditionis crimine non negari'.

Partitio est, quae ordinem totius divisionis breviter comprehendit, ut **556**
est pro Quintio 'negamus te bona Publii Quintii possedisse ex edicto praetoris'; et primo sic incipit, nullam causam fuisse postulandae proscriptionis; huic subicit, nec ex edicto possideri potuisse; ad extremum, nec possessa esse. 'haec' inquit 'tria cum docuero, perorabo.' animadvertis corpus totius orationis per haec liniamenta digestum esse. talis autem debet esse partitio, ut singulae partes eius plurimas quaestiones in se contineant; nam si fuerit et per incidentes quaestiunculas dirivata, onerabitur ipsa partitio, et ex hoc rebuntur iudices rerum copiam fugiendam. ideo et Tullius in eadem Quintiana sic partitus est, ut singula capita plures quaestionum articulos continerent. etenim primum illud, non fuisse causam postulandae proscriptionis, vide quanta contineat: quod pecunia debita Sexto Naevio non fuerit et aliter agi oportuerit; quod Quintius vadimonium non deseruerit. secundum, quod ex edicto possidere non potuerit; quod et procuratorem habuerit et absens defensus sit et non

13 *Quint. 36* || 24 debita ... non fuerit] *Quint. 37–47* | aliter agi] *Quint. 48–55* || 25 non deseruerit] *Quint. 56–59* || 26 procuratorem habuerit] *cf. ibid. 60–62* | absens defensus] *ibid. 62 ss.*

[**ABDMR CEF V GL**] 1 ratione subiecta **AB^{1}RC^1** ratione subiecti eo *ut vid.* **D** ratione subiectae **M** rationi subiectae *cett.* | *post* subiecta *add.* ut **CEFV** || 3 simpliciter ... inductionem *om.* **AR^1** | si^1 *om.* **V** | dicam **D^2** || 4 superius **L^1** || 7 ut si dicas *om.* **A** (*d.* **R**) | ut] aut **D^1** (*d.* **R**) || 8 interim occisum] interemptum [occisum] *fort. legendum, nam interim concedere eius est qui hominem vivere mox ostensurus sit* || 9 trasimus **M^1** || 11 proditionibus **B^1** proditio[**R** proditiones **L^1** | crimen **D^1** (*d.* **R**) | *post* negari^2 *add.* De partione **A** De partitione *cett.* || 12 partio **AD^1** || 13 te *om.* **A** | possedissedisse **M^1** possessedisse *ut vid.* **G^1** | praeceptoris **M^1** || 14 *post* incipit *add.* et **D^1** (*d.* **R**) || 15 nec^1 **B^{2}RCL** ne *cett.* | possidere *Halm* | nec^2] ne **L** || 16 posse se esse **F** || 18 partio **D^1** || 19 fuerit **B^{2}L** fuerint *cett.* | dirivata **ARCGL** derivata *cett.* || 20 rebuntur] rebus **AB^{1}D^{1}M^{1}R^{1}C^1** | fugient **M^2** || 21 quentiana **V^1** | sic] si **L^1** | capitula **B^2** || 22 quaestionem **F^1** || 23 causam **B** causa *cett.* | quod] ut **R^1** || 24 quintius **B^{2}D^{2}R^{2}C^{2}EFVG^{2}L^2** quintio **AG^1** quintios **B^{1}D^{1}R^1** quintus **MC^{1}L^1** || 25 dimonium **A** | quod *edd.* quem *libri* | edicto] dicto **RVGL^2** dicta **L^1**

latitaverit, et ceteri creditores quieti sint; et quod ante missum sit, ut fundo communi expelleretur, quam proscriptio eius imperaretur, et quia inde vi sit eiectus contra quam praetor iusserit. his igitur manifestum est intra partitionem quaestiones esse ponendas, quae in exsecutione sint divulgandae, ut iudex et nobis attentus fiat et promissorum copia non gravetur. illud etiam inspiciendum, quae nobis cum diversa parte conveniant, quae in controversiam devocentur. et ea, quae conveniunt, tunc enumeranda, si nobis prosunt, ut Cicero pro Marco Tullio ait 'damnum passum esse Marcum Tullium convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non infitiantur; a familia P. Fabii commissam negare non audent; an dolo malo factum sit ambigitur'. vides ergo hunc in partitione a concessis duxisse, quod sibi proderat.

557 Argumentatio est elocutio, qua argumenta ipsa verbis exsequimur, argumenta vero, quibus causa probatur. argumentatio dividitur in duas partes: in confirmationem et reprehensionem. argumentorum genera duo sunt, artificiale et inartificiale. sed artificiale locos principales habet quattuor: ante rem, in re, circa rem, post rem. ante rem vero dividitur in locos septem: a persona, a re, a causa, a tempore, a loco, a modo, a materia. in re autem loci sunt duodecim: a toto, a parte, a genere, ab specie, a differentia, per septem circumstantias (qui locus recipit in se etiam a maiore ad minus et a minore ad maius), a proprio, a definitione, a nomine, a multiplici appellatione, ab initio, a progressione vel profectu, a perfec-
558 tione vel consummatione. circa rem loci sunt decem: a simili, cuius spe-

1 ceteri creditores] *Quint. 73–76* | ante missum sit] *ibid. 77–83* || 3 eiectus] *ibid. 85* || 8 *Tull. frg. 1* || *§§ 557–559 congruunt cum Fortun. rhet. 2, 23–24 p. 115, 9–116, 21; cf. etiam Rhet. Her. 1, 10*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 quieti] quintii **B**^{2}**MC**^{2}**G** quietii **V** quinti **L**^{1} Quintii quieti *coni. Dick nimis argute* | sit] fuit **B**^{2} || 3 inde vi sit eiectus *scripsi* de vita sit eiectus **EL** vi de vita sit eiectus *cett.* vi de saltu sit deiectus *Halm* || 4 partionem **AB**^{1}**DMR**^{1}**L** | exequatione **A** secutione **M** exsecutionis **R**^{1} || 5 devulgandae **L** | attentius **M** | non *om.* **AR**^{1} || 7 conveniunt **EF**^{1}**VGL** conveniant *cett.* || 9 vi] ut **R**^{1} || 10 infitiatur **C**^{2} infitiant *n. f.* **F** || 11 an *Vulc.* etiam **V** iam *cett.* | facto **AR**^{1}**C**^{1} || 12 hunc *scripsi* hic **R**^{1} hac **R**^{2} hoc *cett.* | partionem **A** partione **D**^{1}**M** | *post* proderat *add.* De argumentatione *libri* || 14 argumenta] argumentatio **R**^{2} || 15 partis **B**^{1}**D**^{1} || 17 in re] in rem **C**^{1} (*d.* **R**) || 18 locos] losco **A** loco **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1} (*d.* **R**) | septim **AB**^{1}**D**^{1}**F** || 19 ab] a **EFVG** (*d.* **R**) || 20 a^{1}] ad **A** *om.* **EFV** (*d.* **R**) || 21 a^{1}] ad **AC**^{1}**V** (*d.* **R**) | a^{2}] ad **B**^{1}**D**^{1}**L**^{1} || 22 a progressione vel profectu *Kopp e Fortun.* ad progressionem vel profectum *libri* | perfectione **ABD**^{2}**G** prefectione **M** profectione *cett.* (*d.* **R**) | *post* perfectione *add.* ab initio **AB**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**G**^{1} ad initio **D**^{1}**V** ad initium *cett.* || 23 consummatione **AD**^{2} consummationem **BD**^{1}**VG** consumationem **M**^{1}**CEF** consumatione **M**^{2} consumma[**R** consumpmationem **L** | *post* consummatione *add.* ad initium **D**^{m}**M**^{m}

cies sunt quinque: exemplum, similitudo, fabula, imago, †id est veri simile, quod de comoedia sumitur. addunt quidam et apologos, ut sunt Aesopi. ergo circa rem locos exsequar, qui sunt a dissimili, a pari, a contrario, per positionem et negationem, ad aliquid, quod figuratur casibus quattuor: genetivo, dativo, accusativo, ablativo, ab inter se collidentibus per habitionem et amissionem, a maiore ad minus, a minore ad maius, a praecedenti, ab eo quod simul est vel a coniunctis, a consequentibus.
post rem loci sunt duo: ab eventu et a iudicato. sunt alii loci ἀπὸ τῆς 559
συζυγίας, id est a coniunctione sive a coniugatis, quod quasi iunctum est personae qualitati, ut si eum, qui hostilia sentiat, hostem esse dicamus. item ⟨a⟩ qualitate, ut, si iracunde fecit, sine ratione fecerit; a quantitate, ut, si †servus est, eodem modo factum sit; a coniunctis, id est ἀπὸ τῶν προσόντων καὶ συνθέτων, ut fasces et toga, sella curulis magistratuum ornamenta sunt. item per partitionem, id est diaeresin, per omnes circumstantias, id est cum partimur per personas, tempora et cetera, quae varietas Graia discriminat.

Inartificialia argumenta dividuntur in praeiudicia, in rumores, in tor- 560
menta, in tabulas, in iusiurandum, in testes, quae similiter quemadmodum et artificialia tractat orator. in argumentis autem cavendum est, ne vul-

§ 560 = Fortun. rhet. 2, 25 p. 116, 22–117, 2; cf. etiam Rhet. Her. 1, 11

[**ABDMR CEFV GL**] 1 quinque] quattuor B^{2}D^{2}MR^{2}E^{2}G | exemplo B^{1}D^{1}L^1 ex[R || 1.2 id est veri simile *libri* exemplum veri simile id est *Fortun.*, *quod recepit Dick* item veri simile *Kopp* *locum pro desperato reliqui* || 2 quod] quo M^2 quae L || 4 per positionem *Halm ex Fortun.* per prosotionem R^1 propositionem L per propositionem *cett.* || 6 habitionem B^{1}DM^{2}R^{1}CE^2 ambitionem R^2 habitationem *cett.* | a^1] ad V | a minore] a maiore E^1 ad minore V et a minore G || 7 simul *Kopp e Fortun.* simile *libri* | *post* coniunctis *add.* vel *Halm ex Fortun.* | consequuntibus L || 8 *ante* alii *add.* et R^{2}G || 8.9 apo tes synzugias BR^{1}C^{2}L *corruptius cett.* || 9 coniunctione R^{1}FV *Fortun.* coniugatione *cett.* | iunctum] coniunctum B^2 || 10 si *Grot. ex Fortun.* qui AD^{1}M^{1}R^{1}C^{1}L //si B^1, *dein del.* si B^2 | hostili assentiat E^{1}FV || 11 a^1 *habent* B^{2}D^{2}L^2 *om. cett.* | fecerit] fecit *Fortun.* || 12 si *del.* B^2 | servus] serius *vel* sirius *codd. Fortun.* | sit AB^{1}ME GL^1 fit B^{2}DRCFV est L^2 (*neque Mart. neque Fort. verba ullum sensum habent*) | id *habent* B^{2}D^{2}MGL *om. cett.* || 12.13 τῶν προσόντων *Halm dubitanter* TONΠΤΟCEOC ABD^{1}MRC^{2}EFGL TOΠOCEOC D^2 TONΠΙCEOC C^{1}V TΩN ΠΟCEΩN *fere codd. Fortun.* || 13 faces et togas sella D^1 fasces et toga et sella G fasces lictores toga praetexta sella *Fortun.* | curalis M^1 curullis E^2 currulis L^1 curules imperia provinciae *Fortun.* | magistratum ABD^{1}MR^1 magistratu C^1 || 14 per partitionem V^2 a partitione AD^{2}M^2 partitionem B^{1}D^{1}R^{1}C^{1}EF V^{1}L^2 partitio est B^{2}R^{2}C^{2}G partitione M^1 partitioe L^1 | id est dieresin *del.* R^2 | dieresin AB^{2}DMR^{1}CEL dieresis B^1 dieresi M^2 deheresin FV ΔIEPHCIN G || 16 Graia *scripsi AMC 85* gratia M^1 grata *cett.* || 17 inartificialia argumenta *Halm ex Fortun.* inartificialia B^2 *et ed. Kopp* inartificia artificia M inartificialia artificialia R^{2}F inartificialia per artificia L inartificialia artificia *cett.* | dividividuntur R^1 || 18 in^2 *habent* B^{2}D^{2}M^{2}C^{2}EFV *et Fortun.* *om. cett.* || 19 ornator M | cavendum est] cavendum M cavenda sunt *Fortun.*

garia sint, ne cum adversario communia, ne alte repetita aut supra dignitatem causae aut infra dignitatem.

De confirmatione breviter memoravi; nunc reprehensionis praecepta videamus. reprehenditur enim actio adversarii aut redarguendo, cum aut totum argumentum aut partes eius contra facere monstrabimus; aut repugnando, cum docemus falsa esse pro veris assumpta vel ex his non effici ⟨conclusionem⟩; aut compensando, si contra argumentum, quod adversum nos est, aliud opponamus.

561 Quaestionum duo sunt genera; dicitur enim *προηγούμενος* quae a nobis inducitur, ut confirmetur; ab adversariis autem quae infertur et repellenda est, dicitur *ἀναγκαία*. verum superior quaestio, quae a nobis infertur, modis fit duobus, ut aut singillatim separatae inducantur aut plures coniunctim. inducimus autem eas varie: aut per simplicem propositionem aut per partitionem aut per figuras, quas *διανοίας* dicunt. qui locus multiformis est; nam paene tot sunt occasiones inducendae quae-
562 stionis in hoc genere, quot sunt figurae sententiarum. fit enim aut per solutionem, id est *κατὰ ἀνάλυσιν*, aut per adiectionem aut per praeteritionem aut per concessionem aut per reprehensionem aut per seiunctionem, id est *ἀφορισμόν*, aut per admonitionem aut per dissimulatam propositionem [aut per repetitam] aut per instructam aut per partitam aut per similitudinem superioris quaestionis aut responsionis aut per in-

§§ 561–562 = Fortun. rhet. 2, 26 p. 117, 3–20

[ABDMR CEFV GL] 1 ne^2] nec $B^2D^2MC^2EG$ | alter R aliter L | petita *Fortun.* | aut] a B^1D^1 || 4 aut redarguendo *Fortun.* aut rem arguendum $AB^1D^1R^1C^1$ artem arguendo M^1 cum aut rem arguendo G^1 aut rem arguendo *cett.* || 5 monstravimus $AB^1D^1RC^1E^2$ || 6 pro veris] proberis AR^1 | *post* assumpta *add.* hoc est cata anteloesin et per praeteritio EV^1, *quae rursus delet* V^2 cata anteloesin praeteritio F | *post* vel *add.* illa *Eyss.* || 7 offici $B^1D^1RC^2L^2$ | conclusionem *add. Dick ex Fortun.* (*poteras et sic supplere*: vel ex his ⟨quae volebat is⟩ non effici) || 8 *post* opponamus *add.* De quaestione A De quaestionibus *cett.* || 9 *προηγούμενος ed. Kopp* proegominos A proegimenos B^2 proegymenos M proeguminos $E^1F^2V^1$ proeugumenos GL^2 proegumenos *cett. et Fortun.* *προηγουμένη Halm et hic et apud Fortun.* || 10 inducitur ... 11 nobis *om.* F || 11 rebellanda A repellenda L (*d.* R) | dicitur] igitur AB^1D^1 digitur V^1 (*d.* R) | *ἀναγκαία Fortun.* ananceae A anancea $B^1DC^2L^1$ anancia B^2C^1 anantea ML^2 anhancea EV anankea G (*d.* R) | vero B^1 (*d.* R) || 12 singulatim C^2 (*d.* R) | indicantur E^1 (*d.* R) || 13 coniunctam L^1 | inducimus *Halm* ducimus *libri* (ut eas varie inducamus *Fortun.*) || 14 aut per partitionem *om.* D^1 | parationem AB^1 comparationem B^2MC^2 partionem C^1 (*d.* R) | dianoas A dianoeas *cett.* (*d.* R) || 16 quot] quod AVL^1 (*d.* R) | aut D^2M^2 *et Fortun.* ut M^1 et *cett.* || 17 solutionum D^1 resolutionem L^2 | id est ... praeteritionem *om.* A | cata anteloesin BDC^2EVG^1L *corruptius cett.* | aut per adiectionem *huc reduxit Kopp ex Fortun.*, *post* seiunctionem (*v.18*) *collocant libri* | aut per praeteritionem *om.* F (*d.* R) | aut^2] et $B^1DC^1E^v$ || 20 aut per repetitam *iam Halmio suspecta del. Dick* | per^3 *om.* AD^1M^1L (*d.* R) | repartitam R^2

versionem, id est cum primam illam quaestionem tractamus, quae secunda est, dein quae prima.

563 Etiam eam quaestionem, quam adversarii intulerint, isdem modis refutare possumus, et adicere solemus, cum aliquid aut obscure adversarius posuerit aut augendi potius causa dixerit quam probandi, aut cum gradum facimus nostrae propositionis, aut cum adversarii propositionem in nostram partem convertimus, quam *περιστροφήν* vocamus, aut cum secunda proposita quaestione primam tractamus. et hoc faciendum, vel cum elegantiam varietatis affectamus, vel cum prima quaestio adversus nos valde facit et non est in primo loco ponenda. in hypophora cavendum est, ne plene et copiose ponatur, quamquam aliquando irridendi adversarii causa, ⟨si hoc augeat,⟩ de quo nulla quaestio est, exaggeranda a nobis est, ⟨aut⟩ ut quod discrepat ostendamus. hypophorae tribus modis imminuuntur: adiectione verborum, immutatione, detractione. hypophora est autem intentio adversae partis, anthypophora responsio eius.

564 Anacephalaeosis est veluti a capite causae brevis repetitio quaestionum. anacephalaeosi non semper utendum est, sed quando aut partitionem fecimus, aut quando in multas quaestiones causa processit, ita tamen ut summam cuiusque, non partes partium retexamus. qua quidem utemur etiam in alia parte orationis, cum iudicis memoria fortasse succumbet, quae res tunc *ἐπιμερισμός* vocatur. anacephalaeosis tamen nulla pars orationis est, sed epilogi quaedam portio.

565 Epilogus enim tres partes habet: enumerationem praedictam, indignationem, quam *δείνωσιν* dicimus, miserationem, quam *οἶκτον* vel *ἔλεος*

§ 563 = Fortun. rhet. 2, 27 p. 117, 21–118, 7 || *§§ 564–565 = Fortun. rhet. 2, 31 p. 119, 30–120, 19*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 primam *libri* primo *Fortun.* primum *Grot.* || 2 deinde **A** dehinc **CEFV** *et Fortun.* || 3 eam *om.* **R**^{1} | tulerint **L** | isdem modis *om.* **C**^{1} | eisdem **D**^{2}**MG** || 4 abdicere **G** reicere *melius iudicavit Dick* || 5 aut augendi **DMR**^{2}**C**^{2}**E**^{2}**L** ut agendi **R**^{1}**E**^{1} ut augendi *cett.* | *post* cum *add.* per hypophoran *ex Fortun. ed. pr.* || 6 gradum] *sane malim* gratiam (*cf. p. 195, 6*), *sed* gradum *etiam Fortun.* || 7 peristrophen *libri* || 8 quaestione **C**^{2}**EFV** quaestionem *cett.* || 10 facit] fiat **R**^{1} | oypophora **B** || 12 si hoc augeat *add. Halm ex Fortun.* | quaestio est **AMR**^{2}**G** quaestio est qua **D**^{1} quaestio est quae **D**^{2} quaestio **C**^{2}**L** quaestio qua est *cett.* (*locus fort. nondum sanatus*) | exageranda **D**^{1} exaggerenda **D**^{2} exageranda **R**^{1}**L** || 13 aut *add. Halm et Bern.* | quod] quid **B**^{2} | discrepet **G** | ostendam **V** || 14 inveniuntur **A** immuniuntur **B**^{2}**L** muniuntur **MEFV** minuuntur **C**^{2} | detractatione **BD**^{2}**RCL** | hypphora **M**^{1} **C**^{1}**L** || 15 autem] aut **V** | antipophora **BDMR**^{1}**E**^{2}**L** *corruptius cett.* || 17 partionem **AD**^{1}**M**^{1} || 18 facimus **AC**^{2}**L** || 19 retaxamus **L** || 20 utimur **AD**^{2} || 21 tunc *del.* **D**^{2} | epimerismos *libri* || 22 partio **M**^{1}**G** || 24 edinosin **EFVL**^{1} dimosin *cett.* | *οἶκτον Halm ex Fortun.* yatosin **A** ystosin **D**^{2}**L**^{2} ictosin *cett.* | *ἔλεος edd.* eos **AM**^{1} elios **R**^{2}**C**^{2}**L**^{1} ΗΛΙΩϹ **G** eleos *cett.*

memoramus. sed *δείνωσις* ex locis argumentorum; nam his non tantum res probamus, verum etiam augemus. sed conquestio, id est miseratio, is⟨dem ex⟩ locis argumentorum sumitur, quibus et indignatio. peroratione tamen non in fine tantum orationis utendum, sed ubi materia permiserit, id est in digressione principiorum aut narrationis assiduae, sed et quaestionum nonnumquam. in epilogo generaliter observandum, ut brevis sit, si quidem commotus iudex statim dimittendus est ad sententiam proferendam, dum aut adversariis irascitur aut tuis miseretur lacrimis aut reorum afflictatione commotus.'

Sic adhuc asserenti innuit ipse Cyllenius, ut ad germanarum coetum nubentisque transiret obsequium. quo conspecto asserta determinans ad Philologiae consessum fiducia promptiore perrexit eiusque verticem deosculata cum sonitu (nihil enim silens, ac si cuperet, faciebat) sororum se consortio societatique permiscuit.

566 Tandem loquacis terminata paginae
asserta cursim, quae tamen voluminis
vix umbilicum multa opertum fascea
turgore pinguis insuit rubellulum.
qui si probatur et caret fastidio,
nonnulla promet, quae novella texuit,
diditaque fient, quae vetustas praeterit.
sin sanna typhi naris imum torseris,
pigebit arma horruisse caelites,
formidinisque tunc locus movebitur,
Silvane, falcem cum petis Saturniam.

12 *cf. Apul. met. 5, 4* ad parentum suorum conspectum adfatumque perrexerant

[**ABDMR CEFV GL**] 1 sed] sumitur *vel* sed sumitur *malebat Halm* (*fort. pro* sed *legendum est* fit) | dinosis *libri* | *ante* ex *add.* est **G** || 2 sed *vix sanum; fortasse* sed et *legendum* | cum questio **C**^{2}**E**^{1}**FVL** || 3 isdem ex locis *Halm* (*sed Mart. Fortunatianum male intellexisse videtur*) his in locis **A** his locis *cett.* | per orationem **MR**^{2} **EFVG** || 5 degessiọne **A** degressione **B**^{1}**MCE**^{1}**VL**^{1} (*d.* **R**) || 8 referendam **A** (*d.* **R**) | dum *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) || 9 aut] au **L** (*d.* **R**) | reorum *Eyss.* rerum *libri* | afflictione **AM**^{2}**CE**^{1}**GL**]tione **R** | commovetur **B**^{2}**G** commutus **L**^{1} || 10 sic **DEFVL** si **AB**^{1} sed **B**^{2}**M** *et in ras.* **CG** (*d.* **R**) | innuet **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**C**^{1}**L**^{1} (*d.* **R**) | germanarum *ed. pr. et* **L**^{v} terminarum **ADR**^{1}**CE**^{v}**G** terminatarum **B**^{2} germinarum **MR**^{2} || 11 nubentesque **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1} (*d.* **R**) | conspectu **AM**^{1}**R**^{1} || 12 concessum **A** consesum **L**^{1} (*d.* **R**) | promptione **M**^{1} promptiora **EF V** | cuiusque **A** (*d.* **R**) || 13 deoscultata **C** deosculato **V** || 14 sociatique **F** | *post* permiscuit *add.* iambicum senarium **E**^{m}**V**^{m} || 16 aserta **A** | cursimque **R**^{2} cursumque **C**^{1} || 17 fascia **B**^{2}**G**^{2}**L**^{1} fuscea **C**^{2} || 19 qui] quod **R**^{2} quae **E**^{2} *et coni. Halm* || 20 novella texuit **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**E**^{2}**GL** non velat exuit **C**^{2}**E**^{1}**FV** non vellat exuit *cett.* || 21 diditaque **B**^{1}**D**^{1} (*cf. AMC 79*) deditaque *cett.* || 22 sin] si **R**^{2} | sana **M**^{1}**C**^{1}**V** | tyfyn **A** | naris simum *vel* narissimum **AD**^{1}**RC**^{1} | ima *fort. legendum* | torserit **B**^{1} || 23 pugebit **C**^{1} pigebat **G**^{1} || 25 saturna **D**^{1} saturneam **CEFVG**^{1}**L**

at tu reclamans rhetorum turbam tuba
clangore verso Tulliana percrepans
in castra abibis, quo nec osor invidens
nec livor ater te sequatur praecluem.

LIBER VI

DE GEOMETRIA

'Virgo armata decens, rerum sapientia, Pallas, **567**
aetherius fomes, mens et sollertia fati,
ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis,
ardor doctificus nostraeque industria sortis,
quae facis arbitrium sapientis praevia curae
ac rationis apex divumque hominumque sacer nus,
ultra terga means rapidi ac splendentis Olympi,
celsior una Iove, flammantis circulus aethrae,
ἑπτὰς in numeris, prior igni, tertia Lunae,
quam docto assimulant habitu qui agalmata firmant;
hinc nam tergeminae rutilant de vertice cristae, **568**
quod dux sanguineo praesulque corusca duello,
vel tibi quod fulget rapiturque triangulus ignis.
hinc tibi dant clipeum, sapientia quod regat orbem, **569**
vel rationis opem quod spumea proelia poscant,
hasta etiam vibrans penetrabile monstrat acumen,
†lymphaseum magis est et scutum circulus ambit.

17 *cf. Verg. Aen. 6, 779* viden ut geminae stant vertice cristae?

[**ABDMR CEFV GL**] 1 clamans **L**^{1} | turbam *Halm* sacrum *libri, quod om.* **B**^{1} chorum *coni. Petersen 57* | tubat **A** || 2 tuliana **A** tulliano **C**^{1} || 3 nec osor **B**^{2}**D**^{2} **M**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} nec gosor **M**^{1} negosor *cett.* || 4 libor **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | te *om.* **L**^{1} | *subscriptio:* MARTIANI MINNEI FELICIS CAPELLAE DE ARTE RHETORICA LIBER QVINTVS EXPLICIT FELICITER *fere libri* (MINNEI **BDRE** MINEI *cett.*) || 5 *inscriptio:* INCIPIT DE GEOMETRIA VI LIBER **A** INCIPIT DE GEOMETRIA LIBER VI FELICITER **BDM** *in* **R** *non solum scriptura sed ipsa folii materia desideratur; tamen Dick eadem atque in* **BDM** *ibi se legisse testatur* INCIPIT DE GEOMETRICA LIBER VI *fere ceteri* || 7 *a verbis* virgo armata *rursus adest* **P** || 8 formes **A** fomens **D**^{1} (*d.* **R**) | mens *om.* **A** (*d.* **R**) || 12 nys **M**^{2} noys **G** (*d.* **R**) || 15 in numeris heptas *coni. Stange 14* (*sed cf. p. 11, 26, ubi* Arcas *spondeus est*) | ignis **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1} (*d.* **R**) | luna **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2} || 16 assimilant **R**^{2}**P**^{2} | quia galmata **M** qui galmata **P**^{1} | formant *Grot., sed cf. p. 362, 21* firmatur || 18 *totum versiculum om.* **P** | sanguine **AR**^{1} | buello **MR**^{v}**EFVL**^{1} || 19 fugit **A** || 22 penetrabile **B**^{2}**M**^{2}**P** penetrale *cett.* | monstrat] praestat **GL**^{v}**P**^{2} | agumen **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 23 linfaseum **B**^{1}**D**^{1}**RGP**

570 hinc nam vernicomae frondent tibi munera olivae,
artes cura vigil per te quod discat olivo;
571 glaucam dant volucrem, quod lumina concolor igni est,
tuque ignis flos es cluis et glaucopis Athene.
an mage noctividae tibi traditur alitis usus,
quod vigil insomnes ducat sollertia curas?
572 pectore saxificam dicunt horrere Medusam,
quod pavidum stupidet sapiens sollertia vulgum.
573 arcibus urbanis veteres tibi templa sacrarunt,
quod ratio amplificet quibus est elatior urbes.
hinc de patre ferunt sine matris foedere natam,
provida consilium quod nescit curia matrum,
consultisque virum praesis, hinc dicta virago.
574 o sacra doctarum prudentia fontigenarum,
sola novem complens, Musis mens omnibus una,
deprecor: ad proprium dignata illabere munus
inspirans nobis Graias Latiariter artes.

575 Ago tibi habeoque, diva, persolvensque perpetes debebo grates, †optatis fulcida dignaris annuere: nosco venerorque, quod vidi. parent denique iam ingressurae Artis obsequio electissimae feminarum, quae decentem quandam atque hyalini pulveris respersione coloratam velut mensulam gestitantes ad medium superi senatus locum fiducia promptiore procedunt. sed quae istae sint quidve gestitent, gerendorum inconscius non
576 adverto.' hic, ut lepidula est, et quae totam fabellam ab inchoamento-

6 *cf. Lucan. 2, 239* insomni . . . cura || 6–7 *cf. Isid. orig. 8, 11, 73* prudentia . . . confundit alios et imperitos ac saxeos probat || 7 *Ov. Ib. 553* saxificae . . . Medusae (*similiter Lucan. 9, 670; Sil. 10, 177*); *Verg. Aen. 8, 437* ipsamque in pectore divae Gorgona || 9–10 *Serv. ecl. 2, 61; cf. Catull. 64, 8; Verg. Aen. 2, 615* || 16 *Verg. Aen. 3, 89* animis illabere nostris || 18 *Apul. flor. 16 p. 30, 4* gratias ago atque habeo; *cf. Vitruv. 6 praef. 4; Symmach. ep. 1, 5, 2*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 nam] iam *ed. Kopp Dick* | frondenti **R**^{1} | tibi] ibi **F**^{1} | olibae **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 2 discat] dis **D**^{1} || 3 quod] quae **R**^{2}**G**^{1}**P**^{v} | lumina *Eyss.* lumine *libri* | ignis **A** | est **G**^{v} *om.* **A** es *cett.* || 4 claumpis **A** claucopis **BDR** | Athene *edd.* atheneae **D**^{1}**M**^{1} athenae *cett.* || 6 collertia **AR**^{1} callertia **D**^{1} || 7 *versum om.* **V**^{1} || 8 stupet et **A** | vulgus **G** || 9 sagrarunt **B**^{1}**D**^{1} || 10 quibus *scripsi AMC 83* quoque **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1} adque **P** quodque *cett.* | *ante* est *inserunt* illa **B**^{2}**D**^{2}**G**^{1} | latior **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**G**^{1} | urbe *coni. Grot.* || 11 de] te *coni. Dick* || 17 latialiter **AD**^{2}**L** || 18 *post* grates *add.* quae *ed. pr.* || 19 fulgida *Kopp* *totum enuntiatum neque intellegere neque emendare possum* | nosce **A** | *post* vidi *add.* te **B**^{2} || 20 Artis] in **A** || 21 coloratum **AB**^{1}**D**^{1}**R** coleratam **C**^{1} || 22 prumptiore **B**^{1}**M** prumtiore **D**^{1} cum promptiore **C**^{1}**E**^{g}**V** (*d.* **R**) || 23 sint **G**^{2} sunt *cett.* (*d.* **R**) | gestent **V**^{1} (*d.* **R**) | inscius **CEFVL** (*d.* **R**) || 24 et quae] atque *Susius ap. Gurlitt animadv. 4, p. 9* | favellam **A** fabella **D** (*d.* **R**)

rum motu limineque susceperit, Satura iocabunda, 'ni fallor', inquit
'Felix meus, plurimum affatimque olivi, quantumque palaestras perluere
vel sponsi ipsius posset, superfluo perdidisti, dispendiaque lini perflagrata
cassum devorante Mulcibero, qui tot gymnasiorum ac tantorum heroum
matrem Philosophiam non agnoscis saltem; cum per eam Iuppiter dudum
caelitis consultum senatus tabulamque vulgaret, cumque ad Philologiae
concilianda consortia procum affatum conubialiter allegaret, ne tunc eam
noscere potuisti? sed quia nunc Arcadicum ac Midinum sapis praeser- 577
timque ex illo, quo desudatio curaque districtior tibi forensis rabulationis
partibus illigata aciem industriae melioris obtudit, amisisse mihi videris
et huius matronae memoriam et iam eiusdem germanam voluisse nescire.
illa namque, parili quam accinctam cernis officio, Paedia vocitatur, fe- 578
mina admodum locuples et quae illas Croesias Dariasque prae suis opes
gazasque despiciat. haec utpote talentorum conscia in omnium rara con-
gressus, nec cuiquam facile primoress altem vultus superba committens;
plerumque tamen adhaesit arrisitque pauperibus, magisque illis, quos aut
pedibus nudos aut intonso crine hispidos aut sordenti conspexit pallio
semitectos. denique, si Marcum Terentium paucosque Romuleos excipias
consulares, nullus prorsus erit, cuius ista limen intrarit. vides igitur, 579
utrique feminae quam insit fastuosa censura; tamen utraque Mercuria-
lis ministrae, quae veniet, officio praeparantur. illud quippe, quod
gerulae detulerunt, abacus nuncupatur, res depingendis designandisque

17–18 *cf. Apul. met. 1, 6* ecce Socraten ... conspicio. humi sedebat scissili palliastro semiamictus

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 motu] *fort. legendum* ortu | suscepit *Susius* | satura **AB^{1}D^{1}M^1** satyra *cett.* (*d.* **R**) || 2 quantumcumque **P^1** || 3 perdisti **L^1** || 4 casum **M^1** (*d.* **R**) | devorantem ulci vero **A** devorantem ultio vero **B^{1}D^1** devorante mulcifero **B^{2}D^{2}MG^2**]vero **R** | qui ... 5 saltem *om.* **P** | gemnasiorum **B^{1}D^1** gynnasiorum **C** || 5 saltim **R** || 6 caelites **A** caelestis **B^{2}MG^{2}P** (*d.* **R**) || 7 consilianda **E^1** | affatu **AMRE^{2}GL^2** | conubii aliter **B^{1}D^{1}L^1** cubialiter **M^1** (*d.* **R**) | aligaret **A** (*d.* **R**) | ne] nec **M^2** || 8 arcaticum **A** ardicum **M^1** arcadium **C^2** acardicum **P** (*d.* **R**) | midimnum **B^{2}G** medimnum **C^2** || 9 fabulationis **B^{2}R^{2}C^{1}P** fabulationibus **D^1** || 10 pastibus **B^{1}D^{1}R^1** a partibus **C^{1}E^{2}V** | illigata **AB^{1}D^{1}R C^{1}E^2** alligata *cett.* | amississe **BRC** ammississe **D^{1}M^{1}P** || 11 *post* voluisse *add.* se **B^{1}R^2** | noscere **A** nescere **R^1** || 12 illam **B^2** | cenis **AR^1** | pedita **A** || 13 quae illas] quoniam illa **R^m** | duriasque **D^1** || 14 gestasque **D^{1}R^1** gastasque *ut vid.* **G^{1}L^1** | utpote ... conscia *ad antecedentem sententiam referenda censebat Kopp* | congressus *Dickio suspectum* || 15 nec cuiquam **ABDMGL** ne cuiquam **R^1** nec cuique *cett.* | primorum *coni. Dick* (*sententia male sana videtur; fort. v. 14 pro* omnium *legendum* hominum) | saltim **R** salutem **C^{1}E^{1}V** | superbia **R^m** | commitens **A** || 16 adherit **A** || 18 terrentium **RCEFVG** || 19 consulares (consolares **B^1** consures **L^1**) *delendum suspicabatur Dick* | *post* erit *addebat* dives *Eyss.* | intrarit **B^{2}D^{2}CEFVL** intraret *cett.* || 20 infit **AR^1** sit **M** | utraque **AB^{1}D^{1}RP** utraeque *cett.* || 21 minitrae **A** | officii **B^1** | praeparentur **R^1** | quippe] quoque **G** || 22 regulae **M^1** | depinguendis **MR^1** | designatisque **B^1**

opportuna formis; quippe ibi vel lineares ductus vel circulares flexus vel triangulares arraduntur anfractus. hic totum potis est ambitum et circos formare mundi, elementorum facies ipsamque profunditatem adumbrare telluris; videbis istic depingi, quicquid verbis [visum] non valeas explicare.' 'nimirum' inquam 'ista, quae veniet, Apellen Polyclitumque transcendit; ita quippe memoratur posse omnia effigiare, ut labyrintheus Dae-
580 dalus eam credendus sit genuisse.' et cum dicto prospicio quandam feminam luculentam radium dextera, altera sphaeram solidam gestitantem amictamque laevorsum peplo, in quo siderum magnitudines et meatus, circulorum mensurae conexionesque vel formae, umbra etiam telluris in caelum quoque perveniens vel lunae orbes ac solis auratos caliganti mu-
581 rice decolorans inter sidera videbatur. ipsum vero vernantis aethrae salo refulgebat, denique etiam in usum germanae ipsius Astronomiae crebrius commodatum, reliqua vero versis illitum diversitatibus numerorum, gnomonum stilis, interstitiorum, ponderum mensurarumque formis diversitate colorum variegata renidebat. crepidas peragrandae telluris causa
582 easdemque permenso orbe contritas viatrix infatigata gestabat. quae quidem ingressa senatum deum, licet, quot stadia e terris in caelum quotque ulnas, quot denique digitos permensa sit, instanter absolveret, tamen Ioviali caelestumque maiestate contacta ad illam abaci renudati mensulam circumspectans camerae exterioris ornatum et laqueata sideribus palatia properavit.

583 Constitit attonito spectans stellantia visu,
et decuit crinis pulvereique pedes.

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 hic] haec *coni. Eyss.* || 3 adumbrare] autumbrare L^1 || 4 istic] hic **R** | depingui R^1 | visum (*quod delevi*) $AB^1D^1R^1$ et visum C^1V et visu C^2EFL^2 visu *cett.* || 5 apellen D^2MGP appellen *cett.* | polycletumque B^2 || 6 labyrintheus $B^2D^2EGL^1$ labyrintus AB^1D^1R laberynteus MC^2L^2P laberintis C^1 labyrinteis **FV** | dedalis D^1 || 7 sit] si L^1 | prospicio] proposito R^1 propositio AC^1V || 9 levorosum B^1D^1 levorumsum R^1 levosum C^1FV levorum **E** | peplo] subpeplo B^1 subplebo D^1 pelo E^1 || 10 censurae B^1D^1 || 11 quoque] usque *fort. legendum* || 12.13 salo refulgebat E^vG^v sasalore fulgebat AD^1 *et fort.* B^1 de colore fulgebat B^2 calore fulgebat B^3M^1 calore refulgebat M^2 sa[R^1 colore R^m colore fulgebat *cett.* || 13 usum] versum C^1 (*d.* **R**) | gemanae **A** *om.* **L** (*d.* **R**) | ipsius *om.* M^1 (*d.* **R**) | astronominiae D^1 (*d.* **R**) || 14 versus D^1 de versis **V** variis E^sP^s *et coni. Grot.* (*d.* **R**) || 15 interstitiorum AB^2D interstitionum *cett.* (*d.* **R**) | deversitate **CV** || 16 variegata AB^1D^2 variae grata D^1 variata *cett.* (*d.* **R**) | peragendae R^1C^1 | causae $AB^1D^1C^1$ causam P^1 (*d.* **R**) || 17 attritas **G** (*d.* **R**) || 18 quidam B^1D^1 (*d.* **R**) | quod $ADM^1C^1E^2L^1P^1$ quit E^1 que **F** || 19 quodque DM^1P^1 (*d.* **R**) | quod ADM^1FL^1P (*d.* **R**) | instanter *om.* **A** | absolveret G^2 absolvere *cett.* || 20 caelestumque B^1MGL caelestiumque *cett.* (*d.* **R**) | contacta $B^1D^1R^1$ contracta *cett.* || 21 *ante* sideribus *add.* de CE^s (*d.* **R**) || 23 antonito **A** atonito C^1P || 24 crinis] inis B^1 crines B^2 crini R^1 | pulvereosque G^2

ipsa etiam laeva sphaera fulgebat honora,
  assimilis mundo sideribusque fuit;
nam globus et circi zonaeque ac fulgida signa
  nexa recurrebant arte locata pari.
tellus, quae rapidum consistens suscipit orbem, **584**
  puncti instar medio haeserat ima loco.
hanc tener et vitreis circumvolitabilis auris
  aer complectens imbrificabat aquis.
quae tamen immenso, quo cingitur illa, profundo
  interrivata marmore tellus erat.
texerat exterior qui fulget circulus orbis
  aetheris astrifico lumina multa peplo.
hinc nitidus rutilum Titan succenderat orbem, **585**
  moxque imitata pium lactea Luna diem.
sic igitur furvae oculos splendescere noctis
  cernas ex auro ut sacra flamma micat.
sic Cypris Oceani perfuso sidere lymphis
  Lucifero annuerat lumina tota suo.
omnia compar habet paribus sub legibus ordo,
  nec minus haec mira est quam domus alta deum.
hanc mundo assimilem stupuit Trinacria tellus
  Archimedea astrificante manu.
o felix cura et mentis prudentia maior
  corpore sub nostro aequiperasse Iovem.

5 *Manil. 2, 929s.* mundus ... adversum ... suscipit orbem || **6** *Ov. fast. 1, 110* sederunt medio terra fretumque loco*; cf. Lucr. 5, 495ss. et 534; Manil. 1, 167; 170; 180* || **17** *cf. Verg. Aen. 8, 589* qualis ab Oceani perfusus Lucifer unda ... || **20** *Verg. Aen. 10, 101* deum domus alta || **21–22** *cf. Claud. carm. min. 43 (ed. Jeep); Ov. fast. 6, 277*

[**ABDMR CEFV GLP**] **1** laeve D^1 || **2** mundo] modo E^1 || **5** tellus quae] tellusque $AB^1D^1M^1RCF$ | suspicit B^2G^vP suspicipit D^1 || **6** ima *Heins. (ed. Burm. Ovid. t. 3, p. 12)* uno G^1 una *cett.* || **7** *ante* vitreis (ultreis R^1) *add.* de E^sV | circumvolitalibus **A** circumvolitantibus B^2 ciracumvolitabilis **R** || **8** complectes AB^1D^1R complentes M^1 | imbifricabat **V** || **9** quae] quo **G** | *post* profundo *sequuntur versus 21 et 23 scripti et erasi in* **M** || **10** interrivatum marmore cernere erat *coni. Stange 19* || **11** fulgit $AB^1D^1M^1R$ || **12** *ante* astrifico *add.* de E^sV || **13** hic ADR^1 | lutilum **D** rutilans **M** | succederat AM^1E || **15–16** *del. Stange 19* || **15** oculos igitur furvae *ed. Vulc.* | oculo AD^2R^1L oculis C^1 oculos oculos **V** | pledescere $B^1D^1R^1$ || **16–17** *om.* **A** || **16** cernas *McDonough (v. DMCE 47)* cernere R^1 cerneris G^2 (*cf. glossas* poteras si adesses *in* **V**, longa debet esse *in* **M**, pro cernere poteras si adesses *in* **P**) cerneres *cett.* || **17** sic] hinc *coni. Stange 20n.* || **20** alia **A** || **21–24** *delet Stange 20n.* || **21** *et* **23** *om.* M^1 (*v. ad v. 9*) || **22** archidemia AR^1

586 Tandem igitur reglutinatis ab aethrae intervibrantis admiratione luminibus, decenti collustrans divos conspectansque censura, cum omnibus reverenda venerabili dignitate et magistra ceterarum, quae notae divis sunt, Artium diceretur, exquisitum ⟨est⟩, eruditionis arcanum ut ab ipsis praeceptionis cunabulis auspicata depromeret. tum illa, remoto paululum obstaculo contorti crinis a facie, orisque luculenta maiestate resplendens
587 atque abaci sui superfusum pulverem movens, sic exorsa: 'licet Archimedem meum inter philosophos conspicata Euclidemque doctissimum in astruendae praeceptionis excursus potuerim subrogare, ne impolitum quicquam subsisteret assertorum aut profunditas caligaret, tamen congruentius ipsa vobiscum, quia et Cyllenium excludit ornamen, illi etiam Helladica tantummodo facultate, nihil effantes Latiariter, atticissant, quae etiam ipsos edocui, quod numquam fere accidit, Romuleis ut pot-
588 ero vocibus intimabo. ac prius vocabuli mei promenda ratio, ne indecenter squalentior peragratrix caelicolarum auratam curiam et interstinctum cylindris gemmantibus pavimentum rurali respersura pulvere credar intrasse. Geometria dicor, quod permeatam crebro admensamque tellurem eiusque figuram, magnitudinem, locum, partes et stadia possim cum suis rationibus explicare, neque ulla sit in totius terrae diversitate
589 partitio, quam non memoris cursu descriptionis absolvam.' quo dicto quoniam fuerant in deorum senatu quamplures, qui neque noti terris essent neque ipsi umquam dicerent se calcasse tellurem, ipse etiam Iuppiter curiosius totius terrae latebras vellet exquirere, credo necubi decentes puellas isto quoque saeculo is versiformis etiam cupitor audiret, hoc igitur promere Geometria primum iubetur ac demum cetera astruendae praecepta artis aperire. tum illa:

[ABDMR CEFV GLP] 1 reglutinantis C^1 | aethrae AB^{2}REFP aethae B^1 aetherae DM aethere CGL aetrhe V | intervibratis L^2 || 2 conlustrandi vos AB^{1}D^{1}R conlustrans dives C^{1}V | *ante* omnibus *add.* ab B^{2}E^{2}VL || 3 notae] nocte AD^{1}C^{1}V | dives AM^1 divisa B^{1}L^2 divisi D diversis C^{1}V (*d.* R) || 4 sunt *om.* M (*d.* R) | Artium *Dick* in artibus CE^{s}V artibus *cett.* (*d.* R) | est D^{2}G^{2}P^s *om. cett.* (*d.* R) || 5 depromeretur M^{1}C^{1}G | tunc B^2 (*d.* R) || 8 euclidemque D^{2}C eoclimde *ut vid.* M^1 eodidemque V eoclidemque *cett.* || 9 politum L^1 (*d.* R) || 10 asertorem A | *post* aut *add.* ne B^2 || 11 et *om.* C^1 | cellenium M | excludit P^1 excudit *cett.* (*d.* R) | ornamentum G (*d.* R) || 12 tamunimodo C^{1}V | latialiter AL (*d.* R) | acticiscant P || 13 quae] quam FVG^{1}L^{1}P | ipsas M^1 ipsa eos *coni. Eyss.* | edocuit B^{1}DC^1 || 14 *ante* ratio *add.* est M^{s}E^{2}FVP^s || 15 squalentior B^{2}M^{2}LP exsqualentior EV exqualentior *cett.* | peragratrix B^{2}C^2 peragratix L peragatrix *cett.* | interstrinctum A interstinatum B^1 instinctam R^1 || 16 gemmatibus B^{1}D^{1}M^{1}C^1 | *ante* rurali *add.* de E^{s}V || 17 geometrica R^{2}GP | crebro] curiam D^1 | amensamque G || 18 eiusque] eiusdem L^1 | partes MC^{2}GL^2 partis *cett.* || 19 cum *om.* AR | sui R^1 || 20 meroris A | discriptionis C || 21 nequi L^1 | noti *Petersen 17, qui et* orti *posse legi admonuit* totis L^1 toti *cett.* | terrei B^2 *incongrua coniectura* || 22 ipsam B^{2}M^{1}L^1 | usquam M^2 | se calcasse *om.* M^1 | caligasse tellurem B^{1}D^1 calcassent ellurem V || 23 curiosior *fort. legendum* | dicentes AV || 24 is] his AM^{1}RC^{1}L^2 *om.* P^1 || 25 geometrica AR^{2}CVG

'Formam totius terrae non planam, ut aestimant, positioni qui eam **590**
disci diffusioris assimulant, neque concavam, ut alii, qui descendere im-
brem dixere telluris in gremium, sed rotundam, globosam etiam [sicut
Secundus] Dicaearchus asseverat. namque ortus obitusque siderum non **591**
diversus pro terrae elatione vel inclinationibus haberetur, si per plana
diffusis mundanae constitutionis operibus uno eodemque tempore supra
terras et aequora nituissent aut item, si emersi solis exortus concavis
subductioris terrae latebris abderetur. sed quoniam posterior assertio **592**
mage despicabilis opinationis cassae vilitate tenuatur, illam priorem, cui
etiam physicus Anaxagoras accessit, praestat exigere, quamvis nonnullas
credatur astruere rationes; quippe dicit planam terram ortu occasuve
solis aut lunae perspicue comprobari, qui, mox primi luminis fulgor emer-
serit, confestim ad obtutus nostros directis lineis diriguntur, quod magis
indubitabilis probamenti fiet, si in litore consistentes obstacula montium
relinquamus. quod si ita esset, cunctis supra terras degentibus eodem
tempore emergentia viderentur, occasusque uno obitu condita cunctas
valerent tenebrare terras, ac falsa Romulei vatis exploderetur assertio,
qua docet:

nosque ubi primus equis Oriens afflavit anhelis,
illic sera rubens accendit lumina Vesper.

quin etiam cunctae noctes ac dies similibus interstitiis horisque semper **593**
paribus convenirent, nullique parti telluris vel apparerent certa vel alia
sidera negarentur. at cum Arctoa conversio supra verticem volvatur
Hesperiae, apud Trogodytas Aegyptumque confinem ignoto occultoque
penitus sidere nesciatur, cum Canopum ac Berenices crinem, stellas ad-

3 *cf. Verg. georg. 2, 325* fecundis imbribus Aether coniugis in gremium descendit || 13 *ss. Plin. nat. 2, 160; 162; 179* || *§ 592 cf. Plin. 2, 179* (*sed subest et alius auctor*) || 19 *s. = Verg. georg. 1, 250 s.* || *§ 593 ex Plin. 2, 178; 181; 184 et 6, 69* (*cf. Cleom. 1, 10; Gemin. 3, 15; Schol. Arat. 351*)

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 forma **ADR** | positione **B**^{2} possitioni **R**^{1} possitionem **R**^{2} || 1.2 qui eam disci *om.* **A** || 2 assimilant **D**^{2}**P**^{1} | alii qui] aliqui **R**^{1} | discendere **M**^{1}**R** || 3.4 sicut secundus dicearcus (dicaereus **V**^{1} dicaercus **V**^{2} diceareus **F** diceortus **P**) asseverat (*om.* **V**) *libri* sicut secundus *del. Dick* sicut facundus Dicaearchus asseverat *Morelli 245* sicut secundum Dicaearchum asseverant *Eyss.* || 5 per plana] plana **ML**^{1} plane **C**^{2}**EV** plena **F** perplane **P** || 7 exoratus **E**^{1} ortus **P** || 8 subdutioris **A** subductioribus **D**^{1} | latebris . . . 9 cassae *om.* **L**^{1} | posterioras **B**^{1}**D**^{1}**C**^{1} || 9 magnae **L**^{m} magis **P**^{g} | opinionis **R**^{2}**L**^{m} | causae **L**^{m} | utilitate **R** || 10 nonullas **B**^{1}**D** || 11 planam] nam **L**^{1} plenam **P**^{1} || 12 *post* mox *add.* ut **MGP**^{g} | *post* fulgor (fulgur **C**^{2}) *add.* ut **B**^{2}**E**^{g} || 13 optatus **FV** abtutus **L**^{1} || 15 terram **B**^{2} (*d.* **R**) || 16 condita *del.* **B**^{2} (*d.* **R**) || 17 tenebrae **R** | ac] ad **D**^{1} (*d.* **R**) | romulee **L**^{1} (*d.* **R**) | viatis **EV** (*d.* **R**) || 18 qua] quia **A** (*d.* **R**) || 20 accedit **E**^{1}**L** || 21 institiis **E**^{1} interstiis **L**^{1} || 23 artoa **B**^{1}**DML**^{1} arta **C**^{1} (*d.* **R**) || 25 nesciatur *scripsi DMCE 67* nescitur *libri* | berenicis **C**^{2} | crimen **B**^{1} crinen **R**^{1}

modum praenitentes, Scythia Galliaeque atque ipsa prorsum non cernat Italia, cum illae antarcticis terris conspicuae ac praenitentes et velut perpendiculatae capitibus suspectentur, in Alexandria etiam Canopos quarta parte interstitii signilis ultra terras emineat Trionesque geminos ut devexa non cernat, cum in Arabia Novembri mense sub noctis auspicio Helice non conspecta secunda vigilia prospectetur, quae in Meroe solstitio tantum exiguaque brevitate conspicitur, ubi circa ortum Arcturi cum die nascitur, quae item in India Patavitano portu prima tantum parte noctis aspicitur, in qua etiam in Maleo monte quindecim tantum diebus annuis videtur, quis igitur dubitet [et] globi devexioris oppositu alia
594 inconspicua fieri atque alia velut sphaerae curvationibus eminere? additur ad fidem globi rotundioris ambigentibus asserendam, quod solis lunaeque deliquia in occasu facta orientis incolae non viderunt, itemque in ortu si accidant, a tota Britannia atque occasivis regionibus ignorantur. etiam in mediis plerumque regionibus horarum diversitatibus variantur, sicut in Magni Alexandri victoria lunam noctis secunda defecisse Servius Nobilis in Arabia nuntiavit, quod in Sicilia in exortus primi splendore conspectum. Ulpiano et Fonteio consulibus undecimo kalendas Maias defectus solis fuit, qui in Campania diei septima visus in Armenia eiusdem diei undecima comprobatur; quod factum est utique sphaerae circuitu
595 moras per inflexus rotunditatis subinde variante. denique ipsa vasa, quae horispica vel horologia memorantur, pro locorum diversitatibus im-

§ 594 ex Plin. 2, 180 || *§ 595 ex Plin. 2, 182 et 186*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 galliasque **B^{1}D^{1}MRC^{1}L** galliamque *cett.* | prorsum **ABDMRG** prorsus *cett.* || 2 antarcticis *edd.* antanticis **R^1** ante articis **P^1** antarticis *cett.* | terres **C^1** | conspuae **D^1** perspicuae **L** || 3 subpectentur **A** | alaxandria **A** | canopus **MC^{2}EFVP** || 4 signilis] singulas **G^1** singuli *Dick* signi unius *Kopp ex Plin.* || 5 non **B^{2}RC^{1}G** nonc **M^2** nunc *cett.* | ospitio **C^1** || 6 prospetetur **C^1** || 7 circa ortum] caorum **L^1** | arctura **A** arturi **D^1** arcti **M^1** acturi **C^1** || 8 cum *del.* **B^2** | pazavitano **A** patavit anno **D^1** (Patalitano *scribendum esse ex Plin. apparet, nisi forte ipse Mart. erravit*) | porti **A** ortu **P^1** || 10 et (ex **B^2**) *delevi DMCE 68* | devexioris] deveris **A** || 11 curvationis **L^{1}P** || 12 ambientibus **G^1** | asserendam *scripsi* asserendum *libri* || 13 orienti singulae **B^{1}D^1** orientis inculae **R^1** | itemque] item **B^{2}L^1** || 14 accidant **B^{2}C^{2}V^{2}GP^2** accendant **P^1** accedant *cett.* | a] at **A** | britannia **C^{2}V** brittannia **G** britania **L** brittania *cett.* || 15 plerisque **B^2** || 16 *post* secunda *add.* hora **B^{2}D^{m}M^{2}R^{m}CE^{2}FVGLP** (*recte* **AB^{1}D^{1}M^{1}R^{1}C^{1}E^1**) || 16. 17 servus nobilis **M^{1}R^{1}VL^1** serius (*vel* saepius) nobili *libri Pliniani* serius nobis illi *apud Plin. legebat Detlefsen* || 17 in aravia **B^1** apud arabiam *libri Pliniani praeter* **R^2**, *ubi legitur elegans coniectura* apud arbilam || 18 ulpiano *Leid. 88* alpiciano **B^2** alpiano *cett.* vipiano *libri Pliniani* Vipsanio *Gelenius*, Vipstano *Harduinus apud Plin. legebant* | fontegio **A** | undecimo *om.* **G** || 19 diei **B^{2}MC^{2}GP** die *cett.* | Armenia] argumenta **AB^{1}D^{1}M^{1}R^{1}C^1** || 20 die **D** || 20. 21 circuitum horas **C^{1}EV** circuitum foras **F** || 22 horispica **AB^{1}D^{2}REFV^{1}L^{1}P** *et libri Pliniani* **FT** horoscopa **B^{2}M** orispia **D^1** orospica **D^{3}CV^{2}L^2** *et liber Plin.* **a** oroscopia **G** *et liber Plin.* **R^2** horoscopica *coni. Petersen 17* | orologica **B^{2}M^{2}G**

mutata componunt alioque gnomone ultra quingenta stadia discernunt, umbris pro locorum aut elationibus celsis aut inclinationibus infimatis. hinc est quod in Meroe longissimus dies duodecim aequinoctiales horas et alterius bissem secat, Alexandriae quattuordecim, in Italia quindecim, in Britannia decem et septem. solstitiali vero tempore, cum caeli verticem sol invectus subiectas deorsum terras perpetui diei continuatione collustrat, itemque brumali descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Tyle compertum Pytheas Massiliensis asseruit. his temporum diversitatibus assertum, ni fallor, globosam rotunditatis flexibus habendam esse tellurem.

**Sequitur ut quem mundi locum quamve granditatem sortita sit appro- 596
bemus. circulus quidem terrae ducentis quinquaginta duobus milibus stadiorum, ut ab Eratosthene doctissimo gnomonica supputatione discussum. quippe scaphia dicuntur rotunda ex aere vasa, quae horarum duc- 597
tus stili in medio fundo siti proceritate discriminant, qui stilus gnomon appellatur, cuius umbrae prolixitas aequinoctio centri sui aestimatione dimensa vicies quater complicata circuli duplicis modum ⟨. . .⟩ reddidit.
Eratosthenes vero, ab Syene ad Meroen per mensores regios Ptolomaei 598
certus de stadiorum numero redditus, quotaque portio telluris esset advertens, multiplicansque pro partium ratione, circulum mensuramque terrae incunctanter, quot milibus stadiorum ambiretur, absolvit.**

§ 596 partim ex Plin. 2, 247, sed bematistarum regiorum mentionem solus sibi vindicat Martianus, ut alium fontem videatur secutus. ceterum Cleomedes (theor. cycl. c.10) Eratosthenis rationem lucidius exponit || 18 ab Syene ad Meroen] *ab Alexandria ad Syenen Cleomedes, sed recte noster, opinor, nam longitudine quidem vix distat Meroe ab Syene*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 conponunt **AB^{1}DM^{1}R^{1}C^1** componuntur *cett.* | nomone **L^1** | quinta **P^1** quingena *edd., sed* quingentis *libri Plin.* | discernunt *scripsi DMCE 48* discernuntur *libri* || 2 indicationibus **A** | infirmatis **RC^1** || 3 longissimos **EV** longissibus **L^1** | dodecim **R** || 4 bissem **AB^{2}D^{2}M^{2}C^{2}GL^{2}P** besem *cett.* | alaxandriae **A** alexandreae **B^{1}D** alexandria **ML** | quindecim] quindecim aequinoctiales horas quindecim **R^1** || 5 britania **AC** brittannia **EFG** brittania *cett.* | solstitia **C^1** | cum *secl. Kopp auctore libro Darmst.* || 6 inventus **D^1** invictus **M^1** in[**R** | deorsum *edd.* levorsum *libri* || 7 descensu **M^{2}C^{2}GLP** descensus **B^2** discesu **E^1** discensu *cett.* (*d.* **R**) | facit horrere noctem **AB^{1}DM^{v}CG^2** facito noctem **E^1** facit oriri noctem *cett.* (*d.* **R**) || 8 Pytheas] procas **L^1** proias **L^2** (*d.* **R**) | massiliensis **AC^{2}GL^2** *et Plin.* maliensis **B^{1}D^{1}C^{1}E^{1}FL^1** masiliensis *cett.* (*d.* **R**) || 9 rotonditatis **A** (*d.* **R**) | *ante* flexibus *add.* cum **E^{g}FV** (*d.* **R**) || 11 quave granditate **AR** || 12 circulus *Eyss.* circulum *libri* | quidam **AD^{1}G** (*d.* **R**) | duocentis **B^{1}D^{1}R^1** || 13 erotestene **A**]tene **R** | gnominica **M** gnomica **P^1** || 17 demensa **ARC^{2}L^2** mensa **C^1** di **P^1** | vigies **D^1** vices **M^1** | quater] qui ter **B^{1}D^{1}R^{1}C^{1}EFV** | *ante* reddidit (reddit **L**) *quaedam videntur excidisse* || 18 ab] a **B^2** | syene **B^{2}D^{2}L^2** asiene **M^2** siene **CEFVGP** suene *cett.* | tolomei **CEFV** || 19 stradiorum **A** | *post* redditus (reditus **M^1**) *add.* est **D^2** || 20 circulum] circuitum *fort. melius* || 21 quod **AB^{1}D^{1}RCVP** | molibus **EV^1** | ambiretur] incunctanter **C^{1}EFV^1**

599 Comperta est terrae brevitate rationabili magnitudo; locus eiusdem ac positio doceatur. quam in medio imoque mundi immobilem stare multiplicibus monstratur assertis; quae sive ante constitutionem mundi in eodem loco fuerit, ex quo moveri non potuit, ac dehinc divulsis a confusione primae commixtionis elementis undarum immensa et volubilis latitudo aerisque halitus undiquesecus circa terrae stationem diffusus artarit mediumque fecerit, quod teres ac volubilis circumclusit, sive quod in sphaera efficitur imum omne quod medium est, dum paribus ab extimae
600 rotunditatis ambitu lineis, quicquid eas sustinet, constipatur. imum vero iam necesse est sui extremitate consistere, quia inferius quo decidat non est. omnia etiam pondera in eam desuper cadunt, ut imber, grando, nix, fulgura atque ipse, qui in eius penita praecipitatur, Oceanos et fluenta latentia, quae fundo volvuntur in imo. vides igitur eam, quae undas cunctaque sustentat, artatam ex omnibus nihil subicere, quo secedat. media igitur credenda est, quia postrema, quod praesertim aequinoctialis temporis interstitia manifestant; nam pares horarum metas tam antemeridialium quam etiam pomeridianarum et tam diei quam noctis horo-
601 logia manifestant. quo documento clarum est tantundem undiquesecus abs terris abesse caelum; quod item duobus circulis edocetur solstitiali et brumali. nam utique quantum interstitii dies habet, cum caeli culmina sol elatus illustrat, tantum spatii longior nox, cum sol in brumam decidens, repraesentat. itemque quicquid singula signa zodiaci intercapedinis luci contulerint, tantundem sole e contrario rutilante umbris noctis ignoscunt, quod utique undiqueversum probat tantundem circulos sideraque distare, mediamque esse tellurem.

§ 599–601 non ex Plinio || 10.11 quo decidat non est] *cf. Plin. 2, 162* natura repugnante et quo cadat negante || 13 fundo volvuntur in imo] *Verg. Aen. 6, 581* || 15 praesertim aequ. temp.] *cf. Plin. 2, 176* sed clarissimo (*sc. argumento*) aequinoctii paribus horis

[ABDMR CEFV GLP] 2 multiplicimus E || 3 sive AG *et coni. Bentl.* sic L^2 sibi *cett.* | constitutione R || 4 dehunc R^1 | devulsis AC^1 divulsione V^1 | a *om.* L^1 || 6 erisque D^1 aeris M^1 | altus B^1 altius R^1 | undiquesecus] undique se AB^{1}D^{1}RC^1 | artarit AB^{2}DM^{2}C^{2}G^{2}L^2 artaret B^{1}M^{1}R^1 artarat *cett.* || 7 fecerat C^{1}EFVG^{1}LP | quod AD^{2}MG^{2}L^2 co D^1 quo *cett.* || 8 phera B^1 fera D^1 | omnem F || 10 quo] quod AG^{1}P quos E quis F || 11 eam AM^{2}G ea *cett.* || 12 fulgora AD^{2}RP | ipsa quae M | oceanos B^{1}D^{1}R occeanus L oceanus *cett.* || 14 nihilque L^2 | subiacere G || 15 media D^{2}MC^{2}GL medio *cett.* || 16 nam ... 18 manifestant *om.* F | pares horarum] praesorarum R^1 || 17 pomeridianarum *Eyss.* postremarum *libri* postmeridialium *Lüdecke (1862) 50* | oroligia AR^1 || 18 undiquescussus A undiquescus B^{1}D^1 undique D^{2}R^2 undique succus R^1 || 19 abs B^{1}DMG ab AB^{2}R^{1}P *del.* R^2 a *cett.* || 20 die V^1 diis L^1 || 21 cum] quam *Eyss.* | in brumam] imbrumam DL brumam G^2 || 22 zoziaci B^{1}DM^{1}RC^1 | intercapedinis C^{2}EVLP intercapidines B^1 intercapidinis B^2 intercapidinse D^1 intercapedine D^2 intercapedines *cett.* || 23 loci AB^{1}DMR^{1}C^1 | e *om.* AMD^{1}C^{1}L (*d.* R) | rutulante A lutilante L^1 (*d.* R) | agnoscunt *dubitanter Dick, et certe locus nondum sanatus videtur* || 24 proba B^{1}D^{1}C^1 probat *dein rasura 4 litt.* M pro[R || 25 tellurem esse G

Quod si congrue videtur assertum, iam partes eius, quas ipsa permensa
sum, perhibebo. orbis terrae in quinque zonas, sive melius fasceas dico, **602**
pro rerum diversitate discernitur; quarum tres intemperies multa contrariorum nimietate relegavit. nam duae, quae axi utrique confines, algore immenso et frigoribus occupatae desertionis causas pruinis rigentibus praebuere; media vero flammis atque anhelis ardoribus torridata propinquantes animantum amburit accessus. aliae autem duae vitalis aurae halitu temperatae habitationem animalibus indulserunt. quae quidem per totius rotunditatem telluris incurvae tam supernum
hemisphaerium quam inferius ambierunt. nam utique terra duas sibi **603**
partes hemicycliorum quadam diversitate dispescit; id est, unam habet supernatem, quam nos habitamus et ambit Oceanus, et aliam infernatem. sed haec superior initium habet a solari ortu, illa inchoat a lucis occasu,
quem circulum Graeci *ὁρίζοντα* perhibent. verum quia illae zonae vo- **604**
lubilitatem utriusque partis includunt, decem utrimque circulo suo faciunt regiones, e quibus haec, quae a nobis habitatur, est una atque ad aquilonem versus et septentriones ascendit, altera, quae contrario ad meridiem atque austrum fertur, quam habitare illi aestimantur, qui vocan-
tur *ἄντοικοι*. similiter ex infernatibus duae; sed hi, qui nobis obversi, **605**
antipodes memorantur, qui contra illos, quos *ἀντοίκους* diximus, *ἀντίχθονες* appellantur. sed nos cum illis diversitas temporum velut quadam contrarietate discriminat. nam cum aestate torremur, illi frigore contra-

§ 602 ex Plin. 2, 172 || *§§ 603–608 ex ignoto fonte male intellecto; conferri tamen possunt Macr. somn. 2, 5, 9 et 33 et Sen. nat. 5, 17, 4*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 quas] quasi **A** || 3 diversitate *bis scriptum in* **E** necessitate **B^{v}M^{1}** diversita *dein ras. 3 litt.* **F** (*d.* **R**) | tres **AB^{2}M^{2}CGP** tris *cett.* (*d.* **R**) || 4 relegavit **B^{1}DMCG** *om.* **P^{1}** religavit *cett.* (*d.* **R**) || 5 dissertionis **AEF** sertionis **R** | proinis **B^{1}D^{1}R^{1}** ruinis **L^{1}** | rigentibus *scripsi* ingruentibus **G** ninguentibus *cett.* (*d.* **R**) || 6 orridata **AB^{1}RC^{1}V** torrida **G^{2}** torridita **L^{1}** || 8 vitalis **AB^{2}M^{2}C^{2}GLP** vitales *cett.* || 10 sibi] ibi **C^{1}** || 11 emicydiorum **A** semicyclorum **B^{2}R^{2}** cicliorum **M^{1}** emiciclorum **M^{2}** | dispescit *Grot.* dispexit **AR^{1}** dispicit **B^{1}D** despexit **C^{1}L^{2}** adipiscitur *in ras.* **G** despicit *cett.* || 12 supernatam **AC^{1}R** superna est **E** || 14 circulum *om.* **L^{1}** | grati **EFV** | orizontam **AB^{1}DRCGL** orazontem **E^{1}** orizonte **F** orizontem *cett.* | perhibent ... zonae *om.* **V^{1}** | perhibent] vocant **E^{1}FV^{2}** || 15 decim **B^{1}D^{1}MEFVL^{1}** | utrimque **B^{2}M^{2}EFV** utraeque **L^{2}** utrique *cett.* | sui **F** | *post* faciunt *desinit liber* **P**, *rursum adfuturus p. 219, 4* || 16 regionis **B^{1}D^{1}** | quae *om.* **A** | habitatus **AEV^{1}** habitator **B^{1}** | ad *om.* **G** || 17 septentrionem **CEFV** septentriones **G** septem trionem **L^{1}** | *ante* contrario (contrari **B^{1}** contraria **EFV**) *add.* e **C^{2}EFVG** || 19 ANTIKOI **M^{2}L** ANTIOKOI **CE FV** | abversi **AE** adversi sunt **C^{1}** obversi sunt **C^{2}** obversis **V** || 20 *ἀντοίκους edd.* ANTOIKOI **A** ANTIKOYC **BD^{2}R** antiKOYC **ML** ANTIKOIC *cett.* | ANTIKTONEC **ABDM** ANTIKONEC *cett.* || 21 cum] ab **B^{v}E^{2}** cum ab **C^{1}V** | diversitates **R^{2}C^{2}EFV** || 22 discriminamus **R^{2}** | torremus **A** | contrauntur **B^{1}D^{1}E**

huntur; [nam] cum hic ver pubescit florentibus pratis, illic edomita aestas
teporibus autumnascit; hic bruma, solstitium illic apparet; nobis Arctoa
606 lumina spectare permissum, illis penitus denegatum. antipodes autem
nostri unum nobiscum tractum perferunt hiemis et flagrantiam communis
aestatis, sed noctem diversam diesque contrarios, licet aestate grandes
dies prolixasque noctes ⟨. . .⟩ nobisque Septentrio conspicabilis lateat
sine fine. ita etiam his, qui ἄντοικοι vocantur, antipodes sui quattuor
anni tempora novere communia ac polum, qui est ad austrum, antipodi-
607 bus suis nobisque penitus ignoratum soli suspiciunt. qui autem in media
fascea sunt, his cotidie ortus occasusque mutantur, et supra quos sol est,
his citius exoritur tardiusque mersatur. aequinoctiali autem tempore et
oriens et occidens similiter apparebit, neque ulla astra sunt, quae illorum
obtutibus denegentur, et quae una illis oriuntur, simul veniunt in occa-
sum. hi dies cunctos pares suis noctibus intuentur nec ullas meridiano die
metiuntur umbras, eorumque antipodes dies noctesque sub eadem longi-
tudine patiuntur. cum autem solstitii properantia peragendi per eosdem
transeat et iam ⟨in⟩ brumam itidem sol revertens similiter per illos iter
ducat et procul ab his utrimque secedat, dubium non est, quin bis hie-
mem et secundo patiantur aestatem; quibus cum ortus solis est, eorum
608 antipodibus apparet occasus. verum illae duae regiones, quas fasceas
item dixi, quarum una vicinantis Plaustri algore crustatur, altera trans-
austrini halitus desertione contrahitur, antipodas proprios non habent,
sed ipsae sibi invicem contrarietate fiunt habitationis antipodae, nullos-
que ortus siderum absque planetis utrimque noverunt, quae quidem
illis non supra caput eunt, sed de medio lateris oriuntur. stellae etiam

[**ABDMR CEFV GL**] 1 nam *delevi DMCE 49* et **G**^{2} | vere **M**^{1} | ilice domata **A** illic edominata **M**^{1} illic apparet edomita **L** || 2 teporibus **M**^{2}**C**^{2} *eleganti coniectura* temporibus *cett.* | aut tum nascit **A** autumni nascitur **R**^{2} | arcto **RF** || 3 promissum **L**^{1} | *post* denegatum *add.* est **V** *dein add.* De mensura circuitus mundi **CEFV** || 5 licet] scilicet *Eyss.* | *ante* grandes *add.* nobis **B**^{2} || 6 prolixaque **M**^{1} | *ante* noctes *add.* hieme **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**GL** | *lacunam indicavit Dick* | nobiscum **B**^{2}**MG**^{2} | *ante* lateat *add.* illis **AR**^{m}**C**^{2}**E**^{2}**VG** illos **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2} illas **L** (*recte om.* **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**E**^{1}**F**) || 7 antoikoi **CV** ANTIKOI **L** | antipodesque **B**^{2} antipedes **R**^{1} || 8 polum] populum **AR**^{1} | est] es **F** || 9 suis] nostris **B**^{v}**CEVL** *om.* **F** | *post* soli *add.* illi **B**^{2}**MG** | suspiciunt **BDM**^{2}**GL** suscipiunt *cett.* || 10 facea **A** fascia **M**^{1} || 12 apperabit **L** || 13 denegentibus **L**^{1} | *post* una *add.* cum **R**^{2}**G**^{2} | in] ad **G**^{1} || 14 partes **F** || 14.15 die metiuntur] etiuntur **D**^{1} || 16 solstitii . . . peragendi] solis in aestivum properantia pergendi *olim volui DMCE 68, nunc video* properantia *ablat. casum esse* | properantea **A**^{1} || 17 iam *delebat Grot.* | in *add. Grot.* | iter] inter **AB**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1} || 18 secedens **CEFV** succedat **G** (*d.* **R**) || 19 partiantur **C**^{1} (*d.* **R**) | orti **B**^{1} (*d.* **R**) || 21 vicinantes **B**^{1}**D**^{1}**C**^{1} (*d.* **R**) || 22 antipodes **B**^{2} | proprias **AR** | non] nomen **A** || 23 ipsi **B**^{2}**C**^{2} | contrarietate *scripsi DMCE 50* contrariata **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} contrariae **D**^{2} contraria (aria *in ras.*) **M** contraria *cett.* | habitationis *scripsi* habitationes **AB**^{1}**DR** habitatione *cett.* | antipodes **C**^{2} *et coni. Eyss.* | nullusque **C**^{1}**EFV** || 24 quae] quia *dubitanter Dick*

fixae caeli sex videntur mensibus, sex itidem non apparent, ortivusque
circulus aequinoctialis illis est, senaque ex zodiaco signa conspiciunt; de-
nique sex mensium dies noctesque patiuntur, ut utrisque poli axisque
termini supra verticem videantur. sed haec prior Septentrionis, altera
Canopi stellae illustrata fulgore cetera non noverunt. quarum regionum 609
habitus prodidit doctissimus Pytheas, sed ⟨et⟩ ego ipsa peragravi, nequa
mihi ignota videretur portio superesse telluris.

Cuius terrae totius ambitus omnis plenusque circuitus, ut Romanorum
dimensione percenseam quicquid stadiorum supputatione memoravi, est
in milibus passuum trecenties et quindecies centenis. quo loco non
puto transeundam opinationem Ptolemaei in geographico opere memo-
ratam; idem quippe zodiaci tractum omnemque complexum trecentis 610
sexaginta caeli partibus secat, quas singulas in telluris centrum ita aesti-
mat pervenire, ut unius partis latitudo istic quingentorum stadiorum men-
sura tendatur, singula vero stadia centum viginti quinque passibus expli-
cata, quae octo millenos passus absolvunt, unde quingenta stadia, quae
sunt partis unius, milia passuum colligunt sexaginta duo passusque quin-
gentos. verum illa stadia quingenta trecenties sexagies complicata fa-
ciunt semel milies octingentiesque centena; ex quibus milia passuum par-
titione praedicta collecta faciunt ducenties vicies quinquies centena.
hoc de totius terrae globo oportuit intimari.

§ 609 cf. Plin. 2, 187 et 247, sed maior pars § 609 et § 610 non ex Plin. || 11 *Ptolem. geogr. 1, 3. 7. 11*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 sex^1] sexui **D**^{1} | ortivusque **B**^{2} orabusque **A** arcticusque **G** ortibusque *cett.* || 2 atque noctitialis **A** | zodiaco **B**^{2}**C**^{2}**EFV** odiaco **AC**^{1} zoziaco *cett.* | conspiciuntur **D**^{1}**G**^{1} || 3 mensium *scripsi* (*cf. p. 206, 4* artibus) mensibus *libri* | ut *om.* **AM**^{1} | utrisque **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{1} utrisque *dein ras. 10 litt. dein* utrique **M** utrique *cett.* | prolixisque **R**^{1} poli axis **C**^{1} || 4 septentronis **D** septem trionis **C**^{1}**L** || 5 moverunt **F** viderunt **G** | *post* noverunt *add.* De mensura regionum **E**^{m}**V**^{m}**G** | regionum *del.* **R**^{2} || 6 habitus] ambitum **B**^{2} | Pytheas *Dick* pytagoras *libri* | sed et **G**^{2} *et conieci DMCE 68* sed *cett.* (*fort.* ego *delendum est*) | ipse **A** || 8 ambitus **L**^{2} habitus *cett.* || 9 istadiorum **D**^{1} | suppotatione **B**^{1}**D**^{1} || 10 trecentis **A** trecentes **R**^{1} ccc **C**^{1}**EFV** tricenties **G** | centenis *ed. pr.* centena *libri* || 11 opinatione **A** opinationum **D**^{1} oppinationem **C** | Ptolemaei *edd.* ptolomei *libri* || 12 quippe] qui **C**^{1} -que **EFV** | zoziaci **B**^{1}**DMRG** || 13 aestimant **L**^{1} || 14 ut] unius partis scali latitudine ut **A** | istadiorum **B**^{1}**D**^{1} stradiorum **M** || 15 istadia **B**^{1}**D**^{1} studia **A** || 16 quae . . . absolvunt *delebat Dick* | mille lenos **A** milenos **C**^{1}**L**^{1} | passos **ABR** | absolvint **A** | quinquaginta **R** || 17 passusque] passus **C**^{1}**EFV** | quingentos *om.* **R**^{1} || 18 stada **M**^{1} | quingentia **A** quinquaginta **RL**^{1} | saxagies **L** || 19 semel . . . 20 faciunt *om.* **R**^{1} | simel **B**^{1}**D**^{1} | octuagies **B**^{2} octingentosque **M**^{1} | centena **B**^{2} sexaginta **D**^{v}**M**^{2}**C**^{1}**EFV** sexiscenta *n. f.* **M**^{1} sexcenta *cett.* | portione **A** partione **L**^{1} || 20 collecta *om.* **A** *post* passuum (*v. 19*) *ponit* **R**^{m} (*d.* **R**^{1}) | vicies *om.* **M**^{1} vigies **M**^{2} | quinques **B**^{1}**D**^{1} || 21 terra **F**

611 Ceterum eius longitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsius Indiae extremitate usque ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octuagies quinquies centena septuaginta septem milia sunt, sicut etiam Artemidorus auctor asseruit; nam Isidorus nonagies octies dicit et decem et octo milia. verum Artemidorus dimensioni praedictae adicit quicquid a Gadibus procurrit; nam per Hispaniae frontem circuitu Sacri promuntorii ad aliud finale promuntorium, quod Artabrum memoratur, procedere dicit
612 terram in nongenta nonaginta unum milia. quae dimensio item fieri compendiosior potest, si per maria quis vectus excurrat. nam a Gange fluvio ostioque eius, quo se in Eoum effundit oceanum, per Indiam Partyenemque ad Myriandrum urbem Syriae in Issico sinu positam quinquagies bis quindecim milia; inde proxima navigatione Cyprum insulam, Patara Lyciae, Rhodum, Astypalaeam in Carpathio mari item insulam, Taenarum Laconicae, inde Lilybaeum Siciliae et Caralim Sardiniae tricies quater quingenta milia; inde Gades quadragies bis quinquagena milia. quae mensura universa ab Eoo mari efficit octuagies quinquies septuaginta

§ 611 = Plin. 2, 242 || *§ 612 = Plin. 2, 243*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 orto **R** | hoc casum L^1 || 2 *ante* gadibus (gradibus RC^1V) *add.* in C^2L^1 | sacratos **A** | octuagies D^2M^2G *et Plin.* octies *cett.* || 3 artemidorius **A** artemidoris M^1R artemidoros L^1 || 4 Isidorus] artemisidorus **A** esiodorus B^2 isodorus **D** idorus C^1 | et^1 *del.* B^2 || 5 artem mydorus **A** arteidorus B^1 artemidoris **R** tamen isidorus C^1EFV tamen artemidorus C^2 | dimensione **A** | praedicatae C^1EFV | eadicit **A** adiecit C^2LG | gradibus R^1C^1E **FV** || 6 Hispaniae *Pet. p. 59 ex Plin.* spinam $ABDMR^1C^2$ spineam R^2 hispaniam C^1EFV unam **G** ispanici **L** | fontem **A** | circuitus D^2MC^1 | promuntorii ... 7 finale *om.* C^1V | promuntorii ABD^2L^1 promunturii D^1 promontorii MR^2C^2G promunctorii EFL^2 (*scribendi varietatates in hac voce deinceps non notabo*) | ad *om.* **AREF** || 7 finiale **EF** | Artabrum *ed. pr. ex Plin. 2, 242* certabrum **A** cantabrum $B^2M^2C^2GL^2$ catabrum D^2 cartabrum *cett.* || 8 nongenta] unguenta **A** nungenta B^1D^1 ungenta **R** nogenta L^1 | unum *om.* L^1 (*d.* **R**) | item] ita V^1L (*d.* **R**) || 9 ganget **E** gande L^1 (*d.* **R**) || 10 eoum BDM^2C^2 eum *cett. et libri fere omnes Pliniani* (*d.* **R**) | oceanam **A** | patienemque C^1V patienaeque **E** patienem quae **F** || 11 myriandrum *lib.* F^2 *Plinii et edd. Plin.* myrmyrandum $AMCG^1L$]randum **R** mymyrandum *cett.* (mirandum *libri plerique Pliniani*) | urbem *bis scriptum in* **A** | issico $BDML^2$ *et Plin.* sico L^1 isico *cett.* (*d.* **R**) || 12 Patara *Plin. 2, 243* pateram *libri* || 13 astypuleam **D** astipoleam L^2 | carphatheo **M** | item *delebat Dick et om. libri Pliniani* | *ante* insulam *add.* in *libri praeter* C^2L^1 *et libri Pliniani praeter* **R**, *unde fort. putandum est Mart. sic intellexisse:* '... Astypalaeam in Carpathio mari, in insula Taenarum Laconicae' *etc.*, *sed tantum stuporem Martiano tribuere nolim* | insulam AC^1G insula *cett. et nonnulli Pliniani* (*d.* **R**) | tenedarum $B^2D^2M^2L$ (*d.* **R**) || 14 lybeum M^1R | et] e C^1EFV || 15 inde ... milia *om.* G^1 (*etiam* **R** *omisisse ex litterarum computo facile apparet*) | Gades *Dick ex Plin.* gadibus (galibus **A** a gadibus B^2) *libri* | quinquagena milia] quinquagenalia **C** quingena milia **EFV** || 16 universa *om.* C^1EFV | eoo C^2G eo *cett. et libri Pliniani* | octuagies M^2C^2GL octagies M^1 octogies *cett.* (*d.* **R**)

octo milia. potest item aliud terra marique iter duci per Gangen Euphra- **613**
tenque fluvium, Cappadociam, Phrygiam, per Aegeum pelagus et Laconicum mare itemque per sinus alios usque Peloponnesum, Leucada, Corcyram, Acroceraunia, Brundisium, Romam, Alpes et Galliam, per Pyrenaeos etiam montes in Oceanum vespertinum, Hispaniae oram traiectumque per Gades, et omnis mensura, attestante Artemidoro assertionibus meis, habet milia octogies sexies octoginta quinque. habetis longitudinem multipliciter memoratam.

Latitudo autem eius meridiano situ in septentrionis caput plurimum **614**
minor est; nam utrimque intemperati aeris nimietate contrahitur. eo accedit, quod a septentrionis plaga Sarmatarum gens copiosaque barbaries accessum indagandae dimensionis excludit. attamen quicquid intrepida permeare quivit excursio competenter admensum, repertaque latitudo habitabilis terrae paene dimidio minor quam dicta est collegisse longitudo; nam colligitur in quinquagies quater centena sexaginta duo milia. **615**
quippe a litore Aethiopici Oceani, qua habitabilis primum est, ad Meroen, inde Alexandriam, Rhodum, Cnidum, Coum, Samum, Chium, Mitylenen, Tenedum Sigeumque promuntorium, os Ponti, Carambim promuntorium, os Maeotidis, ostium Tanais praedicta dimensio comprobatur. qui quidem cursus si per maria transeatur, in compendium ducet milia sescenta septuaginta octo. huc usque compertum progressum Artemidorus asse- **616**
verat, sed Isidorus adiecit duodecies quinquaginta usque ad Tylen ulti-

§ 613 = Plin. 2, 244 || *§§ 614 et 615 = Plin. 2, 245* || *§ 616 partim ex Plin. 2, 246, sed p. 216, 1–5 non ex Plin.*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 potest item] potest illud **A** potestatem *ut vid.* **B**^{1}**C**^{1} potest iter**B**^{2} | gangen**BGL** pangem**R** gangem *cett.* | eufratenque**AEFGL** eufratremque**BD** eufratemque *cett.* || 2 cappadociam**BDMR** cappodociam**G** capadociam *cett.* | egeumque **G** (*d.* **R**) || 3 iteque**F** item**L**^{1} | Peloponnesum *scripsi* pelopum nessum**A** peloponessum**B**^{1}**CVGL**^{2} pelopom nessum**D** peloponnessum *cett.* | Leucada *edd.* leucadam *libri* leucadem *libri Pliniani* || 4 Acroceraunia *Dick ex Plinio 2, 244* acroceraniam**A** acrocerauniam *cett.* | brundissium**EV** cymbrundissium**F** brandisium**L**^{1} | aples**C**^{1} apes**L**^{1} || 5 spaniae**B**^{1}**D**^{1}**MR** | orum**A** horam**F** | traiectum**E** treiectum**FV**^{1} treiectumque**V**^{2} || 6 arte idiro**B** artemisidoro**EFV** || 7 octuagies **D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**L** | septies **A** | longitudinem] multitudinem **A** || 8 memoratum **B**^{1}**D**^{1} || 9 *ante* meridiano *add.* a **B**^{2}**R**^{2}**G** *et sic vulgo edunt, sed* a *om. etiam maior pars librorum Plinianorum* || 10 utrique **R** | intemperati **C**^{2} intemperantia **AB**^{2}**RC**^{1} intemperanti *cett.* || 11 accidit **B**^{2}**C**^{2}**G** | a] ad **B**^{2} *om.* **M**^{1} | plagas **B**^{2} || 13 quivit **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**C**^{2}**GL**^{2} quiebit **B**^{1}**D**^{1} quibit *ut vid.* **M**^{1} quievit *cett.* | excursiocursio **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | amensum **M**^{1}**CF** || 14 habitabilis **B**^{2}**D**^{2}**M**^{2}**R**^{2}**G** habilis *cett.* | dimidium **C**^{1}**EFV** || 15 quinquagies] quagies **A** || 16 litore**DMRGL**^{2} littore *cett.* | qua] qui**MRE**^{1} | est *om.* **EFV** | ad] et **C**^{1}**EFV** || 17 Rhodum] rome**B**^{1} rodun **D**^{1} | cnidum **B**^{2}**DMR**^{1}**GL** nidum **B**^{1} genidum **F** gnidum *cett.* | mitibenem**A** || 18 os ... promuntorium *om.* **F** | carambim**BD**^{1}**MR** carabdim**D**^{2} carabim *cett. et libri Pliniani* | pronuntiorum **A** || 20 transeat **B**^{2}**R**^{2}**G** | ducet **C**^{2}**EF** dicit **R**^{1} ducenta **C**^{1}**V** ducit *cett.* || 22 esiodorus **B**^{2} idorus **C**^{1}

mam tendi, quae quidem opinatio mihi videtur incerta. nam ipsi tantun-
dem latitudinis inesse dico, quantum longitudinis comprehensum; neque
enim, cum rotundum telluris orbem astructio superior ratioque monstra-
rit, impar latus globo poterit provenire. sed supra dicti scriptores habita-
bilem dixere tellurem.
617 Rotunditatis autem ipsius extima circumfusus ambit Oceanus, sicut
navigatus undique comprobatur; nam a Gadibus per Hispaniae Gallia-
618 rumque flexum occidentalis plaga omnis hodieque navigatur. dum au-
tem divus Augustus classe Germaniam circumiret, septentrionalem totum
permeavit Oceanum. nam primum in Cimbricum promuntorium veniens
magno dehinc permenso mari ad Scythicam plagam ac rigentes undas
619 usque penetravit. de confinio item ab orientis principio et Indico mari
pars, quae vergit in Caspium mare, a Macedonum classibus remigata, dum
Seleucus et Antiochus regnavissent. palus vero Maeotica eiusdem sinus
620 habetur Oceani. item laevi lateris circumflua memorentur. ab ipsis ita-
que columnis Herculis, quae in Gaditano sunt litore consecratae, usque in
Arabicum sinum meridianus omnis permeatur Oceanus, sicut plurimis
621 asseveratur exemplis; nam eius maximam partem Magni Alexandri
sulcavere victoriae. in eodem Arabico sinu constituto Gaio Caesare, Au-
gusti filio, Hispanarum navium naufragia et eiectae fragmentorum reli-
quiae paruere. item Hanno, dum Punicum floreret imperium, Maureta-
niae circuitu ac dehinc meridiani flexus excursu in Arabiae terminos
prolixa admodum navigatione pervenit. Cornelius auctor affirmat quen-
dam Eudoxum fugientem regis insidias ex Arabia in Gaditana pervenisse

§§ 617 et 618 = Plin. 2, 167 || *§ 619 = Plin. 2, 167s.* || *§§ 620 et 621 = Plin. 2, 168–170*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 oponatio **M**^{1} || 3 cum *del.* **R**^{2} | monstraret **ARC**^{1} || 4 pervenire **AL** | habitabilem] aequabilem *Eyss., sed sensus est 'illi non de tota sed de habitabili tantum tellure locuti sunt'* || 5 tullurem **V** || 6 rotunditatem aut **A** | extima **D**^{3}**M** circa extima **AB**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**CV**^{2}**GL** cir extima *cett.* (*v. Petersen 18*) || 7 spaniae **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1} || 8 flexumque **M**^{1} || 9 clase **M** classem *n. f.* **G**^{1} | circuisset **C** circuiret **G** || 10 cinbricum **M** cibricum **CEFV** || 12 item] iter **A** || 13 vergit *Kopp* (vergens *Plin.*) pergit *libri* | clausibus **A** (*d.* **R**) || 14 paulus **AC**^{1}**E**^{1}**F**^{1}**V**^{1}**L**^{1} palis **M** (*d.* **R**) | meatica **C**^{1}**EFV** (*d.* **R**) || 15 levi *libri* || 17 senum **B**^{1}**D**^{1}**R** | permeatur omnis **A** omnis permaneatur **M**^{1} (*d.* **R**) || 19 sulcare **E**^{1} lustravere *Plinius, quod et hic fortasse legendum* | victoriae] carinae **M**^{v}**C**^{s} (*d.* **R**) || 20 spanarum **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1} hispaniarum **L**^{2} (*d.* **R**) | navium *om.* **C**^{1}**E**^{1}**FV**^{1} | naufragia *Kopp* (*'signa navium ex Hispaniensibus naufragiis' Plin.*) naufragium *libri* | et *om.* **C**^{1}**EFV** | iectae **A** | reliquae **AC**^{1} || 21 anno **R**^{2} admo **A** anni **M**^{1} anio **C**^{2}**EL** amo **V** annio *cett.* | floret **E** | mauretaniae **B**^{1}**D**^{1} *et meliores Pliniani* mauritani **A** maturianiae **R** mauritanae **G**^{1} mauritaniae *cett. et nonnulli Pliniani* || 22 ac] hanc **A** hac **BD**^{1}**RL**^{1} || 23 auctor *delebat Grot.* (*sed similis locutio p. 214, 4*) || 24 edoxium **M**^{1} eudoxium **M**^{2}**R** *et aliquot Pliniani* eudoxa **EFV** | regis insidias *om.* **C**^{1}**E**^{1}**FV** | graditana **C**^{1}

refugia. Caelius Antipater se hominem vidisse confirmat, qui negotiationis ardore in Aethiopiam ex Hispania navigasset. †idem Cornelius
post captos Indos per Germaniam navigavit.† ostensum puto ambitum 622
superioris terrae permenso in circulum mari undiquesecus navigatum.
Nunc ipsius divisionem terrae, quantum patitur succincta insinuatio, memorabo. circulus omnis superae habitabilisque telluris, sicut plerique testantur, in tres partes est distributus: Europam, Asiam Africamque.
quarum primam atque ultimam interruptio dispescit Oceani; nam Atlan- 623
tici profundi ex Gaditano freto vis intersecans proxima telluris Libycum Hibero latus abscidit et confestim se in propinqui maris fluenta diffundit. quippe a Gaditano ostio in ingressum interioris maris per longitudinem cursus vix quindecim passuum milia numerantur; latitudo vero, ubi angustior, quinque, ubi diffusa, septem, ubi prolixior, decem milibus explicatur. hinc defluxere per diversos sinus subsidentesque campos tot maria, tot fragores et quantum per diversa aequora tumescit unda-
rum. verum illa proruptio interfluentis Oceani laeva Europam facit Li- 624
byamque dextra, et montibus utrimque concluditur. nam ab Europa Calpe, ab Africa Abinna monte dispescitur, qui utrimque prominentes dici columnae Herculis meruerunt, quod testimonio vetustatis laboris Herculei limes in illis sit consecratus; siquidem ultra eum progredi con-
sumptae telluris invia prohibebant. denique etiam hoc de eius sacrae 625
virtutis possibilitate persuasum, quod, cum antea natura terris maria dispararet ac tantum iugi circuitu firmaret Oceani, montium praedictorum effossis radicibus divulsoque confinio camporum devexis lacu-

§§ 622 et 623 = Plin. 3, 3 et 2, 173 || *§ 624 cf. Plin. 3, 4 et Sol. 23, 13* || *§ 625 = Plin. 3, 4*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 caelitus cantipater **A** || 2 spania **R**^{1} | idem] item **C**^{2}**G**^{v}**L** || 3 captus **B**^{1}**D**^{1}**MR**^{1} (*totum enuntiatum obelis notavit Dick, cf. DMCE 69*) || 4 navigato *coni. Eyss.* || 5 divionem **R**^{1} | subtincta **V** | insinuatione **AL** *et ed. Eyss.* || 6 superare **AR**^{1} || 7 europiam asium **A** europem asiam **R** | Africam *Plin.* || 8 dispescit **B**^{2} *et Plin.* dispicit **AB**^{1}**D**^{1}**RF**^{1} dissicit **B**^{3}**C**^{2}**L** dissecat **D**^{2}**M** despicit **C**^{1}**EF**^{2}**V** disiicit **G** | athalentici **R** athlatici **V**^{1} || 9 profundi *delebat Dick* | gadditano **A** | proxima *scripsi AMC 83* (*cf. Plin. 3, 4 'proximis autem faucibus . . . coercent claustra'*) profundi **FV** profunda *cett.* || 10 *ante* Hibero *add.* ab **CEFVL** | se] sed **R** | diffudit **R** || 11 gaditana **D**^{1} | in *del.* **B**^{2} *om.* **D**^{1}**M**^{1} || 12 cussus **L**^{1} | vero *om.* **E**^{1} || 13 *post* quinque *add.* milia **C**^{2}**V**^{s}**L** || 14 deflexere **A** | sinos **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | subdidentesque **V**^{1} || 15 flagores **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 15. 16 undarum. verum *distinxit Dick et sic* **G** undarum vero *cett.* || 16 interfluentes **C**^{1}**EFV** | lymbiamque **R** || 17 ab *del.* **B**^{2}**C**^{2} *om.* **L** || 18 alpe **AB**^{1}**M**^{2}**RF**^{1} malpe **D**^{1}**M**^{1} a calpe **L**^{2} | ab **AB**^{1}**DR** *om. cett.* | abinna **B**^{2} *et libri Soliniani* abaethena **M** ab etna *cett.* Abila *edd. Plin.* ab illa *multi libri Pliniani* | dispescitur *coni. Oudendorp ad Apul. t. 2, p. 49* dispicit **A** dispicitur **BDRL** discipitur **M** despicitur *cett.* || 19 labores **B**^{1} || 21 tellus **A** | invidiae **A** invidia **R**^{1} || 22 cum] eum **C**^{1}**EFV**^{1} || 23 dispertiret **A** disperaret **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R**^{1}**E**^{2} | tanto **G** | iugi *scripsi DMCE 50* cinegi **B** cingi *cett.*

nisque terrarum improvisum pelagus in usum impigrae mortalitatis admisit, permutans orbis faciem naturaeque discrimina.

626 Hoc igitur freto laevorsum Europa distenditur usque in Tanais fluminis gurgitem, a quo inchoans Asia Nili itidem alveo limitatur; qui quidem Nilus eandem Africamque disrumpens telluris complexum intersecat multitudine fluviorum. Europam tamen terminari Propontidis faucibus dixere quamplurimi, quae Propontis post angusta discedens ad Maeotidem usque perfertur.

627 Europae tamen principium inchoamentique limen Hispaniae contributum, fertili frugum opimaeque provinciae, metallorum aurique fetura,
minii, marmoris gemmarumque muneribus praedicandae. quae quidem,
quod Hiberi fluminis interrivata tractu, amnis sui meruit cognomentum.
cuius illa portio, quae Atlantico confinis Oceano in Gaditani freti litus
excurrit, Baetica perhibetur, etiam ipsa vocabulum proprii fluminis nuncupatione sortita; quae ab Urcitano fine, qua citerior meat, Tarraconensis
edicitur a Tarracone urbe, quam Scipiones condidere. nam Poeni fundavere Carthaginem, conditas ubicumque urbes amico sibi nomine prae-
628 signantes. sed praedictum latus a Pyrenaei iugis in aliam provinciam
dissecatur; siquidem Baeticae a septentrionali confinio Lusitania sociatur, cui nomen fabula a lusu Liberi patris vel cum eo bacchantium sociavit. haec quoque cognomini fluvio permeatur, licet eam Tagus quoque
629 harenis illustret auratis. Olissipone illic oppidum ab Ulixe conditum ferunt, ex cuius nomine promuntorium, quod maria terrasque distinguit.

§ 626 cf. Plin. 3, 3 et Sol. 23, 15 || *§ 627 ex Plin. 3, 6 et 30 et Sol. 23, 1–2 et 8* || *§ 628 ex Plin. 3, 6 et 8 et 4, 115 et Sol. 23, 6* || *§ 629 = Sol. 23, 5–7 et Plin. 4, 116*

[**ABDMR CEFV GL**] 3 leversum **A** versum **M**^{1} || 4 albeo **B**^{1} **D**^{1} (*d.* **R**) || 5 complexum **MGL**^{2} complex **L**^{1} complexu *cett.* (*d.* **R**) | intersecat **B**^{2} **C**^{2} **L** (*d.* **R**) || 6 terminari **B**^{2} **D**^{2} **M C**^{2} **GL** interminari *cett.* (*d.* **R**) | Propontidis] ditis *superest in* **R** || 7 proponitis **A** (*d.* **R**) | post *scripsi DMCE 69* per *libri* | discedens *scripsi* discedens **B**^{1} **M** disendens **D**^{1} decendens **E**^{1} descendens *cett.* || 8 usque *scripsi* quoque *libri* | profertur **CV** fertur **L**^{1} || 9 spaniae **B**^{1} **D**^{1} **MRC**^{1} || 10 fertilis **M**^{1} (*d.* **R**) | provinciae] principium **EFV**^{1} | foetus **A** factura **B**^{1} **C**^{1} feturae **D**^{2} || 11 minii *ed. Basil.* et miri **D**^{1} miri *cett.* | marmoris] arboris **B**^{1} **D**^{1} (*d.* **R**) || 13 graditani **C**^{1}**V** || 14 boetica **A** || 15 rucitano **B**^{2} urticano **RC** circitano **FV** | mea **AR**^{1} | tarraconensis **R**^{2} **G**^{2} terra consensisse **AB**^{1} **D**^{2}**M**^{1} terra consensis **D**^{1} **R**^{1} terraconensisse **M**^{2} terraconensis *cett.* || 16 edicitur **D**^{1} **R**^{1} dicitur *cett.* | tarracone **G** terraconensi **ARCEFV** tarraconensi *cett.* | scipiones **B**^{2} **D**^{2} **M**^{2} **R**^{m} **C**^{2} **GL** spitionis **A** scipiciones *n. f.* **D**^{1} spiciones *cett.* | poeni **BD**^{2}**M**^{2} **R**^{2} **EGL**^{2} poene **AD**^{1}**M**^{1} **R**^{1} pene **B**^{1} peni **CFL**^{1} || 17 urbes *om.* **C**^{1} **E**^{1} **FV** urbe **AR**^{1} | ambico **AR**^{1} | persignantes **C**^{1} **EFV** || 18 *post* latus *add.* dictum **A** | pirinei **A** pyrenaeis **C** pirineis **L** || 19 septentrionecli **R**^{1} || 20 bachatium **R**^{1} || 21 cognomini **ABD**^{1} **RC**^{1} cognomine **M**^{1} cognomines *n. f.* **M**^{2} cognominis sui **G** cognominis *cett.* | Tagus] tagustiorum **V**^{1} || 22 aurati **R**^{1} **G**^{2} | olissipone **AB** olissepone **D**^{1} olisipone **D**^{2} solissipone **MR** solisipone *cett.* (Olisipo *Plin. 4,116*) | fertur **G**^{1} || 23 materia **R**^{1} mari **F**

nam ab eius ambitu inchoat mare Gallicum et facies septentrionalis
Oceani, Atlanticus vero et occiduus terminatur Oceanus, qui tum Hispa-
niae limitatur excursibus. in eius quoque confinio equarum fetura ventis
maritantibus inolescit, volucres proli cursus ipso aspirante Favonio. ve- **630**
rum Baetica cunctas ubertate fecunditatis [santis] antevenit; quae qui-
dem habet iuridicos conventus quattuor: Gaditanum, Cordubensem,
⟨Astigitanum, Hispalensem⟩; oppida centum septuaginta quinque habi-
tantium multitudine frequentata. eadem vero longitudinis dimensione **631**
distenditur a Castulonis oppidi fine in Gaditanum oppidum ducentis
quinquaginta milibus ⟨et a Murgi maritima ora viginti quinque milibus⟩
amplior aestimatur, latitudoque in ducenta viginti quattuor milia ex-
currit. at universa provincia habet conventus septem: Carthaginensem, **632**
Tarraconensem, Caesaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucrensem,
Bracarum, civitates vero (praeter insulas atque aliis contributas) ducen-
tas nonaginta quattuor tota complexione dinumerat. tenditur autem
per longitudinem, quantum Agrippa dinumerat, milibus quadringentis
septuaginta quinque, latitudine ducentis viginti quattuor, cum fines
Carthaginem usque protenderet. quae opinio Agrippae non exiguum

§ 630 = Plin. 3, 7 || *§ 631 = Plin. 3, 17* || *§ 632 = Plin. 3, 16 et 18*

nec mora digreditur. tunc rursus dia Voluptas
ipsius aetheria Cylleni immurmurat aure:
'cum doctas superis admirandasque puellas
approbat Armipotens, tu optati lentus amoris
gaudia longa trahis captumque eludis honorem?
seria marcentem stupidant commenta maritum?
talia complacita spectat fastidia virgo,
nec te cura tori, nec te puer ambit herilis,
nec mea mella rapis? quaenam haec hymeneia lex est?
in Veneris sacro Pallas sibi vindicat usum;
quam melius thalamo dulcis Petulantia fervet!
casta maritalem reprimit Tritonia mentem
et nuptae non aequa venit; poscenda Dione est,
conveniensque tibi potius celebrare Priapum.'

10 *Stat. Theb. 1, 532* tacitaque immurmurat aure || 22 *cf. Aug. civ. 6, 9* Priapus ... super cuius ... turpissimum fascinum sedere nova nupta iubebatur

[ABDMR CEFV GLP] 1 *titulus* INCIPIT DE ARITHMETICA LIBER VII (FELICITER *add.* **BP**) **ABDCEFVP** INCIPIT LIBER SEPTIMVS DE ARITHMETICA **M** INCIPIT VII EIVSDEM DE ARITHMETICA **G** INCIPIT DE ARITMETICA VII **L** (*d.* **R**) || 3.4 terrae innuba] terrae. hic interponendi sunt quinque antepositi versus qui incipiunt germanae doctae. germanae doctae mundumque admensa sororis innuba **A** (*d.* **R**) || 4 *versum om.* **C**^{1} | solertes **A** || 5 clauco **B**^{1}**D**]uco **R** || 7 accipere **L**^{1} (*d.* **R**) || 8–12 *versus om.* **A** | mundum quae] mundumque **A** (*ad v. 3*) **B**^{2}**VG** (*d.* **R**) || 10 cyllenii immurmurat **BEFV** cyllenium murmorat **D**^{1} cyllenii immurmorat **D**^{2}**M**^{2} cyllenii immurmurmurat **M**^{1} || 12 lentis **D**^{1} || 13 eludis **B**^{2}**D**^{2}**M** laudis *cett.* | honore **EFVGP** || 14 mascentem **A** || 15 complicita **R**^{1} | fastidia **C** fastigia *cett.* || 17 haec **B**^{2} nec **ARP** *ras. 3 litt. in* **D** *om. cett.* | hymenela **A** hymene illa *n. f.* **D**^{1} hymenia **M**^{1} hymelea **R** yminea **C**^{1} ymineia **C**^{2}**V** || 18 veneris sacro **A** veneris sagro **B**^{1}**D**^{1}**R** veneris acro **P** veneris agro *cett.* Venerisne agro *coni. Stange 15* | vindicet *Stange* | ussum **B**^{1}**D**^{1}**G** || 19 fervit **B**^{1}**D**^{1}**R**^{2} **GL**^{2} || 21 et] e **A** set **B**^{1} || 22 piapum **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | *post* priapum *add. vss. 9–12* nec mora ... amoris **A** (*v. sup. ad vss. 3 et 8*)

726 His Atlantiades auditis licet risum inhibere vix posset, ne infacetus tamen et impar lepidulis haberetur, hilaro susurramine sic respondit:

Licet urgeas, Voluptas,
thalamos inire suadens,
tamen exeret peritas
brevis ambitus puellas;
demumque nec iugalis
cessator intricatus
tardabo fulcra lecti,
et si quid illa nostrae
Veneris feret voluptas,
nec vobis abnegabo.
furtis modo allubescat
et clam roseta parvae
liliaque det papillae.
†nec sensus iugalis
feralistacura morsum†
et vulsa fellis atro
laceros trahat capillos.

727 Quo dicto renidens et plus solito laetior Voluptas ad Venerem regressa cuncta eius auribus intimavit. quae deliciosa mollitie et interrumpente genas rubore paene prodidit susurrata, tuncque marcidulis decenter paeta luminibus Maiugenam conspicata quodam aspectu promittentis illexit, quam Saturnia de propinquo velut deprehendentis castigabat ob-
728 tutibus. quae dum geruntur, Paedia, quae egressa dudum, cum alia femina miri decoris ingreditur, cui quaedam maiestas nobilissimae

2 *cf. Apul. met. 1, 3* magico susurramine || 23 paeta] *Ov. ars 2, 659* si paeta est, Veneri similis; *Priap. 36, 4* Minerva flavo lumine est, Venus paeto | *cf. Apul. met. 3, 20* luminibus . . . marcidis

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 libidulis **A** lepedulis **B**^{1} lepidulus **P** | habetur **R** | *post* respondit *add.* Iambicum dimetrum catalecticum **CEFV** *similia* **M** || 3 urgeas *n. f.* **M**^{2} urges **B**^{1}**D**^{2}**G** urguas **B**^{2}**C** iurgas *vel* virgas **M**^{1} urgues *cett.* iurges *Dick ex Bern.* || 4 talamus **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 5 exere **C**^{1} | peditas **L**^{1} || 7 demum **B**^{2} || 8 cessatur **L**^{1} || 10 si *om.* **B**^{1} || 11 ferat **A** fervet **R**^{1} afferet **E**^{2}**L** || 13 furtis **AB**^{1}**DRGL**^{2} furus **M**^{1} furis *n. f.* **P** furiis *cett.* || 16–17 *versus ut desperatos reliqui* | nec **AR**^{1}**C**^{1}**EFV** ne nunc **B**^{2}**GL**^{1} nec nunc **R**^{2} ne *cett.* || 17 feralistacura **AB**^{1}**R**^{1} feralis tactura **DL**^{2} feralis cura *cett.* | morsu **B**^{2}**C**^{2} per morsum **C**^{1}**V** || 18 atro] cum atro **L** || 22 genas] per genas **E**^{2}**FVL**^{2}**P** || 23 paeta *edd.* poeta **B**^{2} peta *cett.* | conspicata **B**^{2} conspicatur et **ML** conspicatur *cett.* | aspecto **M** (*d.* **R**) | promittens **D**^{1} promitentis **M** (*d.* **R**) || 24 deprudentis **B**^{1} deprendentis **D**^{1}**G** deprehendens **M**^{1} deprehendendis **P** (*d.* **R**) || 25 geritur **L**^{1} | pediaque gressa **AB**^{1}**R**^{1} pediaque egressam **G** || 26 maiestas] ma **M**^{1} magestas **C**^{1}

vetustatis et ipsius Tonantis natalibus ortuque praecelsior vultus ipsius lumine renidebat. quae etiam miraculis quibusdam capitis reverenda videbatur; nam primo a fronte uno sed vix intelligibili radio candicabat, ex quo item alter erumpens quadam ex primo linea defluebat; dehinc tertius et quartus, tuncque etiam nonus decuriatusque primus honorum reverendumque verticem duplis triplisque varietatibus circulabant. sed innumerabili radios multitudine prorumpentes in unum denuo tenuatos miris quibusdam defectibus contrahebat. huius autem multiplicem plu- 729
rimiformemque vestem quoddam velamen, quo totius naturae opera tegebantur, abdiderat. digiti vero virginis recursantes et quadam incomprehensae mobilitatis scaturrigine vermiculati. quae mox ingressa septingentos decem et septem numeros complicatis in eos digitis Iovem salutabunda subrexit. tum Philosophia, ut Tritonidam propter astabat, quid numero tali Arithmetica intulisset, exquirit. cui Pallas 'proprio' inquit 'Iovem nomine salutavit'. ac tunc ⟨qui⟩ illi radius primus emerserat, colliniatae lucis nitore porrecto ipsius Iovis verticem luminavit. quibus miraculis radiorum innumera repente multitudine prorumpente nonnulli tellustres silvicolaeque divi Herculem conspicati, opinantes eam hydreo germine pullulare. ac tunc oborto terrigenis mussantibus murmure, puer ille piceus iussus admonere silentium. verum feminam Pythagoras, ut inter sapientes astabat, usque abacum consecutus, idemque iam artem

19 *cf. Apul. met. 6, 24* Iovi quidem . . . ille rusticus puer . . . ministrabat

[**ABDMR CEFV GL**] 1 vetustatis] tustatis **M**^{1} ve[**R** | ortu quae **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 2 lumine] nomine **M**^{1} de lumine **C**^{1}**E**^{g} | etiam] tiam **A** ei iam **B**^{2} (*d.* **R**) | *ante* miraculis *add.* de **CE**^{g}**V** (*d.* **R**) | videatur **AR**^{1} || 3 prima **ACEFVP** (*d.* **R**) | *ante* uno (una **A** imo **L**) *add.* de **C**^{1}**V** (*d.* **R**) | candidabat **R**^{2} || 4 quaedam **B**^{2} (*d.* **R**) || 5 monus **V** | decuriatusque **B**^{2}**D**^{2}**MGL**^{2} decoriatusque *cett.* | honorum] horum **M**^{1} || 6 reverendum dumque **C**^{1} | duplicis **B**^{1}**V**^{1} || 8 pluriformemque **CEFVLP**^{2} || 9 quodam **M**^{1} | opera tegebantur **B**^{2}**M** operi tegebantur **D**^{2} peratequebantur **R** spera tegebatur **G** spera tegebantur **L** pera tegebantur *cett.* || 10 digti **B**^{1}**D**^{1} diciti *n. f.* **R**^{1} | virgines **M**^{1} | recusantes **AL**^{1} || 11 septingentis **B**^{2} || 12 decim **D**^{1} | numeris **B**^{2} numerus **R**^{1} || 13 surrexit **B**^{1}**EFV** | tunc **ACEFVG** | *post* philosophia (philophia **R**^{1}**L**) *add.* quia **C**^{1}**V** (*ad* ut *adscripsit* quia **E**^{g}) | ut] aut **M**^{1} *del.* **L**^{2} | ritonidam **A** tritonidam quae **L**^{2} || 14 inquirit **AR**^{1}**CEFV** || 15 salutabit **R**^{2}**G** | ac] at **CV** | qui *hic addidi, quod post* primus *add.* **B**^{2}**E**^{2} | ille **B**^{2} | *post* emerserat *add.* qui **D**^{2}**M** || 17 radiorum *om.* **C**^{1}**EFV** | multitudinis **A** multitudinem **D**^{1}**L**^{1} | prorumpens **A** prorumpen **B**^{1}**D**^{1} prorumpennon **R**^{1} prorumpentibus **L**^{2} || 18 tellustres *edd.* tellurestres **B**^{2}**R**^{2}**G** telluris tres *cett.* | *post* conspicati *add.* sunt **CE**^{2}**VG** | oppinantes **A** | hydreo] ideo **E**^{1}**FV**^{1} || 19 germane **F**^{1} | pollulare **B**^{1}**DRC**^{1} pululare **M**^{1} | musantibus **A** | murmurent **A** murmorent **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} cum murmurae **C**^{1}**V** || 20 spiceus **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{2} | femineam **D**^{1} | pytogoras **D**^{1} || 21 astabat **B**^{2}**P** est astabat **A** estabat **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} extabat **D**^{2}**MR**^{2}**G** stabat **CEFVL** | usque abacum] abacusque abacum **A** | consecutus **B**^{2}**D**^{2}**M** consecatus **AB**^{1}**RG** secatus **D**^{1} consectatus **CEVPL** consectat **F** | artem] ante **A**^{1}**C**^{1}

promere cupienti quandam lactei luminis facem officioso consistens munere praeferebat. tum illa antequam iuberetur, quid apportet, expromere, sic exorsa:

730 'Non ignota caelo nec rebus mundanis ignorata, quas genui, adveni super vestrum quidem nihil dedignata concilium, quamvis singulos vos universosque recenseam ex meis ramalibus germinari; tuque potissimum, quem principalis ante cunctos procreavit emissio, tuae singularis primigeniaeque naturae fontem, Iuppiter, recognosce. nec despicabilem vestrum omnium matrem Mercuriale quod habeo me faxit officium, cum prosapiam arcanae sortis originisque primordialem vobis studeam comprobare. quae cum in terris exerceor, astrorum populus recognoscat honorandam suae multitudinis genetricem.

731 Prae cunctis igitur affata sacra monas esto, quam ante cuncta vibrantem sociati postmodum numeri principia docuerunt. quae si species est accidens cuilibet extantium primo, priusque est quod numerat quam illud numerandum, rite eam ante ipsum, quem principem dixere, veneramur. nec dissimulabo ex eo, quod monas, retractantibus unum solum ipsam esse ab eaque cetera procreari omniumque numerorum solam seminarium esse solamque mensuram et incrementorum causam statumque detrimentorum. quae tamen ubique pars est, ubique totum, dum per cuncta perpetua; neque enim, quae est ante extantia et quae post absumpta non absconditur, potest non esse perpetua. hanc igitur patrem omnium Iovem rite esse nominatam, quod quidem idealis illius intellectualisque speciei vis causativa testatur. ad cuius exemplum unum deum, unum mundum unumque solem singularemque lunam, elementa etiam

§ 731 cf. Varro ap. Aug. civ. 7, 9; Macr. somn. 1, 6, 7–10; Theo Smyrn. p. 27 ss. et p. 99 s. ed. Hiller. locum secutus est Isidorus lib. numerorum (Patr. Lat. 83, 179–180) omissis quae ad paganorum deos spectabant

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 quadam **AB^{1}R** quaedam **D^1** | lumins **A** | facem] pacem **AB^{1}D^{1}RG^v** faciem **G^1** | munere] lumine **B^v** || 3 *post* exorsa *add.* est **B^2 CE^{s}V** || 4 rubus **F** | ignorantia **D^1** | genuit **AB^{1}D^{1}R** genuito **G** || 5 superi *coni. Eyss.* | nil **ABRGLP** || 6 germinari **D^{2}M** germinare *cett.* | tu quae **B^1** || 7 primigenaeque **B^{2}D^{2}M^{2}C^2** || 8 descapicabilem **R** || 9 mercoriale **AB^{1}D^{1}R^1** || 10 prosapientiam **AR** | sortis] artis **M^1** | primordialim **B^{1}D^{1}R^1** || 11 qui **AB^1 DRP** qua **C** | populos **B^1** populo **D^1** populis **P** || 13 affata **B^{2}MGL^2** facta **A** adfatas **B^{1}D^1** fatas **R^1** fata *cett.* (*vox fortasse delenda est*) | monos **C^1** | bibrantem **AR** || 14 est *om.* **D^1** || 15 *post* accidens *add.* est **C^{s}E^2** (*d.* **R**) | excantium **A** (*d.* **R**) | numeratur **AD^{1}GP** (*d.* **R**) || 17 nec] ne **D^1** | dissimulabo **B^{2}MG** desimilabo **A** dissimilabo *cett.* | retrantibus **M^1** (*d.* **R**) || 18 ab eaque **AMD^2** ab ea atque *cett.* || 20 decrementorum *Isidorus* (*PL 83, 180 B*) | ubique] ubi **C^1** || 21 neque ... 22 perpetua *om.* **P** | absompta **A** assumpta **M^{1}G** (*d.* **R**) || 22 absconditur **D^1** abscenditur **AB^{1}D^{2}MC^2** abscinditur **B^{2}L^2**]ditur **R** ascenditur *cett.* || 23 nominatam *Dick ex Bern.* nominatum *omnes mei* | illius] omnibus illius **M^1** omnibus **P** || 25 singularumque **D^1**

IIII quae extant singula memorari. licet Aristoteles, unus e sectatoribus meis, ex eo, quod unum solum ipsa sit et se quaeri semper velit, cupidinem asserat nominatam, quod se cupiat, siquidem ultra nihil habeat, et expers totius elationis aut copulae in se proprios detorquet ardores. hanc quoque alii Concordiam, hanc Pietatem Amicitiamque dixere, quod ita nectatur, ut non secetur in partes; tamen rectius Iuppiter nuncupatur, quod sit idem caput ac pater deorum.

Denique cum unum facta in quodcumque defluxerit, licet eius linea **732**
insecabilis ac sine latitudinis significatione fundatur, dyadem tamen facit. quae dyas, quod sit prima procreatio, a nonnullis genesis dicta. quod autem inter eam ac monadem prima coniunctio est consortiumque consimile, Iuno perhibetur, vel coniunx vel germana praecedentis. est autem medietatis capax, nam bona malaque participat. eadem discordia ex qua adversa oriantur, utpote quae prima poterit ab adhaerente separari. in bonis vero eadem iustitia, quod duobus aequis gaudeat pariter ponderatis; eademque societas, quod vinculum, quo medio conectantur, habeatur utrimque commune. ab hac numerus auspicatur, et est opinabilis corporatio motusque primi probamentum. elementorum etiam mater (nam de dyade quartus, elementorum numerus, procreatur) primaque forma paritatis est.

Trias vero princeps imparium numerus perfectusque censendus. nam **733**
prior initium, medium finemque sortitur et centrum medietatis ad ini-

§ 732 cf. Macr. somn. 1, 6, 18; fere similia Theo Smyrn. p. 100 et p. 22 ed. Hiller. locum secutus est Isidorus iam laudatus (180 C – 181 C) || *§ 733 Macr. somn. 1, 6, 22 s. et 42 s.; Theo Smyrn. p. 100 ed. Hiller; Sen. ep. 7, 65, 4. locum mutuatur Isid. 182 A*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 IIII quae extant *Eyss.* in quo extant *libri* (*del. Dick*) | memoravi **B**^{2} || 3 asserit **AC**^{1} | copiat **B**^{1}**D**^{1} | *post* ultra *add.* se **B**^{2} | nil **ARL** || 4 aut] ad **A** | copulet **AB**^{1}**D**^{1}**RG** copulatus *Dick ex Bern.* | proprios **B**^{2}**D**^{2}**M** proprium *cett.* | ardoris **A** ardorem **L**^{2} || 5 ali **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 7 sit **B**^{2}**C**^{2}**GL** fit *cett.* || 8 factam *n. f.* **G** factum **L**^{2} || 10 a *om.* **AR** | *post* dicta *add.* est **B**^{2} || 11 ac monadem *om.* **P** | mamonadem **D**^{1} | iunctio **D**^{1} coniungatio *n. f.* **C**^{1} | simile **AR**^{1} || 12 vel^2 *om.* **C**^{1} | praecedens **A**^{1} || 13 medietas **M**^{1} | participant **A** participia **D**^{1} | ex qua **GL** et quae *cett.* || 14 adversariantur **B**^{1}**D**^{1}**CV** adversa oriuntur **B**^{2} adversantur *Isid. 181 A* | potuerit *fort. scribendum* || 15 *post* vero *add.* societas **D**^{1} | *post* iustitia *add.* est **B**^{2}**E**^{2} || 16 quod vinculum] quo vinculo **B**^{1} **D**^{1}**R**^{1} *et Isid. 181 C, qui tamen mirum in modum a sensu Martiani devagatur* | quo] co **C**^{1} | medio **AB**^{1}**D**^{1}**RLP** media *cett.* | quonectantur **A** || 18 provamentum **A** **B**^{1}**R**^{1} | elementorum **AB**^{1}**D**^{1}**MRCL** aliorum *cett.* || 19 de *om.* **EFV** | quartus] quattus *olim volui, sed* quartus = quaternarius, *ut p. 268, 14* undecimus = undenarius | elementorum **D**^{2}**M** etiam elementorum maternam **A** elementorum etiam maternam **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} elementorum etiam **L**^{2} elementorum etiam mater *cett.* | numerus . . . primaque *del.* **G**^{2} || 20 est *om.* **A** || 21 vero trias **A** | *post* princeps (principis **P**^{1}) *add.* est **M** | imperium **F** || 22 medium] meum **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} mediumque **M**^{1}**CV** | finem **CV** | centrum medietatis ad initium] centro medietatis principiumque *Isid. 181 D* | medietas **C**^{1}

tium finemque interstitiorum aequalitate componit. denique Fata Gratiarumque germanitas et quaedam virgo, quam dicunt 'caeloque Ereboque potentem', huic numero colligatur. ex eo etiam perfectus, quod perfectos gignit senarium novenariumque. cuius auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. tres symphonias continet harmonia, id est diapason, hemiolion, diatessaron. in tria se spatia temporis cursus alternat, ideoque tribus divinatio memoratur. idem mundana perfectio est; nam monadem fabricatori deo, dyadem materiae procreanti, triadem idealibus formis consequenter aptamus. animam vero rationis et iracundiae cupiditatisque distribuere trigario.

734 Quid tetradem dicam? in qua soliditatis certa perfectio; nam ex longitudine ac profunditate componitur, decasque plena his quattuor numeris gradatim ⟨im⟩plicitis integratur, id est uno, duobus, tribus, quattuor. item hecatontas a decade quaternario cumulatur, id est decem, viginti, triginta, quadraginta, qui sunt centum. et item a centum quattuor numeri reddunt mille, id est centum, ducenti, trecenti, quadringenti. sic decem milia ceteraque excrementa complentur. quid, quod quattuor anni tempora frontesque caeli elementorumque principia esse non dubium est, hominum etiam quattuor aetates, quattuor vitia quattuorque virtutes? hic numerus †quadratus ipsi Cyllenio, quod quadratus deus solus habeatur.

735 Sequitur pentas, qui numerus mundo est attributus; nam si ex quattuor elementis ipse sub alia forma quintus, pentade est rationabiliter insignitus. qui quidem permixtione naturali copulatur; nam constat ex utroque sexus numero: trias quippe virilis est, dyas femineus aestimatur. apoca-

2. 3 caeloque Ereboque potentem] *Verg. Aen. 6, 247* || *§ 734 cf. Macr. somn. 1, 6, 23–44; Theo Smyrn. p. 93s. ed. Hiller; cf. Macr. sat. 1, 19, 14s. locum compilat Isid. 183A* || *§ 735 cf. Macr. somn. 1, 6, 19s.; Theo Smyrn. p. 101s.; cf. Isid. 184A*

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 interstitionum **MGP** | aequalitatem **G** || 5. 6 diapassionem olion **A** diapason emolion **B**^{1} **D**^{1} **L** diapasone emolion **R**^{1} || 6 tria se spatia **BDMC**^{2} **GL** tria spatia **P** trias spatia *cett.* | alternae **R** || 8 materiaei **B**^{2} | procreanti **B**^{1} **DMR**^{2} **L**^{2} procreati **R**^{1} procreandi *cett.* || 10 trigario *Grot.* tricario *libri* || 11 tretradem **BMP** tretradam **D** (*d.* **R**) | solidatis **E**^{1} (*d.* **R**) | *post* perfectio *add.* est **B**^{2} **G** *et Isid. 183A* | longitudine] longitudine et latitudine *Isid. 183A* || 12 decasque] deque **L**^{1} (*d.* **R**) | plena *om.* **G** || 13 implicitis *scripsi* plicitis *libri* (surgentibus *Isid. 183A*) | integra datur **L**^{1} | id est (idem **P**) *om.* **C**^{1} (*d.* **R**) | uno duobus tribus **M**^{2} unum duo tres **B**^{2} **GP** duo tres **R** uno duo tres *cett.* || 14 hecatontos **A** (*d.* **R**) || 17 excrementa] eodem incremento *Isid. 183A* | quod *om.* **ME**^{1} **F** (*d.* **R**) || 18 elementorum quae **B**^{1} (*d.* **R**) || 20 quadrat *coni. Bentl.* | ipsi ... quadratus *om.* **AR** | *post* cyllenio *add.* deputatur **D**^{m} **M** (scil. datur *add.* **E**^{g} **V**^{g}) *locum mutilum sanare non potui* | quadratus ratus **L**^{1} || 22 mundo] mota **A** modo **B**^{1} **D**^{1} **R** || 23 *post* forma *add.* est **D**^{2} **M** | ratiobiliter **A** || 24 qui quidem] quicquidem est **D**^{2} quicquid enim est **M** | promixtionem **A** promixtione **M** | utriusque **B**^{2} **D**^{2} **M** || 25 apocatastaticus **AB**^{1} **D**^{1} **RL** apotatasticus **EFV** apocástastaticus **P** apocatasticus *cett.*

tastaticus etiam dicitur, et sive cum aliis imparibus sive cum suo genere sociatus se semper ostendit. ,nam quinque per quinque habes viginti quinque, et quinquies terni quindecim, et quinquies septeni tries quinques, et quinquies noveni quadrages quinques. item zonae terrae quinque, in homine sensus quinque, totidemque habitatorum mundi genera, ut homines quadrupedesque reptantes, natantes, volantes. hunc numerum quis neget esse diametrum? nam decadis perfectio circulusque huius hemisphaerio edissecatur.

Senarium vero perfectum analogicumque esse quis dubitet, cum suis **736** partibus impleatur? nam et sextam sui intra se continet, quod est unus, et tertiam, quod duo, et medietatem, quod tres. item naturalia officia, sine quibus esse nihil potest, sunt sex: magnitudo, color, figura, intervallum, status, motus. item motus totidem differentiae sunt; nam movemur prorsum retrorsumque, dextra laevaque, sursum deorsumque. nam ille aeternus quidem motus est circuli. hic autem numerus Veneri est attributus, quod ex utriusque sexus commixtione conficitur, id est ex triade, qui mas, quod impar est numerus, habetur, et dyade, quae femina paritate; nam bis terni sexis facit. solida etiam figura quadrati sex superficies habet. totius harmoniae toni sunt sex, id est quinque toni et duo hemitonia. idem per primum motum, hoc est dyadem, collatus duo- **737** decim facit, inter quos duos numeros duo medii inveniuntur, hoc est octo et novem. quorum unus ex meo nomine regulaque censetur (nam arithmeticus memoratur), id est novenarius; eodem enim numero superatur a duodecim, quo novenarius superat senarium, id est tribus. alius autem

§ 736 cf. Macr. somn. 1, 6, 12s.; Theo p. 102; Isid. 184C; cf. etiam Cens. 11, 4 || 23 novenarius] *cf. Arnob. nat. 3, 38*

[ABDMRCEFVGLP] 1 sive[2] **AB[2]D[2]MC[2]GL** sibi *cett.* | suo] sio **AB[1]D[1]R** || 2 se] esse **AM** *om.* **P** || 3 quinques[1] **AB[1]R[1]** | quinquies[2]] quinques **ABD[1]** | tries **ABDRC[2]EGLP** tricies **C[1]FV** trigies **M** | quinques **AB[1]DG** quinquis **B[2]M[2]C[2]L** quinquies **M[1]RC[1]EFVP** || 4 quinquies **CEFV** quinque *cett.* | nobeni **AB[1]D[1]R** | quadrages **AB[1]DR[1]** quadragis **L[1]** quadragies *cett.* | quinques **AB[1]DR[1]E[1]G** quinquis **B[2]M[2]L[2]** quinquies *cett.* (*de his numeris vide quae scripsi Harv. Stud. Class. Philol. 76, 1972, 240ss.*) || 5 habitatorum mundi genera *Isidorus* habitatores (habitatore **A** habitores **BD[1]**) mundi generibus *libri Martianei* || 6 quadrupedasque **M** quadrupesque **G[1]** | volentes **A** voluntas **D[1]** || 7 negat **P** | diametrum] dicaetrum **D[1]** | circulisque **A** circulus **M** | semisferio **P[1]** || 8 edissecatur **MCF** edissicatur **AB[1]DR[2]G** dissecatur **B[2]EVL** rissicatur **R[1]** dissicatur **P** || 10 sextum **AB[1]DMR** | unum **L[2]** || 11 tertia **R** | tres] tria **L[2]** || 13 modus item modus **AR[1]** || 14 priorsum **B[2]D[2]MC[2]L[2]** | *post* nam *addebat* septimus *Dick* || 15 quidem *scripsi* quidam *libri* | est[1] *om.* **M** | circulus **A** | vereri **F** || 17 feminina **B[2]** femine **R[1]** termine **R[2]** || 18 ternis **B[1]R[2]L[1]P** | sex his **AR** exis **L[1]** | faciunt **D[2]M** fit **G** | quadratis **B[2]R[2]** || 19 toni[1]] toniti **AR[1]** || 20 idem] idemque **M** | collocatus **G[1]** || 22 meo **B[2]M** **C[2]L** eo *cett.* | nam ... 23 memoratur *fort. exterminanda* || 23 memoratur] me miratur **B[1]D[1]R[1]** | id est] idem **B[2]P** hoc est **C[1]EFV** | noberarius **D[1]** | numero *om.* **C[1]EFV** || 24 quo novenarius *ed. pr. et Leid. 36* quod numeris **AB[1]DRP** quo numero **B[2]** quod numerus **C[1]V** quot numeris *cett.* | supereat **R[1]**

numerus, id est octo, musica ratione confertur. ea enim parte superatur a duodecim, qua ipse superat sextum, id est tertia; nam sexti tertia duo sunt, duodecimi tertia quattuor. quod geometrica ratione componitur; ea enim possunt per collationem media, id est octo per novem, quae extrema, id est sex per duodecim; nam utrumque facit septuaginta duo. item et in maioribus numeris media extremorum rationibus componuntur sub praedicta senaria ratione. nam sexies septuages dipondius facit quadringenta tries dipondius; similiter octies septuages dipondius quingenta LXXVI. item novies LXXII facit sescentos XLVIII; similiter duodecies facit octingentos LXIIII. quae media inter se multiplicata reddunt numeros extremorum inter se convenientium. hic primus numerus, id est senarius, harmonias ostenditur genuisse; quippe sex ad duodecim est symphonia diapason, sex ad novem hemiolios, sex ad octo epitritos, id est symphonia diatessaron. unde Venus Harmoniae mater perhibetur. item hic senarius quadrato et solido quaternario sociatus horas diei noctisque dimetitur; nam quater seni vies quattus facit.

738 Quid autem te, heptas veneranda, commemorem? quae, quod naturae opera sine feturarum contagione conformas, inter deos Tritoniae virginis vocabulum possedisti. nam quod omnes numeri intra decadem positi aut gignunt alios ⟨aut gignuntur ex aliis aut simul gignunt alios⟩ aliisque

§ 738 Macr. somn. 1,6,34–82; Gell. 3,10,1 et 6s.; Firm. math. 4,1,10; Ov. met. 15,245ss.; Sen. nat. 3,10,1; Theo Smyrn. p. 103s.; Ioh. Lyd. de mensibus 3,9. locum secutus est Isid. de num. 186A–188D

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 qua] quia **M**^{1}**C**^{1} | tertia^1] tert tertia **B**^{1}**D**^{1} ter tertia **B**^{2} || 3 duodecim **AB**^{2}**CE**^{1}**FV** || 4 per collationem] lationem **A** per[**R** | id *om.* **AB**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) | octo *om.* **M**^{1} (*d.* **R**) | quae] qua **D**^{1} (*d.* **R**) | extremi **ACEFV**^{1} extra **L**^{1} || 5 utrumque **GL**^{2} utramque **AB**^{1}**DC**^{1}**EFV** utraque **B**^{2}**ML**^{1} uterque **C**^{2} per utramque **P** (*d.* **R**) | fecit **A** faciunt **M** (*d.* **R**) || 6 extremorum rationibus com- *om.* **A** || 7 nam . . . 8 quingenta *praeter* dipondius *om.* **A** | septuages **B**^{1}**D** septuagies *cett.* (*d.* **R**) | dispondeus **C**^{1} | facit *om.* **M** (*d.* **R**) | qua-
ges
dringenti **B**^{1}**D**^{1} quadringentos **D**^{2}**M** quadringinta **C** || 8 xxx **M** trias **L** xxx **C** | dispondeus **C**^{1} dipondus **F** | similiter . . . quingenta LXXVI *om.* **M**^{1} | similiter] item **CEFV** | octies **B**^{2}**MP** octogies *cett.* | septuages **D**^{2} *om.* **A** septuagies *cett.* | dispondeus **C**^{1} | quingenta **B**^{2} quingenti **AB**^{1}**D**^{1}**GP** quingentos **D**^{2}**M** D *cett.* || 9 nobies **AB**^{1}**D**^{1}**R** | faciunt **ML**^{2} | sescentos **ABDMRGP** DC *cett.* | duodecies] xii **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1}**F** | faciunt **M** (*d.* **R**) || 11 id est senarius *delebat Grot.* || 12 harmonius **A** harmonicas **R**^{2}**G** armonia **C**^{1}**V** || 13 diapason] dyatessaron unde venus **D**^{1} diapanson **C**^{1} | milios **R**^{1} emilios **C**^{1}**EFVL** hemolios **G**^{1} || 14 dytessaron **CEV** | harmonia **L**^{2} | mater **M** maior *cett.* || 15 quadrato] aliquadrato **AR**^{1} | quaternario *om.* **C**^{1}**EFV**^{1} | noctis **L** | demetitur **A** dimititur **R**^{1} || 16 vies quattus **R**^{1} vies quartus **AB**^{1}**DR**^{2} vies quartis *cett.* XXIV *edd. imperite cf. Harv. Stud. Class. Philol. 76,239* | faciunt *Dick ex Bern.* || 17 te heptas] treptas **D**^{1} | veneranda **C**^{2}**LP** venerandam *cett.* | quae **B**^{2}**D**^{2}**MC**^{2}**GL**^{2} quid **F** qui *cett.* | natura **AB**^{1}**D**^{1}**R** || 18 opere **ABD**^{1}**RG** *om.* **M**^{1} | futurarum **B**^{1}**D**^{1} | contagine **R**^{1} | conformans **B**^{2} || 19 nam quod] namque **B**^{2}**D**^{2}**ML**^{2} (*v. DMCE 91–92*) | intra] inter **B**^{2} || 20 aut . . . alios *addidi*

gignuntur aut procreantur; ⟨monas dyas trias pentas alios procreant, non procreantur;⟩ hexas octas ⟨enneas⟩ generantur tantummodo, tetras autem et creat et creatur, at heptas [autem], quod nihil gignit, eo virgo perhibetur, sed quod nullo nascitur, hinc Minerva est, et quod ex numeris tam masculinis quam femininis constet, Pallas virago est appellata. nam ex tribus et quattuor septem fiunt, qui numerus formas lunae complectitur. nam primo est corniculata, quam *μηνοειδῆ* Graeci vocant, deinde medilunia, quam *διχότομον*, dehinc dimidiata maior, quae dicitur *ἀμφίκυρτος*, mox plena, quae dicitur *πληροσέληνος*; item tres formas praedictas deficiens repetit. hic numerus †lumine significat; nam unum duo tria quattuor quinque sex septem XXVIII faciunt. item septem sunt circuli et tot planetae, tot dies totque transfusiones elementorum. nam ex informi materie primus ignis, ex igni aer, ex aere aqua, ex aqua terra; item fit ascensio, et ex terra aqua est, ex aqua aer, ex aere ignis, ex igni in materiem incomprehensam iam non poterit perveniri. quid hominum natura? nonne huic probatur **739** numero deservire? in principio septimani partus hominem absolutum perfectumque dimittunt. dehinc idem homo septem meatus habet in capite sensibus praeparatos, duos oculos auresque et nares totidem et os unum. dehinc parvulis mense septimo dentes emergunt ac septimo anno

§ 739 praeter iam notatos cf. Cens. 7, 2 et 14, 3 et 7; Hippocr. de carnibus p. 610 ss. ed. Littré

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 gignuntur **B^{2}D^{2}MR^{2}GP** cinguntur **A^{1}** cinnuntur **B^{1}** cignuntur **D^{1}** ginguntur **R^{1}** gignuntur gignuntur **CEFV** ginnuntur **L** | monas ... 2 procreantur *addidi* || 2 enneas *addidi* | terras **D^{1}** || 3 at (ad **AB^{1}D^{1}R**) *om.* **M** *del.* **D^{2}L^{2}** | autem *repetitum ex praecc. delevi* | virgo **L^{2}** par virgini **R^{2}G** pervirgo *cett., cf. DMCE 91* || 4 quod nullo **BDM^{1}** quo **AR^{1}** quod a nullo **M^{2}C^{2}L^{2}P** quod **R^{2}C^{1}EFV** (scil. a nullo *adscribunt* **E^{s}V^{s}**) nullo **GL^{1}** | hinc **M^{2}** hic *cett.* || 5 est *del.* **B^{2}** | appellatur **C^{1}EFV** (est *tamen non omisso*) || 6 formas **DM** forma **B^{1}RL** formam *cett.* || 7 monoidem **B^{1}** menoidem *cett.* || 8 mediluna **AB^{1}D^{1}R^{1}** | *διχότομον Petersen 22* dichotomon **AB^{1}DR^{1}** diatomon **B^{2}M** diatomenoidem **L** diatomenioden *cett.* | dehinc **AB^{2}DMR^{1}GL^{2}** dehic **B^{1}** hinc *cett.* | dimidiata *Petersen 22* dimidiato **ABMRLP** dimicato *n. f.* **D** dimiato **CEFV** dimediato **G** | amphycirctos **M** amphicirtos *cett.* || 9 *πληροσέληνος Eyss.* per hos selinos **A** pleroselinos **B^{1}DR** pleros selenos **C^{1}** panselenos **E^{v}** pleroselenos *cett.* (*v. DMCE 92*) || 10 lumin(a)e **AB^{1}D^{1}M^{1}R^{1}** lumen lunae **B^{2}** lumina **D^{2}M^{2}CEFV** lumen **R^{2}G** lunae cursum **LP** formam lunae *Isid. 188 B* || 11 uno **A** | faciunt] fiunt **AR^{1}** || 12 transfusionis **B^{1}D^{1}RE^{2}** || 13 ex^{2}] exhinc **C^{1}** | igni] igne **B^{2}G** ignis **D^{1}** || 14 ex aqua *om.* **L^{1}** | terra^{1}] terna **R^{1}** | et *om.* **EFVP** | aqua^{3}] in qua **D^{1}** || 15 ex aqua] et ex qua **A** et ex aqua **B^{2}G** | aer] aere **A** *et fort.* **D^{1}** | et ex aere **B^{2}G** | igni] igne **B^{2}** | materiam **GL** | comprehensam **AR^{1}** inconprehensa **D** || 16 perveri **A** | quid **B^{2}R^{2}C^{2}EFVGL^{1}** quod *cett.* | hominum *Leid. 36 et coni. Bentl.* omnium *omnes mei* || 17 deservio **AR^{1}** | in principio **D^{2}M** incipio **AB^{1}D^{1}RG** principio *cett.* | absolum **AD^{1}R^{1}** || 18 idem *scripsi* ideo (*del.* **M^{2}**) *libri* || 20 parvulis (parvolis **R^{1}** pavulis **C^{1}** parvuli **F**) *post* mense septimo *ponit* **G**

mutantur. item secunda hebdomas pubertatem movet gignendique possibilitatem, tertia florem genarum; quarta incrementa staturae finiuntur; quinta iuvenalis aetatis plena perfectio est. septem etiam natura abstrusit membra vitalia: linguam, cor, pulmonem, lienem, iecur et duo renes. item septem corporis partes hominem perficiunt: caput tenus imum collum, pectus, venter, duae manus pedesque totidem. [in vertice axis caelestis]

740 At octonarius numerus primus cybus est et perfectus, Vulcano dicatus. nam ex primo motu, id est dyade, quae Iuno est, constat. nam dyas per dyadem facit tetradem, hoc bis facit octadem. perfectus item quod a senario tegitur; omnis enim cybus sex superficies habet; item ex imparibus consecutis impletur. nam primus imparium trias, secundus pentas; ambo octadem faciunt. item cybum, qui a triade venit, id est XXVII, sequentes impares reddunt, id est heptas, enneas et undecimus, qui omnes faciunt XXVII. item tertius cybus, qui a tetrade venit, id est LXIIII (nam quater quaterni sedecim, hoc quater LXIIII), fit et hic ex imparibus quattuor, qui superiores sequuntur; id est, XIII, XV, XVII, XVIIII fiunt simul LXIIII. et sic omnes cybi per imparium incrementa inveniuntur sui dumtaxat numeri. sane hic octonarius cybus ita omnium cyborum primus est, ut monas omnium numerorum. cybus autem omnis etiam Matri deum tribuitur; nam ideo Cybebe nominatur.

§ 740 cf. Macr. somn. 1, 5, 15–18; Theo p. 104s.; Isid. 189 A

[**ABDMR CEFV GLP**] 1 secundae **AD**[1]**R** secundam **V** | hebdomas **B**[1]**D**[1]**EFGLP** hebdomadas **ARC**[2]**V** ebdoma **B**[2]**D**[2] abdomadas **C**[1] hebdomada **M** | ubertatem **AB**[1]**DRP** | possiutilitatem **A** || 2 staturae] facturae **E** | fiuntur **R**[1] *om.* **G**[1] || 3 abstrusit **B**[2]**MLP** abstruxit **ACEFV** abstrusa **B**[1] abstrusi **DRG** || 4 pulmonem **BD**[2]**MR**[2]**C**[2]**GL** pulmon **D**[1] pulmone **R**[1] pulmones *cett.* | splenem **B**[2] lenem **D** lineem **E** | iecor **B**[1]**D**[1]**R**[2]**C**[1]**G**[1] iiecor **R**[1] | duos **M**[2]**L** || 5 caput tenus imum] caput tenusinu sinum inteni **A** caput tenusinum **B**[1] (*d.* **R**) caput *Isid. 188 D* || 6 colum **A** (*d.* **R**) | totidemque pedes **G** | *post* totidem *add.* stellae **D**[2]**M** (*d.* **R**) || 6.7 in vertice axis caelestis (*sic etiam Isid. 188 D*) *delevi, cum caeli mentio ab hoc loco aliena sit* || 7 *post* caelestis *add.* septem stellae sunt **B**[2] septem sunt stellae **C**[2]**E**[2]**V**[2]**GL** || 8 cybus **BMR**[2]**C**[2]**EVGL**[1] cubus **D**[2]**L**[2] cibus *cett.* || 9 primo motu] primotu **A** **B**[1]**D**[1] (*d.* **R**) || 10 fecit **EFVL**[1] (*d.* **R**) | hoc *scripsi Mart. VI (1977) 164* aut **AB**[1]**DC**[1] at *cett.* (*d.* **R**) | ogtadem **L**[2] (*d.* **R**) || 11 cibus **AB**[1]**D**[1]**F** cubus **D**[2] (*d.* **R**) || 13 ogtadem **L**[2] | cibum **B**[1]**C**[1] cubum **B**[2]**D**[2]**L**[2] || 14 teptas **AR**[1] | undecim **AB**[2]**D**[2]**M**[2]**L** || 15 cibus **AD**[1]**F** cubus **D**[2] | qui a] qua **B**[1]**D**[1]**R**[2] quae **R**[1] | nam] item tertius **AR**[1] || 16 quaterni sedecim sunt **D**[2]**M**[2] quaterni faciunt sedecies **B**[2] quaternis decies **R**[1] quaterni sedecies *cett.* | fiunt *ed. Kopp et Dick* || 17 sequuntur **C**[2]**E**[2]**G** *om.* **C**[1]**E**[1]**FV**[1] secuntur *cett.* || 18 cibi **AB**[1]**D**[1]**F** cubi **B**[2]**D**[2]**L**[2] || 19 cibus **AD**[1]**FL**[1] cubus **D**[2]**L**[2] | ciborum **D**[1]**MF** cuborum **D**[2]**L** || 20 cybus **AR**[2]**CFGP** quibus **B**[1]**DM**[1]**R**[1] cubus *cett.* | tribuetur **AB**[1]**DM**[1]**R** || 21 cybebe **B**[2]**D**[2]**MR**[1]**C**[1]**L**[1] cybe bene **B**[1]**D**[1] cybbe **E**[1] cybbebe **E**[2] cybele *cett.* | nominantur **M**[1]

Enneas quoque perfecta est, et perfectior dicitur, quoniam ex triade 741
perfecta forma eius multiplicata perficitur; deinde quod primi versus finem tenet, et ideo Mars appellata, a quo finis omnium rerum. quadratus quoque finis est eorum, quae per collationem augentur. nam et harmoniae ultima pars est; ad enneadem enim ab octade collatio percussionis tonus efficitur. non minus novem Musis addixere. in mundo etiam novem sunt zonae, id est sphaerae et deorum septem et terrae.

Decas vero ultra omnes habenda, quae omnes numeros diversae virtu- 742
tis ac perfectionis intra se habet. quae licet primi versus finis sit, secundi monadis implet auxilium. haec primi versus numerorum regulas, analogias, genera, species, differentias, perfectiones et imperfecta concludit, daturque Iano, quamvis eam plurimi apocatastasin memorarint.

Dictum breviter, qui numerus primum versum facit, quos deorum con- 743
tineat quasque virtutes. iam nunc, quid ipse numerus sit quasve inter se analogias servet et formas, breviter intimabo. numerus est congregatio monadum vel a monade veniens multitudo atque in monadem desinens. sunt autem numeri simplicis regulae quattuor. prima est, quae appellatur a paribus par, secunda a paribus impar, tertia ab imparibus par;
quarta ab imparibus impar, quas interius memorabo. sunt etiam qui 744
primi numeri appellantur, qui a nullo numero dividi possunt, nisi a monade tantum, ⟨et tum⟩ non dividi, sed componi videntur, ut puta sunt VII, XI, XIII, XVII et cetera similia; nullus enim eos numerus dividere uno ordine potest. quapropter primi appellantur, quoniam a nullo nu-

§ 741 cf. Macr. somn. 2,1,20; Serv. georg. 4,480; Theo p. 106; Isid. 189 D || *§ 742 cf. Macr. somn. 1,6,76; Theo p. 106; Ov. fast. 3,121 ss.; Isid. 190 B* || **15** *Euclid. elem. 7 def. 2; Nicomach. arithm. 1,7,1; Boeth. arithm. 1,3; Theo Smyrn. p. 18,3–5* (*de hac definitione videndus Heath, Euclid. vol. 2 p. 280*) || **17–19** *cf. Euclid. elem. 7 def. 8–11*

[**ABDMR CEFV GLP**] **1** perfectio *volebat Grot.* magis perfectus *Isid. 190 A* | quoniam] quod **G** || **2** forma **D^{2}M^{2}G** ter forma **B^2** per formam **R^2** *et Isid. 190 A* performa *cett.* || **3** mors *coni. Grot.* | apellata **C** | quo] qua *coni. Grot.* || **5** enneadem **B^{2}GL** ennadem *cett.* | octode **B^{1}D^1** | decollatio **D^1** collationem **M^1** collatione **M^{2}C^2** || **6** tonus **E^{v}V^v** sonus *cett.* | Musis addixere *scripsi* nusaddixere **A** musas addixere **B^{1}D^{1}R^{2}G** musadixere **M^1** musaddixere **R^1** musas dixere *cett.* | in mundo] in munde **A** immo **B^2** | novem^2] nove **A** novae **B^{1}R** || **7** deorum] deorsum **AR** || **9** ac] a **D^1** | se *om.* **P** | finis ... **10** vérsus *om.* **B^1** | secundae **B^{2}GL** *et Isid. 190 B* || **10** imple **A** implex **C^1** complet *Isid.* | ausilium **A** auspicium *Isid.* (*suspicor legendum esse* secundi inchoandi implet auspicium) || **11** differentiae perfectionis **A** || **12** memorarent **AR^1** memorarit **B^1** || **13** qui **B^{3}D^{2}M^2** *om.* **AB^{1}D^{1}M^{1}R^1** quis *cett.* | contineant **B^{2}M^{1}G** || **14** nunc] tunc **D^1** || **15** servat **A** | formes **D^1** || **16** monandum **R^1** | a *om.* **AR^1** ad **D^1** || **17** simplicis **AB^{1}M^{v}EGL^2** simplices *cett.* || **18** par^1 ... paribus *om.* **AB^{1}D^{1}M^{1}R^1** || **19** impar] im **B^1** par **L^1** | intertius **AR^1** | inferius **B^{2}G** (*fort. recte, cf. p. 278, 12*) || **21** et tum *addidi* | ut puta sunt **D^{2}M^1** ut putas **D^{1}R** ut puta *cett.* || **22** *ante* VII *add.* V **B^{2}E^2** | numeros **L^2**

mero exoriuntur nec aequis portionibus discernuntur. a semet igitur nati alios ex se creant numeros, quoniam ab imparibus paria fiunt, a paribus impar fieri nullo modo potest. [ergo et primi numeri necessario habendi
745 pulchrique.] sed omnes numeros primi versus sub his regulis retractemus: monas quidem numerus non est. dyas par est. trias et ordine et virtute primus. tetras a paribus par. pentas primus. hexas a paribus impar et ab imparibus par, unde et perfectus nominatur. heptas primus. octas a paribus par. enneas ab imparibus impar. decas ab imparibus par. sicuti in primo versu, ita et in sequentibus hae regulae colliguntur. primus igitur versus est a monade usque ad enneadem, secundus a decade usque ad nonaginta, tertius vero ab hecatontade usque ad nongentos, quartus (qui et ultimus) a mille usque ad novem milia, licet nonnulli Graeci etiam my-
746 ria adiecisse videantur. mihi vero solus numerus approbatur, qui digitis coercetur; alias quaedam bracchiorum contorta saltatio sit. quo fit ut numeros germanae praecedentis formis ac lineis concinamus. nam mihi in primo versu monas, illi in signo principium, quod non habet partes; in secundo versu a decem numeri veluti linea distenduntur; in tertio versu quadrati ex centum reliquisque fiunt, quae velut latitudo primae longitudini sociatur; in quarto versu iam cybi sunt; ideo ex mille reliquisque soliditas. fines ergo vel limites mihi sunt monas, decas, hecatontas et mille, Geometriae vero nota, linea, figura, soliditas. nam monas ita individua est ut nota; decas in numeris ut linea longitudinis solius; hecatontas quadratus, qui est superficies et in longitudinem latitudinemque

5 *Macrob. somn. 1, 6, 7* ipse non numerus, sed fons et origo numerorum || *§ 746 cf. Nicomach. arithm. 2, 7, 1–3; Boeth. arithm. 2, 5–6*

[**ABDMR CEFV GLP**] 2 se *om.* AR^1 | numerus R || 3 ergo ... 4 pulchrique *del. Dick* | necessario M necessari AB^{1}R^1 necessarii *cett.* || 4 pulchrisque AB^{1}D^{1}M^{1}R^1 pulchrique sunt CF | omnis AR^1 || 5 quidem] autem C^2 *om.* G^1 | dyas *bis scr.* AB^{1}D^1 (*d.* R) || 6 tertras M ceteras R tretras L || 6.7 et ab imparibus par *om.* A || 7 ab *om.* FP | ogtas L^2 ogdoas *Dick* (*d.* R) || 8 enneas B^{2}M^{2}L ennas *cett.* || 9 in^2 D^{2}L *om. cett.* | hae regulae AB^{2}D^{2}MGP haec regulae B^{1}D^{1}R^2 hoc regulae R^1 hac regula CEFVL || 10 est] et AB^{1}D^{1}M^{1}R | ad decade E || 11 ecotondade A ecatonde P | nongintos AR || 12 Graeci *om.* C^1 *et fort. delendum est* | mirea AB^{1}DMP minea R^1 *μυριάδα ed. Dick* || 13 adiacisse D^1 | videntur CE || 14 saltio A exaltatio B^v salutatio P | quo B^2 quae AB^{1}DMR^1 qua *cett.* || 15 numerus AM^1 numeris B^{1}D^{1}RGP | germine M^{1}R^2 | procidentis B^1 | concinnem B^2 concinnamus RCFV concinnam E concinnemus *coni. Eyss.* || 16 monas D^{2}M^{2}C^2 monandes D^1 a monade R^2 monades est G monades *cett.* | principio V^1 || 18 ex centu A extentum D^1 | quae ... 19 sunt *om.* R | primi M^2 || 19 cibi AD^{1}C^{1}F cubi D^{2}L^2 || 20 soliditas] sociatos A sotas B^{1}D^1 soties D^{2}M^2 societas *n. f.* M^1 sociatas R^1 | decas] des AR^1 || 21 geumetriae AB^{1}R^1 geometricae M^2 | linea] lia P | solidatas F || 22 innumerus AB^{1}D^{1}M^{1}R^1 si numeris R^2 | *ante* linea *add.* in AD^{1}RG || 23 superfacies C^1 | et] ut M *om.* CEFV | longitudinem latitudinemque B^{2}D^{2}M^2 longitudinem latitudinemve R^{2}C^{2}GL longitudinemve *cett.*

dividitur; id est decus per decus fit centum quadratus, hoc per decem fit cybus mille. omnis impar progressus a monade per singulas positiones **747**
necessario quadratos efficit: primam ipsam monadem ⟨sume;⟩ adde triadem: fecit quattuor, primum quadratum; adsociatis quinque fecisti secundum quadratum VIIII; iunge septem, implesti quadratum XVI; adicis item nonus, et perficis quadratum XXV. eodem modo progreditur ratio usque in infinitum. sed ad superius divisa regrediar: omnem numerum aut parem aut imparem esse et utroque finiri ⟨. . .⟩ quicquid numero adiciatur finito, finitum adici, neque ex finitis infinitum fieri posse.

Omnis vero numerus aut par aut impar est. par est, qui in duas aequas **748**
partes dividitur, ut II, IIII, VI; impar, qui in duas aequas partes dividi non potest, ut III, V, VII. deinde ex imparibus quidam ex impari tantum impares sunt, ut III, V, VII; quidam etiam multitudine constant, ut IX, XV, XXI, quos *περισσάκις περισσούς* Graeci appellant. at in his, qui pares sunt, plura discrimina sunt. ⟨. . .⟩ an pares sunt et dici possunt. ceteri vel ex paribus pares vel ex imparibus pares; et illos Graeci *ἀρτιάκις ἀρτί-*

§ 747 cf. Boeth. arithm. 2, 10–12 || *§ 748 cf. Euclid. 7 def. 6–10; Nicomach. arithm. 1, 7, 2 et 4; Boeth. arithm. 1, 3 et 5*

[**ABDMR CEFV GLP**] **1** id est] ideo **D^{2}M** item **G** idem **P** | decussis per decussim *Grot., sed cf. Harv. Stud. Class. Phil. 76, 1972, 237* | hoc] sic hoc **M^{1}** | decim **D** || **3** necessario **L^{2}** necessarios *cett.* | quadratos **B^{2}MC^{2}GP** quadrat **C^{1}L^{1}** quadratus *cett.* | efficitur **C^{1}V** || **3.4** primam ipsam monadem sume, adde triadem *scripsi* primam ipsam monadem **AB^{1}DMR^{1}P** primam ipsam monadem adde triadi **L^{2}** primam ipsam monadem adde triadem *cett.* || **4** facit **D^{2}MEL^{2}** | adsociatis **M^{1}P** adsociatas **AR^{1}** adsocians **L^{1}** at socians **L^{2}** adsocias *cett.* || **5** VIIII. iunge septem, implesti quadratum **B^{2}R^{m}GL** VIIII. adiungas septem, erit quadratus **P** *omnino omittunt* **AB^{1}DMR^{1}** quadratum *tantum habent* **CEFV** | adicis . . . **6** XXV *om.* **C^{1}E^{1}FV^{1}** | adicies **R^{1}** || **6** nonus *scripsi Harv. Stud. 76, 1972, 237* monas **M^{1}G** nonas *cett.* | perficit **B^{1}** || **7** in **B^{1}D^{1}M^{1}GLP** *om. cett.* | ad] a **RL^{1}** as **M^{1}** | regrediar omnem] regredi a roma ne **B^{1}D^{1}R^{1}** regrediar omnem roma *n. f.* **M^{1}** || **8** parem aut] peremavit **M** patrem aut **E** | et utroque] aut utroque **B^{2}GL** et utreque **R^{1}** aut reque **R^{2}** ex utroque **C** et alterutro *coni. Dick* | *lacunam statui* certum est *add.* **R^{s}G** || **9** ex finitis infinitum *scripsi* ex infinitis infinitum **ABD^{1}M^{1}R^{1}GP** ex infinitis finitum *cett.* | possem **R^{1}** || **10** par^{1}] impar **D^{1}** per **M** | par est] parem est **A** *om.* **D^{1}** || **11** *post* impar *add.* est **B^{2}MG** || **12** ut *om.* **AB^{1} DMR** | ex imparibus *delebat Boettger* | quidam ex impari *om.* **L** | ex impari (ex imparibus **B^{1}D^{1}** ex pari **M^{1}**) *delebat Dick* (*mihi videtur* ex impari *significare 'ex uno impari, non ex pluribus multiplicatis'*) || **13** ut III . . . **14.15** pares sunt *om.* **F** | constat **B^{1}DM^{1}R^{1}** || **14** ΠΕΡΙCCAKEIC **C^{1}EV** *corruptius cett.* | ΠΕΡΙCCOYC **B^{2}GP** *corrupte cett.* | at] ad **AB^{1}DR^{1}** | in *om.* **AR^{1}** *del.* **L^{2}** || **15** *post* plura *add.* quis **A** | *lacunam indicavit Dick* (*periere aliqua de binario numero, qui, cum par sit, neque ex paribus neque ex imparibus est*) | an] at **M^{2}** | sint **B^{2}D^{2}M^{2}** | et *om.* **M^{1}** | dici] dividi **L^{2}** | possint **B^{2}D^{2}** | ceteri (cetere **A**) *om.* **D^{1}** *ante* possunt *ponit* **M** || **16** *post* pares^{2} *add.* vel ex paribus impares **M^{m}R^{m}C^{2}FGLP** (*cf. Petersen 22–24*) | *ἀρτιάκις* – p. 272, **1** *περισσούς om.* **M^{1}** *in ras. quasi 40 litt., supplet* **M^{m}** | ΑΡΤΙΗΚΕΙC **B^{2}** artiakes **M^{m}** ΑΡΤΙΑΚΕΙC *cett.* | ΑΡΤΙΟΥ **B^{1}D^{1}** artious **M^{m}** ΑΡCΙΟΥC **L**

ους, ⟨hos⟩ vel *περισσάκις ἀρτίους* vel *ἀρτιάκις περισσούς* nominant.

749 pares ex paribus sunt IIII, quia ex bis binis, octo, quia ex bis quaternis constat; pares ex imparibus et qui parium impari multiplicatione fiunt, ut ter bini sexis aut quinquies quaterni vies, quod genus Graeci *περισσάκις ἄρτιον* vocant, et hi qui imparem numerorum multitudinem pari multiplicatione consummant, ut cum bis terni sexis, et quater quini XX fiunt, quod genus *ἀρτιάκις περισσόν* Graeci vocant. qui numeri quamvis idem sunt, rationes tamen increscendi diversas recipiunt. atque ex his ipsis quidam in duas partes divisi protinus in impares numeros recidunt, quidam semel saepiusve per pares replicati citra singularitatem in impares resolvuntur. nam duodecim et viginti semel per pares dividi possunt; at XLVIII nimirum bis vicenos quaternos, inde bis duodenos, deinde bis senos, omnes adhuc pares, efficiunt, novissime in ternos impares decidunt. itaque nemo longius procedere simili multiplicatione potest, quin, ut duplicatione revoluta †ascabest, sic per replicationes item in plures partes digeritur.

§ 749 cf. Nicomach. 1, 8, 4; 1, 9, 1; 1, 10, 1; Boeth. 1, 9–11

Verum nunc obliqui sunt edicendi, quorum signifer duodecim discrimi- **825**
nibus interstinctus ex parallelis duo solstitialem brumalemque contin-

1–2 *cf. Apul. met. 4,14* aestiva flagrantia maceratae || *§ 822 cf. Procl. de sphaera 9* || *§ 823 de coluris cf. Gemin. 5,49–50; Theo p. 132; Macr. somn. 1,15,14* || 19 octava parte] *cf. Hyg. astr. 4, 2 (rem tractat O. Neugebauer, The Exact Sciences in Antiquity ²1957, 188)* || 21 postmodum] *§ 832 s.* || *§ 825 cf. Gemin. isag. 5,51–53; Theo Smyrn. p. 130 ed. Hiller; Cleom. 1, 14, 18; Macr. somn. 1, 15, 8–12*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 sol *om.* **A** | in *om.* B^1DL^1 || 2 in *om.* $D^1C^1VL^1$ || 3 pecuectus $B^1D^1R^1$ pervectui R^2 | lucisque F^2 (*d.* **R**) || 4 hiemali] geniali **A** (*d.* **R**) | fine . . . 5 ultimus *om.* **AR** | fine *om.* $C^1E^1F^1V^1$ || 5 *post* australis *add.* est B^2 | antarticus *libri* || 6 huic **AR** || 7 definxa **E** | *post* spatii (spati D^1R^1) *add.* est $B^2E^2F^2$ | quanti] qua C^1 || 8 cui *scripsi* ei *libri* || 9 colubres L^1 colluros **P** || 10 obculta $AB^1D^1R^1$ || 11 alii a] alia $B^1D^1REG^1$ alii **P** || 12 terra **A** | arcticum **P** articum *cett.* | appicem **A** || 13 a *om.* B^1R | meridia R^1 | inchoamenta $AB^2D^2R^2C^2GL^2P$ inquoamenta *cett.* || 14 *ante* eundem (eodem B^v) *add.* in C^1E^2F | arcticum DC^1FVP articum *cett.* || 15 decusantes $AB^1D^1R^1$ decursantes *cett.* || 16 ego] ergo AB^1D^1R | quad $AB^1D^1R^1$ | ippargus **A** iparcus **G** || 17 *lacunam statuit Dick* | varietate R^2G | *post* complexus *add.* est R^2G | zoziaci $A^1B^1D^1RL^1$ | cili B^1D^1R cly E^1 | venientis B^1DR^1 venies R^2 venites C^1V^1 || 18 aequalibus *Berol. lat. fol. 307* aequalis AB^1D^1R aequales *cett.* || 19 acietis A^1 arietes **R** || 20 ambitu R^1 | polorum] solorum AB^1D^1R | similis ABD^1RG || 21 complexum R^1 | cancro $B^2D^2C^2F^2L^2$ (*v. infra p. 314, 14*) lione **A** leone *cett.* || 23 *post* quorum *add.* in BD^1R | signifert BD^1 || 24 paralelis **A** parallis C^1 | duos $B^2D^2R^2C^2GL^2$ | solestitialem **A** stultitialem R^1

gens, aequinoctialem medium secat secundo, nec ad pares angulos aut findit aut finditur. qui soli lunaeque iter praebet cum quinque sideribus.

826 galaxias vero [lacteus] obliquorum multo maiore ambitu porrectus etiam visibus approbatur; nam confinio septentrionalis circuli natus in finitorem antarcticae regionis acclinans, paene totum videtur permeare caelum. quem quidem mihi desipere videntur qui circulum negaverunt. superest iam unus e circulis, quem quidem, quoniam locis momentisque omnibus variatur, dubito quid appellem. hic tamen nobis ima supernaque discriminans atque undique in superficiem telluris lineae flexu ambientis incumbens horizon vel finitor vel finiens perhibetur.

827 Sed quoniam expositi circuli breviter claruerunt, nunc eorum spatia, unde primo conceperim, perhibebo. ac prius ad septentrionalis circuli redeam granditatem, in quo more geometrico duo primo signa composui ad circulum perducendum, id est unum quod centron, aliud quod peripherian demonstraret. itaque in ipso mundi cardine posui clarius sidus, atque ab eo ad Draconis caput, quod iam notaveram usque ad finitoris circulum pervenire, lineam duxi, quam postea manente centro mente circumagens circulum designavi, atque ab omni parte spatium aequale complexa per haec sidera peripheria circumducta pervenit: a capite Draconis et dextro pede eius, qui appellatur Engonasis, ad medium Cephei pectus, tunc ad pedes priores maioris Ursae, inde rursus ad Draconis caput.

828 Huic circulo confinis solstitialis, quem itidem lineari dimensione a cardine mundi in octavam Cancri partem ducta, quo Sol accesserat solstitio, reperimus. eundem circulum ambitu potiore per haec tamen signa cur-

10 finiens] *cf. Sen. nat. 5, 17* || *§ 827 cf. Manetho 2, 64–71; Hyg. astr. 4, 6* || *§ 828 cf. Manetho 2, 72–82; Arat. 480–500; Hyg. astr. 4, 2*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 nec] nam **B**^{2} | patres **D**^{1} || 2 quinque] quibus **AR**^{1} | desideribus **A** || 3 lacteus (id est lacteus **B**^{2}**F**^{2}) *delevi* || 4 visibilibus **AR**^{1} || 5 antarcticae **GL**^{1} antastice **A** antarticae *cett.* | adinclinans **L**^{1} || 7 quoniam *Dick e Leid. 36* qui **A** quo **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**CE**^{1}**F**^{1}**VL**^{1} quia **B**^{2}**E**^{2} quod **D**^{2}**F**^{v}**GL**^{2}**P** quod quia **R**^{m} || 8 nobis ima *Petersen 69* nobisimas **B**^{1} novissimas **B**^{2}**R** nobisisima **D**^{1} nobissima **D**^{2} novissima *cett.* || 9 fluxu **L**^{1} || 10 finiens *scripsi Helikon 6, 1966, 231* oriens *libri* || 11 circuli *bis scr. in* **D**^{1} || 12 primo *del.* **B**^{2} | conceperim *Petersen 29* conciperem **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**G** coeperam **D**^{2} conceperem **R**^{2} ceperam **E** conceperam *cett.* | perhibens **AR**^{1} | ad se septentrionalis **A** || 14 aliut **B**^{1}**D**^{1} | peripherian *edd.* ferian **AR**^{1}**E**^{1} perferiam **C**^{2} perferian *cett.* || 16 notaveramus **B**^{2} noveram **D**^{1} | finitaris **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 17 perveniret *n. f.* **F** | doxi **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} dixi **B**^{v}**L**^{2} | manante **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**F**^{1}, *quod del.* **R**^{2} | centro] circo **A** | mente (mentro **A**) *fort. delendum* | circuagens **G** || 18 designavit **AR**^{1} || 19 peripheria *edd.* perferia *libri* | a *om.* **R**^{1} || 20 enganasis **A** engonosis **R**^{2} || 21 prores **A** pres **B**^{1}**D**^{1} (*d.* **R**) | ursu **A** (*d.* **R**) || 22 *post* confinis *add.* est **CE**^{s}**L**^{s} (*d.* **R**) | quem *ed. pr.* quae **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} qua *cett.* | dimensione **P** demensione *cett.* || 23 cancri parte **A** partem cancri **CEF**^{1}**V** | ducta] duae **A** ductam **B**^{1}**D**^{1}**RC**^{1}**EV** | quo] quod **A** que **D**^{2} | *ante* solstitio *add.* in **CE**^{2}**F**^{1}**VL** || 24 reperimus **D**^{2} repperimus *cett.* | ambitum **B**^{1} | curvavi *Petersen 29* curbare **AR** curbari **B**^{1}**D**^{1} curvare **B**^{2}**G** curvari *cett.*

vavi: incipit ab octava parte Cancri, cuius omne corpus in longitudinem secat, ad Leonis pectus ac ventrem; inde ad Ophiuchi umeros, deinde ad caput Cycni, deinde ad ungulas Equi ac protinus ad dextram Andromedae manum, deinde ad sinistrum Persei crus eiusdemque sinistrum umerum, inde ad utraque Heniochi genua et proxime ad Geminorum capita, a quibus rursus ad octavam Cancri ipsius partem.

Aequinoctialis demum circulus bis admensus a poli termino circumactus tam in Arietem quam in Libram linea permeante per haec signa circulum cludit: ab octava parte Arietis per totum corpus eiusdem ad reductum Tauri pedem, inde ad mediam Orionis alvum, deinde per editas curvationes Hydri Crateraque et Corvum ad octavam Librae partem inter duas lucidas signi illius stellas; inde ad utraque Ophiuchi genua ac tunc per Aquilam ad Pegasi caput, a quo rursus ad octavam Arietis partem. **829**

Brumalem vero circulum similiter signo in octava Capricorni parte defixo per haec meare comperimus: ab octava parte Capricorni per totum corpus eius ad pedes Aquarii, inde ad Ceti ultimam caudam ac dehinc ad Leporem prioresque Caniculae pedes, inde per Argo tergusque Centauri ad Scorpionis aculeum, deinde per Sagittae ultimam partem ad octavam Capricorni partem circulus revocatur. **830**

Ultimus ex parallelis, qui vocatur antarcticus, tantundem spatii quantum septentrionalis includit. quem quidem meantem, quibus sideribus oculetur, ego poteram memorare; neque enim mihi ulla caelestis globi portio habetur incognita. sed quoniam per ignota superioris partis visibus hominumque distenditur, dicere praetermitto, ne incomperta falsitatem admiscere videatur assertio. **831**

§ 829 cf. Manetho 2, 83–92; Arat. 511–524; Hyg. astr. 4, 3 || *§ 830 cf. Manetho 2, 93–100; Arat. 501–510; Hyg. astr. 4, 4* || *§ 831 cf. Hyg. astr. 4, 6*

[**ABDRCEFVGLP**] 2 ad ophiuchi **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**EGLP** adeadoffiuci **A** adeadofiuci **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} ad offiuci **CFV** | ad^3 *om.* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 3 cyeni **AB**^{1}**D**^{1}**R** cygni *cett.* | dexteram **DCVG** || 4 numerum **B**^{1}**D**^{1} munerum **R**^{1} || 5 onioci **A** | ienua **D**^{1} || 7 circus actus **R** circuactus **G** || 8 ariete **A** arieteam **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | lineam **B**^{1}**V** | circulum] culum **C**^{1}**V**^{1} || 9 claudit **AF**^{1} | aretis **C**^{1} | eidem **D**^{1} || 10 originis **A** orions **B**^{1} | album **AB**^{1}**D**^{1}**R** alium **P** || 11 curvatiomysi **A** curvationis **B**^{1}**D**^{1}**F**^{1} | Hydri] de **A** ydi **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | crateraque **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} ceteramque **C**^{1} crateramque *cett.* || 12 signi illis **A** illius signi **CEF**^{1}**V** | offrici **A** ofrici **R**^{1} officii **C**^{1} offiuci **C**^{2} || 13 aliquam **B**^{1}**D**^{1}**R** | a] ad **A** || 14 similiter *bis scr. in* **C** || 15 capricornii **A** || 16 aquari **AB**^{1}**D**^{1}**R** | ac dehinc] adhehinc **B**^{1}**D**^{1} a dehinc **R**^{1} ad dehinc **R**^{2}**P** hac dehinc **CV** || 17 priorisque **AR**^{1}**L**^{2} | argonem **B**^{2}**R**^{2}**F**^{2}**G** || 18 scurpionis **R**^{1} | octaviam **D**^{1} || 20 paralelis **A** | antarticus *libri* | spati **D**^{1}**R**^{1} || 21 includitur **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | meante **A** || 22 oculetur *scripsi DMCE 82* circuletur *libri* | ego] ergo ego **D**^{1} | poteram *Leid. 36* potero *omnes mei* | glovi **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 23 ignota **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**GLP** ignotum **A** ignotam *cett.* | superiores **A** | partes **AR**^{1} sortis *fort. legendum* (*intellige: 'deorum superius hemisphaerium incolentium'*) || 24 hominumque **AB**^{1}**D**^{1}**RL**^{1} hominum *cett.* | ne] quae **B**^{1} | incomperto **R**^{1} || 25 admississe **A** admisere **B**^{1}**D**^{1} admissi **R**^{1} | videbatur **C**^{1} | asertio **A** adserto **R**^{1}

832 Melius coluros demonstramus, licet ipsi quoque aliquid curvationis abdentes non se totos visibus repraesentent. tamen, qua coniectura non errat, poterunt demonstrari. atque ita eorum primus, qui ab aequinoctiali parte sumit auspicium, ab octava Arietis parte contingens ultimum Deltotou angulum, ac mox summum contingens Persei caput dextrumque eius bracchium, proxime manum secans per septentrionalem circulum ad cardinem pervenit mundi; a quo per caudam Draconis ad sinistrum Arctophylacos proximeque ad Bootis stellam ductus dextrum Virginis pedem sinistrumque contingit, in quo octava pars Librae est; unde ad dextram manum Centauri, qua Pantheram tenet, divisus haud procul ab eo loco, quo sinistram Centauri ungulam tetigit, in regionem inconspicuae nobis partis obruitur; unde emersus infra Cetum per corpus eius aversique cervicem ad caput atque inde ad octavam partem Arietis red-
833 it. alter autem colurus, qui etiam tropicos dicitur, ab octava parte Cancri consurgit ad sinistrum ex prioribus Ursae pedem per ipsum pectus eius cervicemque; inde ad cardinem pervenit mundi atque inde per clunes minoris Ursae et inde per Draconem ac sinistram alam Cycni cervicemque perductus ultimum Sagittae spiculum et proxime rostrum Aquilae contingit, a qua ad octavam partem Capricorni descendit; inde haud procul mersus in regionem inconspicuam infra Argo reconsurgit, cuius et gubernaculum et rectam puppim secans ad octavam Cancri partem redit.
834 Duos iam superesse circulos dubium non habetur, quos quidem obliquos dici superius memoravi. quorum unus signifer non ut ceteri, quos linealiter feci, sed latissimus omnium comprobatur; quem cum in XII spatia discernerem, singulis XXX partes non nescia rationis adscripsi. ve-

§§ 832–833 de eadem materia Manil. 1, 603–630, sed absimiliter || *§ 834 cf. Manetho 2, 129 ss.; Procl. de sphaera 11; Hyg. astr. 4, 5*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 mellius D^1 | colurus $AB^1D^1R^1$ colluros **P** | demonstramus **BDRF²G** demonstremus *cett.* | curvationes $B^1D^1R^1$ | abdente D^2 addentes C^1EF^1V || 2 totis **G** | qua *scripsi* quia *libri* || 3 erat AB^1C^1 | poterunt B^2 poterit D^2 poterant L^2 poterat *cett.* || 4 sumit] sumus R^1 summit *n. f.* CF^1 || 5 Deltotou *Grot.* deltontos $C^1F^1VL^1P$ deltotos *cett.* || 6 ei ABD^2R^1 et E^1 || 9 sinistrumque] signisque AR^1 sinisque B^1D^1 sinistrum E^1 || 10 *post* centauri *add.* ungulam L^1 | qua] quam **A** | pateram D^2 | haud $B^2D^2E^2GL^2P$ aut AB^1D^1R haut **CV** aud E^1F ad L^1 || 12 obruetur B^1D^1 abruetur R^1 | Cetus *coni. Eyss.* || 14 collurus $B^1D^1R^1L^1P$ | tropicus AB^2 tropiscos L^1 || 16 inde^1 ... 17 cervicemque *om.* **A** | ad $B^2D^2CE^2FVG$ in L^2 *om.* $B^1D^1E^1L^1P$ *fort. recte* (*d.* **R**) || 17 minores B^1D^1 mino[**R** | inde] bis B^1D^2 vis D^1 (*d.* **R**) | ac] ad **GP** (*d.* **R**) || 18 ductus F^2 | speculum AC^1EF^1 (*d.* **R**) | proximae B^2D^2 **CG** || 19 discendit AB^1 | aud **A** aut B^1R haut C^1V || 20 argo reconsurgit **R** argorem consurgit **A** argorem surgit B^1 argo resurgit D^1 argonem resurgit D^2 argonam surgit **G** argonem surgit *cett.* (*v. Mart. V 129*) || 21 pupim **AL** puppin $B^1D^1R^1$ | partem cancri $ACEF^1V$ || 22 duo L^1 || 23 memoravit R^1 | ignifer B^1 D^1R^1 || 24 feci sed] fecisset D^1 | quem] quae AR^1 | in *om.* R^1 || 25 rationis] regionis **A** rationationis C^1 ratiocinationis C^2EF^1

rum eius latitudinem circuli tetendi in duodecim portiones, ut tantundem
spatii habeat latitudo, quantum longitudini duodecim partes attribuunt.
quod cur factum sit, facile est loco eo, quo de sole loqui coepero, demon-
strare, qui per mediam circuli eiusdem lineam solus fertur. cuius circuli **835**
ambitum per duodecim signa admodum clara circumagi dubium non ha-
betur. iam galaxias non magis ratione quam oculis approbatur; cuius ul-
tra regulam et plerumque deficiens latitudo a Cassiepeae astro ⟨. . .⟩ in
Scorpionis aculeum latitudine compensatur. superest circulus solus fini- **836**
tor, qui ex eo, quod semper surgentis demeantisque mundi diversitatibus
varietur, certum astrorum ordinem non poterit retinere.

Iam nunc inter circulos universos quid interstitii [vel spatii] interca- **837**
pedo naturalis immiserit, aequum explicare. nam inter septentrionalem
circulum, quem in spatia octo resecavi, et inter solstitialem interpatet
tantundem, quantum interest inter VIII et VI. nam idem interiectus spa-
tiis similibus continetur, in quo fit, ut circulus maior sit ab eodem in-
teriectu pari spatio et eiusdem tertia portione. alia intercapedo inter sol-
stitialem aequinoctialemque circulos minor est a superiore interiectu,
quantum quattuor numeri a sex. ab aequinoctiali ad brumalem similis;
a brumali autem ad austrinum talis, qualis illa, quae inter septentriona-
lem solstitialemque circulos interiecta; circulusque ipse austrinus tantum
habet ad cardinem suum, quantum septentrionalis ostendit.

Peracta iam spatiorum circulorumque breviter ratione, sidera quae ap- **838**
pellantur inerrantia percurramus. dubium enim non est XXXV signis om-

§ 835 cf. Macr. somn. 1, 15, 2; Gemin. isag. 5, 69 || *§ 836 cf. Cic. div. 2, 92; Macr. somn. 1, 15, 15 et 17; Hyg. astr. 4, 10; Gemin. 5, 63* || *§ 837 ex fonte ignoto, nam aliter rem exponunt Theo Smyrn. pp. 202 s.; Gemin. 5, 45 s.; Strabo 2, 5, 7; Achilles Tat. Isag. 1, 26; Manil. 1, 561–602; Macrob. somn. 2, 6, 1–6* || *§§ 838–839 ex fonte ignoto, nam diverse rem exponunt Gemin. 3, 12; Arat. 26–453; Manil. 1, 294–455; Ptolem. almag. 7, 5; Vitr. 9, 4–5; Hygin. astr. 2, 1*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 tetedi **A** tendi $\mathbf{C^1EF^1V}$ | tantundem *Bern. et Leid. 36* tandem $\mathbf{AB^1D^1L^1}$ ad tandem $\mathbf{R^1}$ tantum *cett.* || 2 latitudo] longitudo **AR** | longitudine $\mathbf{R^1}$ || 3 quo de] quod de $\mathbf{AD^1R^1}$ que de $\mathbf{B^1C^1V}$ || 5 circuagi **G** || 6 iam *scripsi DMCE 81* nam *libri* | galaxias $\mathbf{AB^2D^2R^2C^2GL}$ golaxias $\mathbf{B^1D^1R^1}$ galaxies $\mathbf{C^1EFVP}$ || 7 Cassiepeae *edd.* casiepie $\mathbf{AB^2}$ casiphe *n. f.* $\mathbf{B^1}$ cassepiae $\mathbf{D^1RFLP}$ cassiepiae *cett.* | *lacunam statui DMCE 82* || 8 latitudine **ABDCL** latitudini **G** latitudinem *cett.* longitudine *Kopp ex libro Ettenheimmünst.* | compensatum $\mathbf{R^1}$ | circulis $\mathbf{B^2DR^2G}$ circulorum *fort. legendum* || 9 demergentisque $\mathbf{D^vR^2E^vG}$ || 10 variatur $\mathbf{B^2}$ | non *om.* $\mathbf{R^1}$ | poterat $\mathbf{B^1}$ | retineri **R** || 11 nun $\mathbf{B^1}$ nonc $\mathbf{D^1}$ | quid] quod $\mathbf{D^1}$ | intersitii $\mathbf{AD^1}$ intersititii $\mathbf{R^1}$ institii $\mathbf{C^1}$ | vel spatii *delevi DMCE 81* || 12 aecum $\mathbf{B^1D^1}$ || 13 in *om.* $\mathbf{DE^1V^1P}$ inter $\mathbf{R^1V^2}$ | solistitialem **A** || 14 interiectu $\mathbf{B^1D^1R^1}$ || 15 simibus $\mathbf{B^1D^1}$ | sit] fit $\mathbf{D^1VG^1}$ || 16 pari] par $\mathbf{AB^1R^1}$ || 18 a] ad $\mathbf{C^2L}$ | ad brumalem] abrimalem **A** || 19 *post* talis *add.* est $\mathbf{D^2}$ | quae *om.* $\mathbf{B^1}$ || 20 solistitialem **A** || 22 iam] iamiam **L** | ratione breviter $\mathbf{CEF^1V}$ | sidera *Eyss.* cetera *libri* || 23 percurram *fort. melius* | dubium $\mathbf{B^2GP}$ dubio *cett.* | XXXIII $\mathbf{B^v}$

ne splendescere caelum, nisi forte velit quis, quae eorum gestamina, sociare, licet animalium vocabulis censeantur, ut Capram, quae Heniocho superposita, aut Haedos, qui eius umeris sustinentur, vel Serpentem, quem Ophiuchus tenet, aut Pantheram, quem Centaurus gestat, quae sidera velut partes habendae sunt potiorum. haec igitur quinque et triginta signiferi interiacentis ambitu discernuntur; nam alia sunt aquilonia, alia austrina. a regione quippe zodiaci quae Septentriones versus depicta sunt, aquilonia perhibentur, inferius autem numerantur austrina. Aquilonis igitur habent partem utraque Septentrio, Draco, qui inter utramque flexuosus inlabitur, Arcturus, quem alii Bootem appellant, Corona Ariadnes Nixusque, quem alii Engonasin dicunt, Lyra, Cycnus, Cepheus, Cassiepeia, Perseus, Deltoton, Heniochus, Andromeda, Pegasus, Ophiuchus, Delphinus, Aquila, Sagitta. austrina autem haec sunt: Hydrus, Crater, Corvus, Procyon, Orion, Canicula, Lepus, Eridanus, qui ab Orionis pede defluit, Cetus, Centaurus, navis Argo, Piscis austrinus, Caelulum, Ara. nam et Aquam, quae ex cratere Aquarii fluit, melius partem signi credimus, et stellam, quam quidam Canopon, quidam Ptolomaeon appellant, quae superioribus inconspicua in confinio Alexandriae incipit
839 apparere, ut partem Eridani fluminis aestimabo. haec discernit zodiacus, qui quidem aequales duodecim signorum integrat portiones, sed undecim habet signa. Scorpius enim tam suum spatium corpore quam chelis occupat Librae, cuius superiorem partem pedes Virginis occuparunt,

2 Capram] *cf. Gemin. 3, 12* || 18 *errat Mart.: v. supra § 593 et Housman ad Manil. 1, 215* || *§ 839 cf. Serv. georg. 1, 33; Hyg. astr. 4, 5*

[**ABDR CEFV GLP**] 1 velit] velut $\mathbf{C^{1}V}$ | quis, quae *scripsi* quisque *libri* quis *Kopp. ex libro Ettenheimm.* || 2 vocalis $\mathbf{B^{1}D^{1}R^{1}}$ | capram $\mathbf{B^{2}L^{2}}$ capra *cett.* | ennioco $\mathbf{C^{1}EF^{1}VP}$ || 3 haedos] eos $\mathbf{AB^{1}D^{1}R^{1}}$ || 4 ofiucus $\mathbf{BDFV^{2}GL}$ officiucus $\mathbf{AR^{1}}$ offiucus $\mathbf{R^{2}C^{2}EP}$ officus $\mathbf{C^{1}}$ oficus $\mathbf{V^{1}}$ | quem $\mathbf{AB^{1}DRG}$ quam *cett.* || 6 signiferi *scripsi DMCE 83* signa circuli *libri* | ambitu $\mathbf{AB^{2}D^{2}F^{2}GLP}$ ambit $\mathbf{B^{1}}$ ambitus *cett.* | discennuntur **A** | adaquilonia **A** aquilonalia $\mathbf{B^{2}D^{2}C^{2}F^{2}G}$ || 7 a *om.* $\mathbf{AB^{1}DR^{1}}$ | zoziaci $\mathbf{AB^{1}DRG}$ | depicta] defixa *Eyss.* || 8 aquilonalia $\mathbf{B^{2}D^{2}F^{2}G}$ | inferius *Housm. ad Manil. 1, 373* interius *libri* || 9 *ante* aquilonis *add.* ab $\mathbf{AB^{1}D^{1}R}$ | habent $\mathbf{BD^{2}R^{2}C^{2}F^{2}GL^{2}P}$ habentem *cett.* || 10 arturus $\mathbf{BD^{1}}$ (*d.* **R**) | ali $\mathbf{B^{1}D}$ (*d.* **R**) || 11 adradnes $\mathbf{B^{1}CEF^{1}V}$ | nixusque $\mathbf{B^{2}F^{2}GP}$ nixos **E** nixosque *cett.* | ali $\mathbf{B^{1}D^{1}}$ (*d.* **R**) | engonos indigunt $\mathbf{B^{1}D^{1}}$ (*d.* **R**) | cycnus $\mathbf{AB^{1}D}$ cygnus *cett.* (*d.* **R**) || 12 Cassiepeia *edd.* cassiepia $\mathbf{AD^{2}CEV}$ casiephiae **B** casiephia **G** cassepia *cett.* | deloton $\mathbf{AB^{1}D^{1}R^{1}}$ | pegagus $\mathbf{AB^{1}D^{1}}$ (*d.* **R**) || 13 officicus **A** || 14 procion $\mathbf{B^{2}D^{2}C^{2}E^{2}F^{2}GL^{2}P}$ proquion $\mathbf{AB^{1}D^{1}EF^{1}V}$ proorion **R** pro///quion **C** prochaon $\mathbf{L^{1}}$ || 15 diffluit **BDLP** defluxit $\mathbf{R^{1}}$ | coetus $\mathbf{ARGL^{2}P}$ | austrinis $\mathbf{B^{1}D^{1}}$ austrinos **R** || 16 aquam $\mathbf{AD^{2}R^{2}C^{2}}$ aqua *cett.* | aquarii] are **A** aquari $\mathbf{B^{1}}$ aqua $\mathbf{R^{1}}$ || 17 tholemeon **A** || 18 inconspecua $\mathbf{D^{1}}$ | alaxandriae **A** || 19 aperere $\mathbf{L^{1}}$ aparere $\mathbf{L^{2}}$ | eridarii $\mathbf{B^{1}}$ eridare $\mathbf{R^{1}}$ eridari $\mathbf{R^{2}}$ aridiani **C** | zoziacus $\mathbf{B^{1}DRV^{2}L^{1}}$ zodizacus **C** || 20 duodem $\mathbf{D^{1}}$ || 21 habet $\mathbf{D^{2}F^{2}GLP}$ haec habet $\mathbf{AREF^{1}V}$ ha//bet **B** haebet $\mathbf{D^{1}}$ hic habet **C** | scurpionis $\mathbf{AR^{1}}$ scorpionis $\mathbf{B^{1}D^{1}}$ scorpio $\mathbf{L^{1}}$ | caelis $\mathbf{B^{1}D^{1}R^{1}C^{1}EVL^{1}}$ || 22 occuparunt] occupant $\mathbf{B^{v}CV}$

maiorem vero Scorpius; denique Chelas, quam Libram, quidam dixere Graiorum: ego signorum duodecim nomina, quod vulgo nota sunt, praetermitto.

Intellego ordinis hoc fuisse, ut quo circulo spatiove quae signa sint de- 840
monstrarem. sed et magnam partem astructionis exquirit contra propositum brevitatis, et quod mediatenus tertiave parte quaedam signa [defixis] diversis circulis sua membra discerpant, hanc obscuram caliginem derelinquo. quippe, ut cetera transeamus, manus interior Arcturi intra septentrionalem circulum ponitur, reliquumque corpus parti alteri deputatur, Cephei corpus mediatenus thorace partito diversis circulis attribuitur; Nixus vero sinistro pede septentrionalis Draconis verticem calcans, capite solstitialem circulum ascendit, unum bracchium Lyrae, alterum dans Coronae; et alia huiusmodi non minus insuavia quam morosa.

Illud potius attendendum, quibus surgentibus signis quae ortum faciant 841
occidantque. nam oriente Cancro occidunt Corona Ariadnes et austrini Piscis pars dimidia, Ophiuchus a pedibus usque umeros Serpensque, quem detinet, praeter fauces caputque totum, Bootis etiam medietas; oriuntur vero Orion totus Eridanique principium et in lingua Caniculae lucida stella. cum autem Leo oritur, Coronae reliquiae conteguntur, austrinusque Piscis et Ophiuchi, Serpentis Bootisque partes, itemque Aquila Nixique pars dextra; oriuntur vero Hydri caput, Lepus et Procyon Caniculaeque pars prima. oriente autem Virgine occidunt Lyra, Delphi-

§ 840 cf. Hyg. astr. 3, 5 || §§ 841–843 cf. Arat. 569–732; Hyg. astr. 4, 12

[**ABDR CEFV GLP**] 1 maior **AR^{1}** | scorpius **AB^{2}D^{2}C^{2}F^{2}GL^{2}** scorpios **B^{1}D^{1}C^{1}EF^{1}V** scurpius **R** scorpio **L^{1}P** | helas **AD^{1}R^{1}** heleas **B^{1}** | *post* libram *add.* diximus *dett. et edd.* || 2 graiorum **R^{2}CEF^{1}VLP** graviorum **AB^{1}R^{1}** grai horum **B^{2}D^{2}F^{2}G** graihorem **D^{1}** | ego *scripsi Mart. V 130* ergo *libri* | nata **L^{1}** || 4 sunt **B^{1}R^{1}LP** || 5 et *om.* **C^{1}EF^{1}V^{1}** | acquirit **B^{2}F^{2}** || 6 brevietatis **AD^{1}** breviatatis **B^{1}** | tertiaeve **AB^{1}D^{1}R^{1}L^{1}** | defixis (difixis **V**) *ut v. l. pro* diversis *delevi* || 7 diversis circulis **BDGLP** circulis **A** circulis diversis **RCEF^{2}V** circulis diversa **F^{1}** | sua . . . 10 circulis *om.* **A** | discrepant **B^{2}D^{2}R^{1}GL^{2}** || 8 arturi **BD^{1}R** | inter **C^{1}** || 9 reliquumque **AD^{1}MEFG** relicumque **BD^{1}RL** reliqumque **CVP** || 10 mediatenus] mediatenus septentrionali **B^{2}R^{2}F^{m}G** septentrionali mediatenus **L^{2}** | toraca partito **B^{1}D^{1}** toracarpitato **R^{1}** cetero//toto **F^{1}** || 11 attribuitur *Eyss.* attributo *libri* || 12 ascendit] ostendit **B^{2}** ascedit **D^{1}R^{1}** accedit *fort. legendum* || 13 dens **B^{1}D^{1}R^{1}** || 15 quibus] quibusdam **B^{2}** || 16 occidantve **B^{2}G** *fort. recte* | cracro **L^{1}** || 17 pisces **B^{1}G^{1}** | dimidia] media **C^{1}EFV** dimedia **C^{2}** | officicus **A** oficiucus **C^{1}** offiucus **E** | *post* usque (que **AR^{1}**) *add.* ad **B^{2}F^{g}GP** || 18 *ante* bootis *add.* et **C^{2}** | medietatis **L^{1}** || 19 principium **BD^{2}CEVL** principio **AR^{1}F^{1}** principiu*'n. f.* **D^{1}** principia **R^{2}F^{2}GP** | cuniculae **B^{1}D^{1}** || 20 leo] le **D^{1}** bo **E^{1}** || 21 austrinisque **C^{1}** | ofiuci **CFL^{2}P** offiuce **D^{1}** fiuci **V** offiuci *cett.* | item **B^{1}V^{1}** || 22 mixtique **C^{1}V^{1}** | par **D^{1}** | dextera **CG** | procion **B^{2}D^{2}R^{2}C^{2}E^{v}F^{2}GLP** proquium **A** propinquium **R^{1}** proquion *cett.* || 23 orientem **BR^{1}** | autem] vero **B^{v}** | accidunt **B^{1}D^{1}R^{1}** | delfinusque **CEFV**

nus et Sagitta Cycnique pars potior Eridanique pars ultima et caput cervixque Pegasi; oriuntur autem Hydri pars prior usque ad Cratera Cani-
842 culaque tota et navis Argus puppis. Libra surgente occidunt Pegasi et Cycni reliquae portiones Andromedaeque caput Cepheique umeri, Cetus et flexus fluminis Eridani; oriuntur Coronae medietas, Nixi dexter pes et Bootes et Hydri reliquum praeter ultimam caudam Centaurique pars, quae in equi speciem figuratur. Scorpione autem nascente occidunt Andromedae pars reliqua, item Cephei quae extra septentrionalem circulum posita, et Cassiepeia et Orionis pars; eodem tempore oriuntur Ariadnes Corona tota et caput Ophiuchi Nixique corpus omne praeter sinistram manum, Hydri cauda ultima et Centaurus totus praeter priores pedes. Sagittario nascente mergitur Orion et Canicula et Heniochi pedes; oriuntur vero totus Ophiuchus et Nixi sinistra manus et Lyra et Cephei caput
843 umerique et Centauri priores pedes. Capricorno oriente occidunt Heniochus totus et eius Capra Haedique, Persei pars sinistra et Argus puppis et Procyon; invicem oriuntur Cycnus et Aquila et Sagitta et Altarium. Aquario oriente occidunt Centauri pars equina, Hydri caput; oritur et equus Pegasus. Piscibus ortis occidunt Hydrus totus et Centauri pars reliqua et Crater; praeterea oriuntur Andromedae pars dextra et Piscis austrinus. Arietis signo surgente occidunt pedes Centauri et Altarium; oriuntur vero Andromedae sinistra pars et Persei caput usque alvum et Deltoton. signo Tauri oriente ⟨. . . signo Geminorum oriente⟩ occidunt

[**ABDR CEFV GLP**] 1 cycnique **ADRL^2** cygnique *cett.* | potior] prior **B^{v}F^v** || 2 Cratera *scripsi* crateram **ARCEFVP** craterem **BDGL** || 3 argus **A** *et coni. Grot.* arguus **B^{1}D^{1}R^1** argonis *cett.* || 4 cycni **AB^{1}DR** cygni *cett.* | andromediaeque **D^1** andromaeque **R^1** andromedae **L^1** || 5 fluxus **B^1** | eridan **R^1** eridiani **CFV** | *post* oriuntur (oriontur **B^1**) *add.* autem **B^2** || 6 boetes **A** bootis **L^2** | et] sed **A** | relicum **BD^{1}L** | centaurique **B^{2}D^{2}R^{2}C^{2}F^{2}GL^{2}P** tauritaurique **A** entaurique **B^{1}D^{1}R^1** taurique **C^{1}EF^{1}VL^1** || 7 scurpione **AR^1** scorpio **B^1** | nascente **D^{2}R^{2}C^{2}GL** inascente **AR^1** in ascendente **BD^1** ascendente **C^{1}EFVP** | occidit **C^1** || 8 *post* cephei *add.* pars **D^{2}R^{2}V^{2}GP** (*negligenda sunt quae de hoc loco dixi DMCE 60*) || 9 cassiephie **B^{2}D^2** (*varietates orthographicas taceo*) | adriadnes **C** || 10 ophiuci **B^2** onioci **A** ennioci **P** enioci *cett.* (*d.* **R**) || 12 orione **A** orionet **B^1** (*d.* **R**) | ennioci **P** | oriuntur . . . 14 pedes *om.* **C^1** || 13 *ante* totus *add.* pedes **R** | offiocus **A** efiucus **D^1** offiucus **E** (*d.* **R**) | sinistristra **V** (*d.* **R**) || 14 capricorni **B^{1}D^{1}R** capricornio **L** | oniocus **A** enniocus **C^{1}FVP** || 15 Haedique] duo **B^1** edique duo **G** | perseique **G** | arcus **A** argonis **B^{2}D^{v}F^{2}GP** argo **L^2** (*d.* **R**) | *ante* puppis *add.* et *libri praeter* **B^{2}D^{2}F^{2}GL^{2}P** || 16 cycnus **AB^{1}DRL** cygnus *cett.* || 17 Hydri] yri **AD^{1}R** ri **B^1** | oritus **R^1** oriuntur **R^{2}L^1** orietur **C^1** || 18 equis **B^{1}D^1** | pisces **R^1** | orientibus **B^{v}G** *non inepte* | *post* pars *add.* equina **L^1** || 19 carter **A** cratera **B^2** | andromedrae **R^1** | pisces **R^1** || 20 *ante* altarium *add.* ad **B^{1}D^{1}R^{1}L^{1}P** || 21 *post* usque *add.* ad **R^{2}GP** | album **AB^{1}D^{1}R^{1}C^{1}V^1** || 27 *post* oriente *excidisse ea quae ad Taurum pertinerent una cum Geminorum nomine ostendit Petersen 29*

Bootis pedes, Ophiuchus a pedibus ad genua usque; oriuntur autem Ceti pars reliqua et sinister Orionis pes.

Temporum quoque ipsorum, quibus oriuntur aut occidunt, habenda **844**
distantia est. nam quae transversa oriuntur et recta occidunt, celeriores ortus habent quam occasus; contra autem quae recta oriuntur et transversa conduntur, tardius oriuntur. nam Cancri signum recte oritur inclinatumque mersatur, licet hoc in Capricornum parva inflexione curvetur; oritur ⟨duabus horis et duo⟩decima parte horae, et hora occidit ac deunce: minima in isto distantia. Leo autem oritur duabus horis et tertia parte horae, occidit vero hora semis et sexta parte. Virgo oritur horis duabus et dimidia et sexta parte horae, similiterque Libra, occiditque hora et tertia parte. at Scorpius diminuit ortum et auget occasum; oritur enim horis duabus et tertia parte, occidit hora semis et sexta parte horae. at Sagittarius oritur horis duabus et duodecima parte horae, occidit hora et deunce horae. at invicem quae transversa oriuntur et recta occidunt, bre- **845**
viores ortus occupant quam occasus. denique ex his est signum Capricorni, quod oritur hora et deunce, occidit duabus horis et duodecima parte horae. Aquarii vero proximum signum oritur hora et dimidia et sexta

§§ 844–845 cf. Gemin. 7, 9ss.; Manil. 3, 275ss.

[**ABDR CEFV GLP**] 1 usque ad genua **CEF^{1}VP** | autem] vero **B^{2}F^2** || 2 *post* pes *add.* geminis orientibus occidit serpentarius usque ad genucula, oriuntur vero fluvius cetus orion **B^{m}G** gemini idcirco intermittuntur quia eadem signa cum eis oriuntur quae et cum cancro, nam inangulatus inter taurum et cancrum oritur **D^m** geminis orientibus oritur fluvius cetus orion. occidit autem serpentarius usque ad genucula. oriuntur vero fluvius eridanus cetus orion **F^m** geminis orientibus occidit serpentarius usque ad genicula. oriuntur vero fluvius coetus orion. sed haec ideo praetermissa sunt quia gemini inter taurum et cancrum in angulo signiferi consistunt et nihil sine tauro et cancro cum eis oriri potest **L^m** geminis orientibus oritur fluvius coetus orion. occidit autem serpentarius usque ad genicula **P** || 3 ipsorum *om.* **G** | aut] vel **CEF^{1}V** || 4 distentia **B^{1}D^{1}R** | quae *om.* **AR** || 4.5 celeres altus **A** celeresoltus *n. f.* **B^1** celeres ortus **D^1** celere solitus **R^1** celiores ortus **C^1** celenes ortus **E^1** celenores ortus **E^2** || 5 habent **B^{2}D^{2}R^{2}F^{2}GL^{2}P** habeant *cett.* | quae *om.* **B^1** qui *n. f.* **C^1** | rectae **A** recto **B^{1}D^{1}R** || 6 conduntur] absconduntur **P** | *post* oriuntur *add.* quam occidunt **B^{2}R^{m}E^{s}F^{2}GL** | oritur] oriuntur **R^1** || 7 versatur **B^1** | licet . . . curvetur *non intellego* | capricornum **A** capricornu **D^{1}R** capricornio **D^2** capricorno *cett.* || 8 oritur . . . 9 autem *om.* **P** | oritur duabus horis et duodecima **B^{2}D^{2}C^{2}E^{2}F^{2}G** oritur et duobus horis duodecima **R^m** duabus oritur et duodecima **L** oritur decima *cett.* | occidet **B^{1}D^{1}R^1** || 9 *post* distantia *add.* est **B^{2}CE^{s}FVL^2** || 10 accipit **AR** occipit **B^{1}D^1** | *post* parte *add.* horae **R^2** || 11 similiterque libra *post* parte (*v. 12*) *collocat* **D^2** | *post* libra *add.* et deuncen **L^1** || 12 at scorpius . . . 13 parte^2 *om.* **AL^1** | at] ad **B^{1}D^{1}R^1** aut **P** | scurpius **R^{1}V** | diminuet **B^1** deminuetur **D^1** deminuit **D^{2}R^2** diminuetur **R^1** | ortum] occasum **F^1** | augit **B^{1}D^{1}R** | occasum] ortum **F^1** || 13.14 at Sagittarius . . . 15 horae *om.* **F^1** || 13 at] ad **B^{1}D^{1}R^1** || 14 duodecim **R^1** | occidet **B^{1}D^{1}R** || 15 deunc **D^1** deuncen **L^1** | at] ad **AB^{1}D^{1}R^{1}L^1** || 16 capricornii **L** || 17 decincti **A** deuncen **C^{1}EF^{1}VL^1** | occidit . . . 18 horae *om.* **AB^{1}D^{1}R^1** || 18 aquari **B^{1}D^{1}R^{2}C^{1}V**

parte horae, occidit horis duabus et tertia parte horae. sequens hoc Piscium signum oritur hora et tertia parte horae, occidit duabus horis et dimidia et sexta horae parte; eandem mensuram Aries utriusque temporis servat. ⟨Taurus oritur hora et dimidia et sexta parte horae, occidit duabus horis et tertia parte horae.⟩ at Gemini oriuntur hora et deunce, occidunt duabus horis et duodecima parte.

846 Haec est inaequalitas, quae dierum spatia noctiumque discriminat. nam cum Solis lumen eorum signorum principium, quae tardius oriuntur, ingreditur, dum sequentia signa nascuntur, diei prolixitas procuratur; ubi vero haec intrarit, quae cito orta tardius demersantur, diebus exiguis noctes efficit grandiores. denique haec ratio et illis respondet, qui vel miram efficiunt quaestionem talia proponentes: si spatiis aequalibus signa omnia percensentur ac necesse est diebus noctibusque cunctis sena signa supra terras esse, omnes dies noctesque pares esse debuerunt. sena autem signa superstare non dubium est totidemque delitescere, dies quoque noctesque variari diversitatibus spatiorum. nam solstitialis dies habet aequinoctialis mensurae horas XIIII et sextantem, brumalis vero horas VIIII et dimidiam ac tertiam portionem, vicissim brumales noctes solstitialis diei temporibus porriguntur, cuius lucis tempora suscipit nox aestiva. in tanta varietate diversitateque temporum illud profecto colli-
847 gitur, signa aequalia non habenda. cui conclusioni et rerum veritas et nostra regula refragatur. multiplici enim clepsydrarum appositione monstratum omnia signa paria spatia continere. cum enim diversa tempora in ortu habeant atque occasu, tamen si omnium ortus occasusque com-

§§ 846–847 cf. Cleomed. 1, 6, 27 s.; Gemin. 7, 12; Arat. 554 ss.; Vitruv. 9, 1, 4

[**ABDR CEFV GLP**] 1 parte horae[1]] hora parte **A** | occidit ... horae *om.* C^1E^1FV | occidet B^1D^1 | sequens ... 3 horae *om.* F^1 | sequens hoc *scripsi* sed quaeso AR^1 sequens o B^1D^1 sequens *cett.* || 2 signum *om.* R^1 | hora oritur G^1 | hora et $B^2CEF^mVG^2L^2P$ hora $AB^1D^2R^2$ ore D^1 horae R^1 horae et L^1 || 3 utriesque C^1 || 4 taurus ... 5 horae habent $B^mD^mR^mC^mE^m F^mV^mGLP$ *om. cett.* || 5 deunde R^1 deuncen CEF^1V deuncem L^1 || 6 duobus AR^1 | *post* parte *add.* horae $B^2C^2F^2GL$ || 7 est] enim C^1V est enim C^2 | quae *om.* AR^1 | discriminata **A** discriminant D^1 || 9 procreatur $B^2D^2R^2 GL^2P$ || 10 vero] vel AR^1 vol B^1D^1 *om.* **EFV** | intraret AB^1D^1R | quae cito] qui dicito $AB^1D^1R^1$ | demensantur R^1 || 11 nocte **E** | illi R^1 || 12 vel AD^2CEF^1VLP bel $B^1D^1R^1$ velut *cett.* | propotentes $B^1D^2R^1$ perpotentes D^1 || 13 persecentur AR^1 | noctibus B^1 | cuncti B^1D^1 || 14 super AB^2 | noctesque] noctes quid B^1D^1 | sena] senec D^1 sina L^1 || 15 superstrare **C** | dilitescere C^1 || 17 XIII D^1 || 18 vicissem AB^1D^1 vic[**R** | solistitialis **A** || 20 diversitate G^1 | perfecto B^1D^1R || 21 ventas B^1D^1 || 22 clepsydrarum B^2R^2ELP clepi ydrarum **A** clepyydrarum B^1D^1 clypsydrarum D^2G clepisydrarum R^1 clepsydradrum CFV^1 | adpositionum **A** || 23 enim] nihil AD^1R^1 | tempora *om.* AB^1D^1R *rursus del.* D^3 spatia $E^s V^sL^2$

penses, videbis ad plenum collata mensuris aequalibus respondere. ve- 848
rum hac quaestione summota, alia subtilior de spatiis imparibus obiectatur. dicunt enim: si spatia signorum aequalia sunt, aut Sol tardiore cursu quaedam signa transcurrit, aut in dierum ratio diversitate mentitur. sed constat Solem Geminorum signum XXX et duobus diebus excurrere, Sagittarii autem XXVIIII ceterisque signis aut adici aut detrahi aliquas portiones; quod profecto non fieret, si et Sol aequali cursu ferretur et signa spatiis paribus tenderentur; Sol autem eadem ac perpetua celeritate fe-
stinat. relinquitur, ut signis spatiorum aequalitas denegetur. sed hanc 849
quaestionem opinio inveterata composuit, quoniam omnes hactenus credidere, quemadmodum ipsi mundo sphaeraeque postremae centron est terra, ita et solaris circuli eandem centron esse. quod omnino falsum esse non dubium est; nam ut diversa spatia sunt caelestis ambitus circulique medialis, ita et diversis centrorum signis punctisque torquentur, quo fit, ut terra solaris circuli centron non sit, sed eccentros habeatur. per vices enim propinquitates descensusque ad terras solaris orbita cursusque submittit, itemque pro signorum condicionibus sublimatur; et cum medietatem linearem in latitudinem zodiaci Sol libratus excurrat, orbem tamen Solis obliquitas meatus aut imprimit aut extollit. quis enim dubitet Cancrum Geminosque veluti in mundi ardua sublimari, rursumque Sagit-

§§ 848–849 cf. Cleom. 1, 6, 29; Gemin. 1, 18 et 34 et 40; Theo Smyrn. pp. 152–157 ed. Hiller || **20** *cf. Macr. somn. 1, 6, 51 et Cleom. 2, 5, 113*

[**ABDR CEFV GLP**] **1** collecta **C**^{1} || **2** summota **R**^{1}**CEF**^{1}**VLP** summata **B**^{1} **D**^{1} consummata *cett.* (*v. Petersen 30*) | *in voce* alia *desinit liber* **P** *rursus adfuturus p. 337, 5* | subalior **D**^{1} || **3** enim] nihil **AB**^{1} **D**^{1} **R**^{1} | si] etsi **R**^{2} | sunt **F**^{2} sint *cett.* | aut] autem **B**^{1} **R**^{1} || **4** diversione **A** (*locus fort. corruptus*) || **5** sagittarium **A** sagittari **B**^{1} **R**^{1} || **6** XXVIII **B**^{2} **D**^{2} **R**^{2}**C**^{2}**G** | adici] dici **L**^{1} || **7** perfecto **B**^{1} **D**^{1} **R** | et ... et *Dick* autem ... aut **A** aut ... aut *cett.* | sol aequali] solquali *n. f.* **B**^{1} soquali **D**^{1} **R**^{1} || **8** spatis paribus **D**^{1} sparibus **C**^{1}**V**^{1} | *post* autem *add.* si **D**^{2} | ad **C**^{1} at **E**^{1} || **9.10** hanc quaestionem opinio **D**^{2} hanc nemo oppinio **A** hunc errorem opinio **B**^{1} **D**^{3} hanc quodtionem opinio **D**^{1} hanc nemopinio **R**^{1} opinio **R**^{2} hunc quoque errorem opinio *cett.* || **10** invetera **AB**^{1} **D**^{1} **R**^{1} | quoniam *Petersen 30* quem **D**^{2} quam *cett.* | credere **AB**^{1} **D**^{1} **R**^{1} || **11** ipsi mundo sphaeraeque **B**^{2} **D**^{2} **GL**^{2} ipse mundus fereque **AB**^{1} **R**^{1} ipsi mundos sphereque **D**^{1} ipse mundus sphereque **R**^{2} ipsi mundo et spherae **CEFV** ipsi mundo phereque **L**^{1} | centron] centro **A** || **12** centron] centronem **D**^{1} | esse] est se **D**^{1} || **13** non *om.* **L**^{1} | sunt] sed **ABD**^{1}**R** | caelestis ambitus] equistantibus **B**^{2}**F**^{2} (*corr.* **B**^{3}) || **15** circuli ... **16** solaris *om.* **F**^{1} | eccentros **G** haec centros **AB**^{1} **D**^{1} **R** *corruptius cett.* | per] pro **AB**^{1} || **16** descensusque **B**^{2} **D**^{2}**CEFVL**^{2} discensusque **AR**^{2}**G** discensosque **B**^{1} **D**^{1} descensosque **R**^{1} decensusque **L**^{1} | ad terras **B**^{2} **D**^{2} **R**^{2}**F**^{m}**GL**^{2} in hac terra **A** inatterras **B**^{1} **D**^{1} **R**^{1} in terras **CEVL**^{1} || **17** pro] per **B**^{1} **D**^{1} **REV** | sublimitatur **AB**^{1} **R**^{1}**V**^{1} | cum] c. **R**^{1} || **18** linearum **B**^{2} **R**^{2} **C**^{1} | in latitudinem zodiaci *post* excurrat *collocant* **CE**^{1} **F**^{1}**V** | altitudinem **D**^{1} | zoziaci **B**^{1} **R**^{1}**GL**^{1} zoziati **D**^{1} || **19** enim] nihil **AB**^{1} **D**^{1} **R**^{1} | dubitat **G** || **20** veluti *edd.* v̄. v̄. **ADRG** *et fort.* **B**^{1} verbi gratia **B**^{2}**E**^{2} *om. cett.* | arduas **A**

tarium Capricornumque ratis deflexibus infimari? quod cum ipse zodiacus signaque caelo cohaerentia tantundem a terris undiquesecus interstitii detineant, solaris tamen circulus, qui subtermeat, aut evehitur aut descendit. hinc venit, ut a Sole signa cum dierum transcurri diversitatibus videantur.

850 Transcursa ratio est signorum caelestium atque etiam circulorum. nunc planetarum orbes disseram, quos quidem non ab erroribus suis (nam isdem Solis rationibus commeantes nihil licere patiuntur errori) sed quia diversa varietas mortalibus caligines intentionis offundit, non planetas, sed planontas Straton asserit. ⟨et de his divinis fulgoribus cum vobis praesentibus disseram, eis vocabulis, quae apud mortales vestrae unicuique religio maiestatis affixerit,⟩ memorabo, licet eos propriis numini-
851 bus insignitos etiam aliis nominibus appellarint. nam Saturnum Phaenona dicunt Iovemque Phaethonta, Pyroin Martem, Venerem Phosphoron, Mercurium Stilbonta nominarunt; Soli vero Lunaeque diversitas gentium innumera vocabula sociavit. horum igitur septem illa eo maxime cum fixis sideribus habenda distantia, quod illa caeli tantummodo cursibus commoventur propria statione servata, hi vero tam mundanis rap-
852 tibus auferuntur quam propriis cursibus commoventur. nam quantum

§§ 850s. (de planetarum nominibus) cf. Isid. orig. 3, 71, 20; Cic. div. 1, 17; nat. deor. 2, 51s.; Hyg. astr. 2, 42 et 4, 16 ; Firm. math. 2, 2

[**ABDR CEF VGL**] 1 Capricornumque ratis *Petersen 31* capricornium perratistis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} capricornium pererrati **B**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**L** et capricornum perratis **D**^{2}**G** et capricornum pererratis **D**^{v}**R**^{2} capricornium perraris **C**^{1}**EF**^{1}**V** | flexibus **R**^{2} defexibus **L**^{1} | infirmari **AB**^{1}**D**^{1}**R** | quod] quodquod **B**^{1}**D**^{1} quodquot **R**^{1} quo **F**^{1} || 2 interstitii] in transitu **B**^{2} || 3 deteneant **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | vehitur **R** || 4 cum dierum transcurri **AC**^{2}**EFV** cum diero transcurri **B**^{1}**D**^{1} cum variis transcurri **B**^{2}**D**^{3}**R**^{m}**GL**^{2} cum variis dierum transcurri **D**^{2} transcurri **R**^{1} cum dierum transcurrit **C**^{1} cum transcurri **L**^{1} || 6 atque etiam *bis scripta in* **A** || 7 desseram **R**^{1} edisseram **CEFV** | quos **AB**^{2}**DR**^{1}**F**^{2} quas *cett.* || 8 idem **AB**^{1}**D**^{1}**R** | commeantes *om.* **D**^{1} | patiuntur *bis scriptum in* **B**^{1}**D**^{1} patientur **F**^{1} | errori **A** *et conieceram Helikon 6, 1966, 231* erroribus *cett.* || 9 caliginem **B**^{2}**G** | effundit **B**^{2}**F**^{2} offondit **C**^{1} effendit **F**^{1} | planetas] planetur **A** planetae **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 10 *post* planontas *add.* sicut *libri praeter* **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | Straton *coni. Grot.* strator **AD**^{1}**R**^{1} *et fort.* **B**^{1} aratus **L** arator *cett.* | et de his . . . 12 affixerit *addidi exempli causa, ut sententia expleretur* (*v. Mart. IV 278*) || 12 eas **CEFVL**^{1} | numinibus *scripsi* nominibus *libri* || 13 insignitos **AB**^{2}**DL**^{2} insignantes **R**^{1} insignitas *cett.* | appellarent **R**^{1} | phaenona **B**^{2}**R**^{2}**EFVGL** pleno nam **AB**^{1}**R**^{1} pleno non **D**^{1} phenonan **D**^{2} phenonam **C** || 14 phaethonta **GL** phoetontam **D**^{2} phaetontam *cett.* | pyro **C**^{1}**E**^{1}**V**^{1} || 15 mercuriom stilbona **C**^{1} | nominarunt] memorarunt *melius, si clausulam spectes* | lunaeque] lumineque **A** | diversas **B**^{1} || 16 innumera] in more **A** | illa (ille **A**) *delebat Petersen 68 n.* | eo (o **A**) *om.* **D**^{1} || 17 cum fixis] confixis **AB** fixis **E**^{1}**G** cumfisis **V**^{1} | siderebus **B**^{1}**D**^{1} | habunda **L**^{1} | illi **R**^{1} || 18 commeventur **D**^{1} | propria . . . 19 commoventur *om.* **F**^{1} | *ante* statione *add.* a **R**^{1} | servata *Eyss.* ornata *libri* | hi **D**^{2}**F**^{3}**G** hic **A** haec **F**^{2} hii *cett.* (*d.* **R**)

eos retulit diei noctisque rotatio, tantum nituntur diversis compensare temporibus, id est aut mense ut Luna, aut anno ut Sol, aut triginta annis ut Saturnus, et ceteri temporibus attributis pro spatiorum, quae circumeunt, latitudine aut brevitate. **853** quae cuncta sidera, licet in ortum pergere videantur, non tamen adversum mundum rigido motu, sed obliquo per zodiaci defixa moliuntur; alioquin ex contrario partium suarum motu mundus stare non posset. denique etiam Peripateticorum dogma contendit non adversum mundum haec sidera promoveri, sed celeritate mundi, quam sequi non poterunt, praeteriri. quod quidem, etiam ut verum sit, meis non poterit rationibus obviare. sive enim Saturnus nimia cum mundo celeritate concertans vix exiguis cursibus superatur, ac Luna, quod tardius incedat, intra tricesimum diem a mundi parte eadem praeteritur, sive contra mundum nitentibus ideo celerior, quia breviore ambitu orbem circuit, Luna, tardiorque Saturnus propter latitudinem orbis effusi, utrum velis, meis regulis non obsistit, siquidem suis motus istorum rationibus dispensatur. **854** quibus tamen septem sideribus unus est communis motus, quod omnes ortum petunt, alius, quod temporum omnes diversitatibus atque accidentibus variantur. nam ex his quinque sidera stationes recursusque patiuntur, Sol vero Lunaque cursu continuo rapiuntur. item haec lumina vicibus obscuran⟨tur occultan⟩tium; quinque vero sidera nesciunt obumbrari; tria item ex his cum Sole Lunaque orbem terrae circumeunt, Venus vero ac Mercurius non ambiunt terram.

855 Licet generaliter sciendum cunctis orbibus planetarum eccentron esse tellurem, hoc est, non tenere medium circulorum, quod centron esse non dubium, et illud generale septem omnibus advertendum, quod, cum mun-

§ 853s. cf. Cic. nat deor. 2, 51; Vitr. 9, 1, 5; Gemin. 1, 24–30; Cleomed. 1, 3; Plin. nat. 2, 33 || *§ 855 v. ad § 849*

[**ABDR CEFV GL**] 1 eos **BDL**^{2} *om.* **A** eis **F**^{2}**G** eas *cett.* (*d.* **R**) | rettulit **EFV** (*d.* **R**) | rotatio] ratio **AR**^{1}**E**^{1}**L**^{1} ratatio **C**^{1} || 3 ceteri **AB**^{1}**D**^{1}**RL**^{2} ceteris *cett.* | pro] per **D**^{1} | quae] quibus **D**^{2}**R**^{2}**F**^{v}**G** | circumagunt **B**^{2} cirmeunt **C** circueunt **G** || 4 longitudine **G** | pergere] peregre **R**^{1} || 7 mundum sustinere non possent **F**^{v} | docma **BD**^{2}**C** damma **D**^{1} dacma **R**^{1} || 8 perveri **C**^{1} permoveri **C**^{2}**L** | celeritatem **A** || 9 poterant **B**^{2}**L**^{2} potuerunt **R**^{1} po//terunt **F** potuerint *fort. legendum* || 10 non *bis scriptum in* **D**^{1} | obviari **L**^{1} | sive] si **R**^{1} || 11 celeritate *om.* **AR**^{1} | exiguis] exigitur **A** || 12 parte] patre **R**^{1} || 13 breviore **ABDR**^{1}**G** breviori *cett.* || 14 tardiorque *scripsi* tardiusque *libri* || 15 meis regulis *om.* **C**^{1} || 16 depensatur **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} *fort. recte* dispensantur **R**^{2} || 18 accedentibus **ABDR**^{1}**G** || 19 stationis **AB**^{1}**D**^{1}**R** stationibus **B**^{2} || 20 vocibus **L**^{1} | obscurantur occultantium *scripsi DMCE 61* obscurantium **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} obscurantium occultantur **B**^{2}**D**^{2}**R**^{m}**E GL**^{1} obscurantur **D**^{3}**L**^{2} obscurantium obscultantur **C** obscurantium obcultantur **FV** | quinque] quique **B**^{1}**R**^{1} || 21 trium **A** *om.* **L**^{1} | item] igitur **R**^{m} || 22 circueunt **G** || 23 plantarum **A** plenetarum **R** | eccentron **B**^{1}**G** centron **A** et centron **D** eccetron **R** ecentron *cett.* || 24 tellulem **A** tullerem **B**^{1}**D**^{1} | quod ... 25 dubium *delebat Dick* | quod] quem **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**F**^{v}**G** | non] no **B**^{1} *om.* **D**^{1} || 25 *post* dubium *add.* est **B**^{2}**CE**^{s}**F**^{s}**V**

dus eiusdem ductus rotatione unimoda torqueatur, planetae cotidie tam loca quam diversitates arripiant circulorum; nam ex his nullum sidus ex
856 eo loco, unde pridie ortum est, elevatur. quod si est, dubium non est CLXXXIII circulos habere Solem, per quos aut ab solstitio in brumam redit, aut ab eadem in solstitialem lineam sublevatur; per easdem quippe mutationes commeat circulorum. sed cum Sol praedictum numerum habeat, Mars duplos circulos facit, Iovis stella duodecies excrescit, octies vicies cumulatur Saturnus eos circulos, qui paralleli etiam dicti sunt, circumcurrens; qui motus omnium cum mundo proveniunt et terras ortibus
857 occasibusque circumeunt. nam Venus Mercuriusque licet ortus occasusque cotidianos ostendant, tamen eorum circuli terras omnino non ambiunt, sed circa Solem laxiore ambitu circulantur. denique circulorum suorum centron in Sole constituunt, ita ut supra ipsum aliquando, infra plerumque propinquiores terris ferantur; a quo quidem uno signo et parte dimidia Mercurius, ⟨Venus vero XLVI partibus⟩ disparatur. sed cum supra Solem sunt, propinquior est terris Mercurius, cum intra Solem,
858 Venus, utpote quae orbe vastiore diffusioreque curvetur. nam Luna, quae propinquior terris est, per quos feratur anfractus inferius memorabo. post cuius orbem alii Mercurium Veneremque, alii ipsius circulum Solis esse concertant; deinde Martis, Iovis ac Saturni, quos omnes ut suis amplitudinibus metiamur, quod non facile astrologi voluere, ab uno Geometriae concesso assertio est inchoanda, quod et ipsa suggerit in praesenti et ab Eratosthene Archimedeque persuasum, in circuitu terrae esse CCCCVI milia stadiorum et X stadia, †ita ut ab hoc ergo indubitatis ratio-

§ 856 cf. Gemin. 5, 12 || *§ 857 cf. Calcid. in Tim. 72–73 et 110; Vitr. 9, 1, 5 s.; Macr. somn. 1, 19, 1–6 (qui rem omnino non intellegit). inter neotericos vide Delambre, Histoire de l'astronomie 312; T. L. Heath, Aristarchus of Samos 255 ss.; J. L. E. Dreyer, History of planetary systems 127 ss.* || *§ 858 cf. Cleomed. 1, 10, 55* || 23 Eratosthene] *supra § 596*

[**ABDR CEFVGL**] 1 rotatione] ratione $\mathbf{R^1CE^1L^1}$ | unimodo $\mathbf{A^1B^1C^1}$ || 2 diversitatis $\mathbf{B^1D^1R^1}$ | arripiunt $\mathbf{B^2}$ | nullus $\mathbf{R^1}$ || 4 CLXXXIII $\mathbf{BD^2CV^1}$ CXXXIII $\mathbf{D^1}$ CLXXX et III *cett.* | in] ad $\mathbf{B^2}$ || 5 easdem $\mathbf{D^2R^2C^2V^2GL}$ eas *cett.* || 6 mutationis $\mathbf{B^1D^1}$ | commeat] cum eat **A** cometa $\mathbf{B^1}$ || 7 excrescit *Petersen 70* excrescere *libri* || 8 vities $\mathbf{D^1}$ vigies $\mathbf{D^2}$ vices **R** | cumulatur $\mathbf{B^2L^2}$ cumulatus *cett.* || 9 *ante* ortibus (sortibus $\mathbf{D^1}$) *add.* in $\mathbf{B^2CE^2V}$ || 12 circulorum] singulorum $\mathbf{C^1EF^1V^1}$ || 14 terris] feris **A** terras $\mathbf{D^1}$ || 15 Mercurius] venus $\mathbf{B^2D^2R^2F^2}$ mercurius venusque **G** | Venus vero XLVI partibus *addidi DMCE 62* || 16 est terris $\mathbf{AB^1D^1GL^1}$ ei est $\mathbf{B^2}$ est ei $\mathbf{D^2L^2}$ es terris **R** terris est **CEFV** | Mercurius . . . 18 est *om.* $\mathbf{F^1}$ | infra $\mathbf{F^m}$ *fort. recte* || 17 utpute **R** | quae] quia $\mathbf{R^2F^mG}$ | vastiore *Kopp* castioque $\mathbf{C^1V}$ castiore *cett.* || 18 inferius *Eyss.* (*cf. infra §§ 862–871*) interius *libri* || 20 certant $\mathbf{B^2}$ || 21 gemetriae $\mathbf{B^1D^1}$ geometricae $\mathbf{R^2C^1F^1}$ geometrio **F** || 22 concessa **A** concenso $\mathbf{L^1}$ || 23 archimemedieque $\mathbf{D^1}$ | terra **C** (*d.* **R**) || 24 et *om.* $\mathbf{C^1V}$ (*locus vix sanus, cum prius dictis § 596 vehementer repugnet*) | ita ut ab hoc ergo $\mathbf{ABD^1R^2}$ ita ut ab hoc $\mathbf{D^2F^2G}$ ita aut ab hoc ergo $\mathbf{R^1}$ ob hoc ergo $\mathbf{CEF^1VL}$ | indubitas **A**

nibus approbatur Lunae circulum centies esse maiorem. qui quidem circulus ipsa Luna sescenties potior invenitur. quae duo et defectibus Solis 859 assiduis, quantum umbrae Luna subiecta reddiderit, et ipsius umbrae collatione cum ipso Lunae corpore vera dimensione monstrantur. quae nisi morosa sint, quemadmodum dimensa sim, demonstrabo.

Crebro in climate Diameroes proveniens Solis defectus eiusdem ex omni parte totum obumbravit orbem, sed propinquo climati, id est Diarhodu, portio obscurationis apparuit, in climate vero Diaborysthenus nulla obsistente parte Sol totus eluxit. unde, quoniam clima Diarhodu quot stadia contineat manifestum est, repperi duodevicesimam partem terrae umbram, quam Luna fecerat, continere. sed quoniam maius corpus est, quo umbra metaliter iacitur, quam ipsa umbra, ex climatibus, quibus pro parte Sol obscurabatur dextra laevaque, compertum triplo maiorem esse ipsam Lunam umbra sua. ergo collectum est Lunam sexies minorem orbe terrae praedictis rationibus inveniri. Luna autem minor est orbe 860 suo sescenties, quod clepsydris ⟨. . .⟩ fusilem ponas, atque emersa omni

§ 859 cf. Cleomed. 2, 3, 94s.; Gemin. 10, 4; Plin. nat. 2, 51 ‖ *§ 860 cf. Macr. somn. 1, 21, 12; Sext. Emp. adv. math. 5, 23*

[**ABDR CEFV GL**] 1 approbatur **AB^{1}D^{1}R^{1}EVL** approbetur **B^{2}D^{2}R^{2}G** abprobatur **CF^1** abprobetur **F^2** | *ante* esse *add.* terra **D^2** | *post* maiorem *add.* tellure **B^{2}C^{2}L** | qui quidem] quique idem **R** quicquidem **L^1** qui idem *ed. Kopp.* | circulos **B^{1}D^1** ‖ 3 *post* umbrae^1 *addebat* terrae *Kopp* | lune **A** ‖ 4 *post* corpore *aliqua excidisse putabat Dick, utputa* eiusdem magnitudo | dimensione **B^2** demensione *cett.* ‖ 5 mora **B^2** mororosa **E^1** | sunt **AB^{1}D^{1}RL** | demensa **CEFV** | sim] sint **A** sit *ut vid.* **C^1** sunt **F^1** ‖ 6 climmate **BD^{1}R** climata **L^1** ‖ 7 pinquo **D^1** | climmati **R** | darodii **A** diarodii **D** diarenes *n. f.* **F^1** ‖ 8 climmate **B^{1}D^{1}R^1** | diaborystenus **AB^{1}D^{1}R^1** diaboristenes **B^{2}CEVL** dialexandrias **F^1** diaboristenis *cett.* ‖ 9 climma **AB^{1}D^{1}R** | dyarodii **D^1** dyarodi **D^2** diasienes **F^1** | quot] quod **ARC^1** ‖ 10 repperi **B^{2}G** repperiri **AB^{1}D^{1}R^1** reperiri **D^2** re(p)peritur *cett. non male* | partem] par **AB^{1}D^{1}R^1** ‖ 11 umbram **ABDR^{2}F** ombram **R^1** umbra *cett.* | lunam **AD^1** luna est **R^2** | *post* est *add.* eius **D^2** ‖ 12 quo] qua **R^2** quam **G** | *ante* iacitur *add.* si **D^2** | clinatibus **A** climmatibus **BD^{1}L^1** climmantibus **R** ‖ 13 *post* compertum *add.* est **D^2** ‖ 14 Lunam^2] lanam **D^1** | maiorem **C^{1}EF^{1}VL** ‖ 16 quod . . . p. 326, 4 excrescere *del.* **L^2** | quod] quod si **B^2** quot **D^{2}CEVL^1** si **G** | *inter* clepsydris *et* fusilem (*sic* **ADRC^{1}V** fusile *cett.*) *multa excidisse ostendit Petersen 31–33* *spuriam lectionem* quod clepsydris intelligi potest. duobus enim vasis aeneis fusilibus positis, unum inferius vacuum, aliud superius aquae plenum ponas. observa autem lunae ortum et stellam fixam simul cum ea orientem. cum coeperit corpus lunae ex superiore parte supra terras apparere, cito superioris vasis, aquae videlicet pleni, centrum aperi ut simul cum incipiente luna oriri aqua fluere in vas inferius incipiat et donec totum corpus appareat fluat. cum autem tota supra terras apparuerit luna, statim primum vas in quod aqua fluxit subtrahas et aliud apponas in quod aqua fluat donec nocte alia renascatur illa stella quae in priori nocte cum luna oriebatur, et cum illa orta fuerit, superius vas unde aqua fluxerat tollas. deinde metire aquam quae in spatio XXIIII horarum fluxerat ad mensuram illam primam quae cum corpore lunae prius in primum vas fluxerat. in-

subtrahas primum et aliud vas apponas, donec nocte alia renascatur. adiecto ad circuli spatia et quod excurrit partibus et ipso item Lunae corpore, quoniam de circulo hoc quoque esse non dubium est, invenies sescenties aquam excrescere, unde colligas circulum eius toties esse maiorem. si ergo ipsa Luna maior sexies terra, sescenties circulus eius, vides lunarem circulum centies maiorem esse tellure.

861 Quo monstrato alios circulos videamus. sed quis dubitet solarem circulum duodecies, quam Lunae est, esse maiorem, cum, quod illa mense, ille duodecim currat? Martis vero circulus vicies quater potior invenitur, Iovis centies et quadragies, Saturni trecenties tricies et sexies. unde si numerus intentius supputetur, et quot stadia Saturni circulus habeat, et quota eius portio omnis terra sit, invenitur. nam si centies Lunae circulus maior est terra, Lunae autem circulo trecenties tricies sexies maior Saturni, maior est igitur Saturni circulus omni terra tricies ter milies et sescenties.

862 Nunc iam Lunae meatum, quae terrae propinquior est, videamus. quam quidem menstruum habere lumen physicorum assertione persuasum est; cum quod sit, semper pleni orbis esse non dubium est. nam si ab illa parte, qua se subicit Soli, omni hemisphaerio conlustratur, etiam cum nobis tricesima nullum lumen ostendit, superne, qua Solem spectat, pleno lumine relucescit; denique cum discedens a Sole a latere eum coeperit intueri, pro parte etiam inferius lumen adquirit, donec e regione posita

venies sescenties aquam excrescere. quod et in lunae circulo fieri non dubium est *habent in margine* **BFL**, *in contextu* **G** (*sed* **G**^{m} *notat 'haec in quibusdam non habentur'*); *supplementum ex Remigii glossis desumptum* (*p. 277 ed. Lutz*) *nimis patienter receperunt Grot. Kopp. Eyss.* | imponas **D**^{2}**L** | emersa] ea emersa **AB**^{1}**R** emensa **B**^{2} ea mensa *n. f.* **D**^{1} | omnis **AR**

[**ABDR CEFV GL**] 1 vas] duas **AR**^{1} | opponas **B**^{1}**D**^{1} | nocte *om.* **G** || 2 quod **ABD**^{1}**RF** quot *cett.* | partubus *coni. Dick* | item] idem **A** tem **D**^{1} || 4 aquam . . . 5 sescenties *om.* **A**^{1} | *post* eius *add.* vides lunarem circulum **L**^{1} (*ex v. 5–6*) | totius **R**^{1} || 5 circulos **AR**^{1} circulu **L**^{1} | *post* eius *add.* maior luna **B**^{2}**D**^{2}**R**^{m}**G** || 6 lunarem] lunam **R**^{1} || 7 alius circulus **B**^{1} | *post* circulos *add.* eius **R**^{1} || 8 lunae est **B**^{2}**R**^{1}**CVL** luna est **AB**^{1}**D**^{1}**EG** lunae **D**^{2}**R**^{2}**F** | cum] quoniam **R**^{2} | quot *Dick e Bern.* | illamemense **D**^{1} illamesse **R** || 9 curat **R**^{1}**C**^{1} percurrat *ed. pr.* | vies **AR**^{1} vities **D**^{1}**C**^{1} vigies **D**^{2} | potior **B**^{2}**D**^{2}**F**^{2}**L**^{2} potius *cett.* || 10 quadrages **AB**^{1}**D**^{1}**R** | *post* quadragies *add.* quater **D**^{2}**R**^{m}**F**^{2}**GL**^{2} | trecenties tricies **D**^{2}**G** CCCXXX *cett.* | sexties **B**^{1} || 11 numeris **B**^{1}**R**^{1} | intentius *Grot.* intentionibus *libri* interiectionibus *ed. Kopp.* | quot] quod **AB**^{1}**D**^{1}**RC**^{1}**V** || 12 quota] quoda **D**^{1} | *post* invenitur *add.* stadia $\overline{\text{DLVI}}$ et passus XIIII **B**^{2} $\overline{\text{XXII}}$ DLVI stadiorum et passuum XVII **F**^{2} *manu multo recentiore* (*v. Petersen 33*) || 13 circulus] circulos **R** | trecenties tricies **D**^{2}**C**^{2}**G** CCCXXX *cett.* | sexiges **G** || 14 tricies ter **C**^{2}**G** XXXIII (es *supra*) **D**^{2} XXX ter **F** XXXIII *cett.* || 18 cum quod sit] cumque id sit *coni. Breysig Berlin. philol. Woch. 1891, 987, sed ne sic quidem satis cohaeret loci argumentum* | pleni] leni **C**^{1} | esse *del.* **D**^{2}**F**^{2}**L**^{2} || 19 illo **D**^{1}**RG** | hiemisperio **A** hemisplerio **B**^{1}**D**^{1}**R** || 20 trigesima **D**^{2} XXX **CE**^{1}**V**^{1} || 21 discendens **B** descendens **C**^{1} | a^2 *om.* **AR**^{1} || 22 intueri] inveniri **C**^{1}

ab hac parte, qua nobis est visibilis, collustretur. circuit enim eius glo- **863**
bum undiquesecus Solis nitor et ei parti, quam totam tunc aspicit, lumen
indulget, cuius luminis radii in terras quoque †lucubrandiore perveniunt,
ut si quis e speculo lumine repercusso effigiem lucis excipiat. quae qui-
dem Luna cum eum in orientis partibus comprehenderit, obscuratur, et
cum in occasu deseruerit, lucescit. cuius primi luminis effigies quibusdam **864**
velut cornibus circulata *μηνοειδής* dicitur; cum vero XC partibus a Sole
discedens orbem eius mediatenus idem radius luminarit, *διχότομος* per-
hibetur, sed praedictis partibus cum alias XLV adiecerit, *ἀμφίκυρτος* per-
hibetur, id est maior dimidia, minor plena; cum vero CLXXX partibus a
Sole discesserit, contrario posita totam partem, quam terris opponit, il-
luminans *πανσέληνος* perhibetur; ac dehinc deficiens servat cum prae-
dictis partibus nomina memorata. quae quidem XIII orbis sui partes die
nocteque transcurrit, cum pro latitudine circulorum, quos obeunt, eodem
interstitio Mars dimidiam, Iuppiter duodecimam unius partis, Saturnus
vicesimam octavam unius portionis excurrat. verum Luna circuit totum **865**
signiferum diebus XXVII et bisse, sed Solem XXVIIII diebus et media diei
noctisque parte consequitur; quod ideo tardius provenit, quia, cum suum
peregerit circulum, aeque ipse Sol ab eodem loco, quo ei lumen dederat,
excucurrit et in signo proximo aut etiam altero reperitur. nam si in Librae
aut Scorpii aut Sagittarii ultima parte lumen acceperit, non eum in se-
quente signo, sed in altero consequetur; haec enim tria signa aliquando

§ 864 cf. Cleomed. 2, 5, 110 s.; Gemin. 9, 11 s.; Firm. math. 4, 1, 10; Macr. somn. 1, 6, 55 s.; Amm. 20, 3, 11 || § 865 cf. Gemin. 1, 30; Cleomed. 2, 5, 113 s.; Macr. somn. 1, 6, 48–51; Cens. 22, 5

[ABDR CEFV GL] 1 qua] quae A quo B^{1}D^{1}R^1 quia L^1 || 3 huius R^2 | lucubrandiore AB^{1}D^{1}R^1 lucubrantiores B^2 lucubrandiores D^{2}C^{2}G lugubrandiores R^{2}C^{1}EFV lucublandiores L luce blandiore (*vel* vibratiore *vel* vibrantiore) *dubitanter conieci DMCE 62–63* || 4 e speculo C^{2}F^{2}G speculo AR^1 expeculo B^{1}D^{1}L^1 ex speculo B^{2}D^{2}L^2 a speculo R^2 se speculo C^{1}EF^{1}V | percusso C^1 || 5 comprehenderet B^{1}D^1 (*d.* R) || 6 deseruit B^1 | *post* deseruerit *add.* eum B^2 | luminis] lucis L | quibusdam] quibus F^1 (*d.* R) || 7 vel B^1 (*d.* R) | menoies A monoides B^2 meoides C^1 menoides *cett.* | XC] ac A CX L | a sole ... 9 partibus *om.* A || 8 luminaret B^{1}D^{1}R^{1}C^{1}V^1 illuminarit G | *διχότομος Petersen 22* dicotomos B^{1}D^{1}R^1 diotomos D^{2}G diiotomos R^2 diatomos *cett.* || 9 sed ... perhibetur *om.* G^1 | aliis C^{1}EF^{1}V | amphicyrtos *libri* || 10 id est] idem A *om.* F^1 | minor B^{2}D^{2}R^{2}F^{2}G minus *cett.* || 11 illuminans *scripsi* illuminat *libri* || 12 NANCЄANOC A ΠANCYΛЄNOC G ΠANЄCЄΛЄNOC L^1 | ac] hac A | servat cum *Kopp ex Ettenheimm.* servatum AL^1 servât tum *cett.* || 13 XVI AR^1 XV F^2 || 14 obeant AR^{1}F^{1}L^2 subeunt G || 15 Mars] ras AR^1 ars B^{1}D^1 | unus AB^{1}D^{1}R^1 || 16 vicesimam FG XX *cett.* | excurrit B^1 || 17 diebus^1] duobus A | XXVII] XVIII A XVII B^{1}D^1 | bisse C^{2}L^1 Z (*vel simile siglum*) ABDRE^{1}FVG bis C^1 bensem E^2 VIII horis L^2 || 19 aeque *Petersen 70* ex quo *libri, quod delent* L^2 *et Dick* || 20 excucurrit ABDR^{1}C^{2}F^{2}L^1 excurrit *cett.* | proxumo B^{1}D^1 | aut etiam *bis scr. in* C^1 || 21 sagittari B^{1}D^{1}L | sequente AB^{1}D^{2}RG sequento D^1 sequenti *cett.*

transcurrit, quemadmodum his contraria plerumque bis invenit. nam quoniam ibi Sol XXX diebus et in Geminis XXXII moratur, Luna, quae XXVIIII diebus et dimidia parte eum consequitur, ibi utique poterit inve-
866 nire. verum eadem Luna aliquando XIIII diebus, aliquando XV, plerumque XVI plenum perficit lumen, ita tamen, ut in eodem deponendo compenset. nam si quarto decimo die lumen impleverit, XV diebus amittit, ut dierum ratio integra concludatur. verum eadem implet annum suum CCCLIIII diebus; nam XII eius coitus hoc numero peraguntur, sicque fit, ut annus solaris diebus XI maior habeatur, quod intercalationum diversitatibus compensatur.

867 De latitudinis partibus, per quas Luna commeat, edicamus. nam in zodiaco XII esse latitudinis partes superius intimavi, per quas diversis modis sidera spatiantur. nam alia per tres partes, alia per quattuor, alia per octo, quaedam per omnes XII deferuntur. Sol enim in nullam excedens partem medio libramento fertur absque ipso Librae confinio; nam ibi se in austrum aquilonemve deflectit ad dimidium fere momentum. Luna autem per omnes XII currens nunc in aquilonem provehitur, nunc in austrum deveniens infimatur utrimque momentis ⟨sex⟩ excurrens, sic-
868 ut Hipparchus quoque consentit. denique obliquitati eius vocabulum constitutum, ut fere helicoides dicatur, ita tamen ut descendens ascendensque ipsam solarem lineam, quam mediam inter senas utriusque lateris partes esse monstravi, aut acutis aut spatiosis angulis secet, nec possit tamen ad idem, hoc est ita ut est posita, eodem mense eadem parte sic ad Solem reverti eadem latitudinis portione, nisi mense ducentesimo tricesimo quinto, hoc est anno decimo nono. nam ut sub eadem die isdemque propinquitatibus siderum inerrantium ad idem redeat, faciunt

§ 866 cf. Gemin. 8, 4s.; Macr. sat. 1, 13, 1 et 9 || *§ 868 cf. Gemin. 18, 2; Macr. somn. 2, 11, 10; Cens. 18, 11*

[**ABDR CEFV GL**] 1 *ante* his *add.* in **B**^{2} | contraria] contrariis his **B**^{2} contrariis **L**^{v} | prerumque **D**^{1} | venit **B**^{2} || 2 XXX] XXVIII **D**^{2} | morantur **A** | luna quae] lunaque **C**^{1}**VR**^{2} || 3 XXVIIII diebus **B**^{2}**D**^{2}**G** XX nono **AB**^{1}**L** XX nona **D**^{1}**R** XXVIIII **CEFV** | inveniri **AE** || 4 XIIII ... aliquando *om.* **A** || 5 eodem] eo **B**^{2} || 6 quarto decimo **D**^{2}**CEFVG**^{2} XIIII *cett.* | impleveret **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 7 concluditur **R**^{1} || 10 compensantur **AB**^{1}**D**^{1}**R** || 11 latitudinis] latinis **L**^{1} | comeat **ABDR** || 13 *post* quattuor *add.* alia per quinque **R**^{m}**E**^{2}**GL** || 14 octo] septem **D**^{v} | deferuntur **A** differuntur *cett.* || 15 libramento] libramine mente **A** || 16 ibi] ubi **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**G** | *post* se *add.* aut *libri praeter* **ARF**^{2} | aquilonemve **B**^{2}**GL** aquilonemque *cett.* | defectit **C**^{1} | monumentum **A** || 18 infirmatur **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} | utrumque **AR**^{2} | sex *add. Dick* (*cf. Petersen 70*) || 19 ippartius **A** ipparus **R**^{1} | oblitati **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 20 ferre **ABD**^{1}**R**^{1} | heliquoides **B**^{1}**D**^{1}**L** | discendens **AB**^{1}**DRE** | ascendensque] descendensque **A** || 21 lateris] litteris **R** || 22 acutus **R**^{1} | *ante* angulis *add.* et **L**^{1} || 24.25 ducentesimo tricesimo quinto **E**^{2}**FV**^{2}**G** CCXXXV *cett.* || 25 anno *om.* **L**^{1} | decimo nono **E**^{2} XVIII **D** nono decimo **G** XVIIII *cett.* | die isdemque] que isdemque **A** dieque hisdem **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 26 proquintatibus **A** proprietatibus **B**^{2} | ad idem] ad diem **G** | redeant **AB**^{1}**DRG** *fort. recte*

anni LV; ut verum etiam planetarum isdem radiationibus sub eadem specie
contingat, anni magni prolixitas spectanda. verum eadem Luna cum 869
secans solarem lineam in aquilonem scandit, vocatur ὕψος ὑψουμένη,
cum ab aquilone ad solarem lineam redit, dicitur ὕψος ταπεινουμένη;
cum a solari in austrum descendit, ταπείνωμα ταπεινουμένη; cum deinde
rediens ad Solem resurgit, ταπείνωμα ὑψουμένη. sed idem ascensus
descensusque faciunt utriusque luminis obscurationem. nam cum Luna
scandens descendensve in solarem lineam inciderit, si tricesima est, hoc
est omni corpore subiecta Soli, obscurationem Solis terris facit; suo enim
corpore subter se positas obscurat, aliis partibus terrae Sole, qua non
tegitur, relucente. quam obscurationem ideo non cunctis mensibus facit,
quia non semper tricesima in eadem solari linea reperitur, sed aut sursum
aut deorsum posita, ne possit obstare, transmittit.
Item Lunae defectus fit, cum in contrario Luna posita, hoc est quinta 870
decima, in eadem linea Solis umbra terrae metaliter infuscatur. nam Sol
umbram terrae in suam lineam mittit, quam si Lunae corpus intrarit,
quoniam videre lumen Solis terra obstante non poterit, luminis soliti
ademptione furvescit; alias, cum in superiore aut inferiore latitudinis
loco fuerit, pleni luminis effigie relucescit. denique ideo intra sextum 871
mensem defectus non poterunt iterari, quia aut quinta decima aut prima
in eadem Solis linea, cum per XII partium latitudinem spatiatur, deinde

§ 869 cf. Theo p. 193s. || *§ 870 cf. Gemin. 11; Cleomed. 2, 6; Theo p. 194ss.* || *§ 871 cf. Amm. 20, 3, 4; Ptolem. almag. 6, 6*

[**ABDR CEFV GL**] 1 LV] XXXII **R^2** DXXXII **G^1** | radiationibus **R^1EF^1V** rationibus *cett.* || 2 contingantur **AD^1** contingant **B^1G** (*d.* **R**) | spectanda prolixitas *fort. legendum propter clausulam* | *post* spectanda *add.* est **B^2CVL^2** || 3 ΥΨΟC ΥΨΟΥΜЄΝΗ **D^2RF** *plus minus corrupte cett.* || 4 reddit **AR^1** | dicitur *om.* **$C^1E^1F^1V^1$** | ΥΨΟC ΤΑΠΙΝΟΜЄΝΗ **DF** *corruptius cett.* || 5 a *om.* **AB^1D^1** (*d.* **R**) | *post* descendit (ascendit **A**) *add.* dicitur **R^2** | ΤΑΠΙΝΟΜΑ ΤΑΠΙΝΟΥΜЄΝΗ **G** *corruptius cett.* | deinde **$D^2R^2C^2V^2G$** deinde exinde **ABD^1R^1L** inde **C^1EFV^1** || 6 *post* resurgit (surgit **A**) *add.* dicitur **R^2G** | ΤΑΠΙΝΟΜΑ ΥΨΟΥΜЄΝΗ **RG** *corruptius cett.* | isdem **$AR^1C^1EF^1V$** || 7 discensusque **AB^1DR** | cum *om.* **E^1F^1** || 8 scandens descendensve **D^2R^2GL** scandens descendens **$AB^1D^1R^1$** *fort. recte* scandensve descendens **B^2** scandens descendensque **CEFV** | incederit **$B^1D^1R^2$** | trigesima **D^2** XXX **$CE^1F^1V^1$** || 9 oscurationem **B^1D^1** obscura rationem **R^1** | solis ... 11 obscurationem *om.* **A** || 10 positas *Dick* positis *libri* || 11 ideo *Petersen 70* idem *libri* || 12 trigesima **D^2E^1** XXX **CF^1V^1** | reperitur **D^2CEFV** repperitur *cett.* || 13 ne possit obstare **D^2G** obstare posse **$AB^1D^1R^1$** ut obstare ne possit **B^2** ut obstare non possit **R^2** obstare ne possit **CEFVL** (*locus adhuc corrigendus videtur*) | transmittit **ABDRG** se transmittit **CEFVL** || 14 defectes **A** defectuis **L^1** | contritio **A** | lunae **R^1** || 14.15 XVma **FG** XV *cett.* || 15 eadem] dem **R^1** | umbra] per umbram **C^1E^2VL** umbram **E^1** | nam] item **R^2** || 16 mittit *om.* **R^1** | intraret **$AB^1D^1R^1$** || 17 videri **L^2** || 18 furvescit **$B^2D^2C^2F^2L^2$** fervescit *cett.* || 19 effige **R^1C^1** | sextum **$D^2R^2C^2E^2FV^2GL^2$** sex **R^1** VI *cett.* || 20 menses **A** mensum **L^1** | poterunt **B^2D^2CEFVL** potuerint **R^2** potuerunt *cett.* | quinta decima **B^2** XV *cett.* || 21 cum *del.* **D^2R^2** *om.* **G** | patiatur **$AB^1D^1R^1$**

non poterit inveniri. unde si ab aquilone rediens ad Solem in latere proximo posita non obsistit, *παράλλαξιν ἐν συνόδῳ* facere perhibetur; quae si a latere septentrionis transcurrens coit nec obsistit, *καταβίβασιν ἐν βορείῳ συνόδῳ* ⟨facere⟩ memoratur; si ab austro veniens nec obsistens lumen acceperit, *παράλλαξιν ἐν συνόδῳ νοτίῳ* fecisse dicitur; si autem ad solarem circulum veniens ab austro obstiterit Soli, *ἀναβιβάζοντα σύνδεσμον* fecisse dicitur. hae species diversitatesque Lunae sui mortales varietate confundunt.

872 Iam Sol, quem gemino diximus meare motu (quippe ab ortu aut cum mundo corripitur, aut ipse suum circulum contra mundum per obliqua distendit), verum ex ea parte, qua cum mundo volvitur, cotidie ortus sui lineam mutat, et quoniam omnes ductus, per quos volvitur, circulos appellamus, CLXXXIII eosdem esse dubium non habetur. nam sive a Cancro descendat, per eosdem usque ad brumalem circulum curret, sive a bruma in solstitium veniat, per ipsos denuo revolvetur; qui quidem secantes secundo zodiacum contrariis signis perpetuo lineantur. nam primus Arietis circulus primus est Librae, item secundus ac tricesimus; item Tauri prior Scorpionis est primus. sic igitur CCCLXVI partibus fiunt CLXXXIII circuli, quos omnes parallelos appellamus, et ex contrario, ut dixi, signa isdem partibus secant. ergo hos circulos annuos CCCLXV diebus et triente diei peragit, sive ad solstitialem circulum tendat, sive exinde

873 revertatur. illud etiam non tacendum, ⟨quod⟩, cum sint duo hemi-

§ 872 cf. Gemin. 1, 13–17 et 31–35; aliter Theo p. 153 || § 873 s. cf. Theo p. 153

[**ABDR CEFV GL**] 1 proxumo B^1D^1 pro XV R^1 || 2 ΠΑΡΑΜΑΖΙΝ ΕΝ CΥΝΟΔΩ **R** *corruptius cett.* || 3 nec $AB^1D^1R^1$ et *cett.* | KATABIBAZIN B^2 KATABΛAZIN **L** ΠΑΡΑΛΛΑΖΙΝ *vel sim. cett.* || 4 ΒΟΡΙΩ *vel* ΒΟΡΙΟ *libri* | CΥΝΟΔΩ B^1**REV** *corruptius cett.* | facere C^2 *et coni. Salmas.* | si ... 5 dicitur *om.* C^1 || 5 ΠΑΡΑΛΛΑΖΙΝ B^1**R** *corruptius cett.* | CΥΝΟΔΩ ΝΟΤΙΩ **G** *corrupte cett.* || 6 anabibazon *vel sim. libri* || 7 CΥΝΔΕCΜΟΝ L^2 *corrupte cett.* | dicetur B^1**DCE**F^1**V** | hae ... 8 confundunt *delebat Dick* | hae **B**D^2R^2**CEGL** haec *cett.* | especies **E** | diversitatisque B^1D^1**R** | mortales B^2D^2**CFGL** mortalitatis **A** martalitatis B^1D^1 martalitas R^1 martales R^2 mortale **EV** || 8 confundit R^1 || 9 iam *scripsi* nam *libri* | sol quem AB^1**D**R^1 solem *cett.* || 11 ex *om.* B^1 | mundum $B^1D^1R^1$ || 12 omnis AR^1 || 13. 14 a Cancro] cancro AR^1 ancro V^1 ac tantro *n. f.* **L** || 14 descenderit B^2 | curret *scripsi* discurrit B^2 currit *cett.* | *post* currit *add.* sive ad brumale (brumalem B^1) circulum currit $B^1D^1R^1$ || 15 solstitialem B^2 | revolvitur $B^2D^2R^2C^2$**GL** || 16 secundum $AB^1D^1R^1$ || 17 circulus *om.* **A** circulis C^1 | secundus ac tricesimus $D^2R^2F^2$ secundae ac tricesimus AD^1 *et fort.* B^1 arietis tricesimus B^2 secundus secundus item arietis tricesimus tricesimus est librae B^3 tricesimus arietis tricesimus est librae D^3**CE**F^1**VL** secundus secundus ac tricesimus tricesimus **G** *sane acute* || 18 *post* scorpionis (scurpionis R^1) *add.* prior D^1 || 19 CLXXXIII] exliiii **A** CXLIII $B^1D^1R^1$ | paralelos **A** parallelas R^1 | et *om.* C^1 || 20 *post* ergo *add.* bis $B^2D^2R^2F^2$ | CCCLXV] CCCLV C^1 trecentis CCCLXV L^1 || 21 triente diei $AB^1D^1C^1E^1F^1V^1L^1$ quarta diei parte B^2**G** XXX diei **R** quadrante diei $D^2C^2E^vF^2V^vL^2$ || 22 tacendo **A** | quod $B^2D^2R^m$**C**E^2**VL** *om. cett.* | *post* hemisphaeria (hemisparia R^1) *add.* paria *Dick e marg. Leid. 88*

sphaeria, unum ab aequinoctiali circulo in septentrionem, aliud in austrum
ab eodem aequinoctiali, tamen Sol diversa utrumque ratione transcurrat,
cum, ut dixi, paria sint signa partis utriusque. verum id, quod ad solsti-
tialem consurgit, CLXXXV diebus et triente diei noctisque, id autem, quod
ad brumalem deprimitur, CLXXX diebus peragitur; quod utique illa res
facit, quod eccentron Solis circulo dixi esse tellurem et in superiore hemi-
sphaerio altius tolli, in inferiore ad terrae confinia propinquare. dubium
autem non est citius transcurrere breviorem sinum tardiusque diffusum.
verum Sol, cum ad Cancrum ab aequinoctiali parte conscendit, aestatem 874
praestat hominibus, quos inter solstitialem septentrionalemque vivere
dubium non habetur; cum ab eodem Cancro in aequinoctialem Libram
descendit, auctumnum facit; cum vero ad brumalem lineam recedit,
hiems habetur propterea, quod calore dimoto torpor invadit. rursum,
cum a Capricorno hiemali in aequinoctialem Arietem surgit, vernum tem-
pus arridet; exhinc denuo in Cancro aestas torrida renovatur. sed e con-
trario perferre omnia non dubitatur antipodas, quorum aestatem Capri-
cornus facit, hiemem Cancer, Sol tenens aequinoctia utrique parti tem-
periem.

Iam illud superfluum puto, noctium accessus defectusque memorare, 875
cum pares pro rata sint aestivis diebus hiemis noctes et hiemalibus diebus
noctes aestivae, unaque aequinoctialis nox, quae bis anno contingit, par
sit diei suo. nam cum ab aequinoctio verno in Cancrum Sol meat, omnes
dies maiores sunt noctibus suis; item ab auctumnali aequinoctio usque
ad brumam minores dies noctibus [lateratis].

Minimus autem anni dies brumalis est, qui habet horas VIIII, maximus 876

§§ 876–877 cf. Strabo 2, 5, 35–42 et vide E. Honigmann, Die Sieben Klimata, 50–52. satis apertum est Martiani auctorem climati Diasyenes tribuisse noctem maximam 13½ horarum, minimam 10½ horarum, deinde climati Diarhodu 14½ et 9½ et sic deinceps, Martianum autem horarum partes neglexisse

[**ABDR CEFV GL**] 1 ab *om.* $\mathbf{AB^1E^1G}$ ae $\mathbf{R^1}$, *quod delet* $\mathbf{R^2}$ | aequiinoctialis **A** aequenoctiali $\mathbf{B^1}$ | circuli $\mathbf{AB^1D^1R}$ || 4 et . . . 5 diebus *om.* $\mathbf{D^1R^1}$ | triente $\mathbf{AB^1D^2C^1E^1F^1V}$ quadrante $\mathbf{B^2D^3C^2E^vF^2GL}$ (*d.* $\mathbf{R^m}$) || 5 ad brumalem $\mathbf{B^2D^3R^mGL}$ a brumalem $\mathbf{AB^1D^2C}$ a brumale $\mathbf{EF^1V}$ a brumali $\mathbf{F^2}$ | illa res] ilares **A** hillares $\mathbf{C^1}$ hilares **V** (*d.* **R**) || 6 eccentron $\mathbf{B^1D^1}$ haec centron **A** ecentron *cett.* (*d.* **R**) | *ante* hemisphaerio (hiemispherio **G**) *add.* in $\mathbf{D^1}$ (*d.* **R**) || 7 inferiori $\mathbf{AR^2G}$ | terra et **A** terrae et $\mathbf{R^1}$ || 8 transcurre $\mathbf{D^1}$ | terdiusque $\mathbf{C^1}$ | difusum $\mathbf{B^1D^1}$ || 9 Cancrum] ancrum **A** || 10 septentrionalemque . . . 12 brumalem *om.* **A** || 11 non habetur dubium **CEFV** || 12 descendit *Dick ex Bern.* discenderet $\mathbf{B^1D^1}$ discenderit $\mathbf{R^1L}$ discendit $\mathbf{R^2}$ descenderit *cett.* || 13 demoto $\mathbf{D^2}$ | torpori **A** tepori $\mathbf{R^1}$ || 14 cum *bis scr. in* **D** | a *om.* $\mathbf{AR^1}$ | capricornu $\mathbf{R^1}$ capricornio $\mathbf{V^1}$ || 16 non *om.* $\mathbf{L^1}$ | antipodes **A** | aestatem] statem **A** || 17 utrimque $\mathbf{D^1L^1}$ | partim **A** parte $\mathbf{C^1}$ || 20 cum pares] compare $\mathbf{B^1}$ compares $\mathbf{D^1R^1}$ | pro rata *Grot.* prolatae $\mathbf{B^2F^2}$ rota $\mathbf{R^2}$ pro rota *cett.* | notes **A** || 21 nostis **A** noctis $\mathbf{B^1D}$ || 22 mea $\mathbf{R^1}$ || 23 suis . . . 24 noctibus *om.* **A** || 24 lateritis $\mathbf{AR^1}$ lateratis $\mathbf{B^1D}$ dilatatis $\mathbf{B^2F^2L^2}$ dilateratis *cett. nihili vocem delevi* || 25 minimis $\mathbf{B^1}$ | VIIII $\mathbf{AR^1F}$ novem **BD** VIII *cett.*

solstitialis habet horas xiiii, licet hoc pro climatum rationibus varietur. nam climata viii sunt, sed proximum solstitiali Diameroes, deinde alterum Diasyenes, tertium Diaalexandrias, quod ducitur per Cyrenas in Africam Carthagini ab austro adiacentem, quartum et medium ex omnibus Diarhodu, quod per mediam Peloponnesum Siciliamque ductum ad ostium Baetis pervenit, quintum est Diarhomes per Macedoniam et altera parte per Gallias et Lusitaniam ad Tagum descendens, deinde sextum per Hellespontum Thraciamque et confinem Germaniae Galliam, septimum Diaborysthenus, Ponticum mare et ab altera parte Germaniam Britanniamque praecidens; ultimum est ultra Maeotis paludes et infra Riphaeos montes.

877 Ergo secundum climata dies dicantur. Diameroes maximus dies habet aequinoctiales horas xiii, minimus dies xi; Diasyenes maximus dies horas habet xiii, minimus x; Diaalexandrias maximus horarum xiiii, minimus x; Diarhodu maximus horas xiiii, minimus viiii; Diarhomes maximus xv, minimus viiii; Diahellespontu maximus horas xv, minimus viii; Diaborysthenus maximus horas xvi, minimus viii; Diarhiphaeon maximus xvi, minimus vii. deinde cum prope cardinem accesseris, lon-

[ABDR CEFV GL] 1 XIIII **AB^{1}DR^{1}F** XII **B^2** XVI *cett.* (*scilicet apud Martiani fontem legebatur* $9^1/_2$ *et* $14^1/_2$, *sed horarum partes neglexit noster hic et in mox sequentibus*) | *ante* hoc *add.* et **EFVL** | climmatum **ABD^{1}R^{1}L^1** ‖ 2 climmata **B D^{1}RL^1** | VIIII **C^1** | solstitialis **C^1** | diametoes **AB^{1}D^{1}R^1** ‖ 3 diasyenes **BDRC^2 F^{2}L** diasydees **A** diasenes **C^{1}EF^{1}V** dyasyennes **G** | diaalexandrias **B^{2}D^{2}C^{1}E VG** diodialaxandrias **A** dioialexandrias **B^{1}D^{1}R** dialexandrias **C^{2}FL** | dicitur **AB^{1}DR^1** ‖ 4 quartem **B^{1}D^1** quarum **C^1** ‖ 5 diarodii **D^2** | Peloponnesum *scripsi* peloponnessum **R^1** *corruptius cett.* ‖ 6 Baetis *Kopp* beatis **AB^1** maeotis **B^2** beutis **D^{1}R^{1}G** boetis **D^2** boutis **R^2** beotis **CEFVL** | diadoromes **A** diaeromes **CF^{1}V** diameromes **E** | macedonam **R^1** ‖ 6.7 altera parte *Kopp* alteram partem *libri* ‖ 7 calleas **A** galleas **R^1** | ad tagum descendens *Bern. et Leid. 36 admodum felici coniectura* adtagandens **A** adtagundens **B^{1}D^{1}R^1** pertingens **B^2** adtagongens **R^2** adtingens *cett.* ‖ 8 thraciconque **A** triamque **R^1** ‖ 9 diaborystenus **AB^1 D^{1}R^1** diaborysthetes **G** diaboristenes *cett.* | *ante* ponticum *add.* per *libri praeter* **ABD^{1}R^1** ‖ 10 britaniamque **D^{2}G** brittaniamque *cett.* | maeotis **D^{2}CFVL** maetis **AB^{1}D^{1}R^1** meotides **B^2** meotidas **R^{m}G** metas *n. f.* **E** ‖ 12 climaos **A** climmata **BR^{2}L^1** climmati **D^{1}R^1** | dicuntur **B^2** ‖ 13 XII **C** XIIII **F^{1}L^1** | minus **D^1** | dies^1 *del.* **B^{2}D^2** *om.* **GL** | Diasyenes . . . 14 Diaalexandrias *om.* **L** | diasyenes **B^2 CEFV** diassenis **AB^{1}D^{1}R^1** diassienis **D^{2}R^2** diasiennes **G** ‖ 14 habet *om.* **C^1** | XIII **C^1** XIIII *cett.* | X] XI **AB^{1}D^{1}R^{1}C^1** | diaalaxandrias **A** dialexandrias **CF V^{1}L** ‖ 15 X **AB^{1}D^{1}R^{1}E^{1}FVL^1** X vel VIIII **C** VIIII *cett.* | diarodu . . . VIIII *del.* **D^2** | diarodum **A** | XIIII] XV **L^1** | diaromes **F^2** diaromate **A** dia ellespontu **F^1** diaromae *cett.* ‖ 16 Diahellespontu . . . 17 VIII^1 *om.* **F^1** | diahellespontu **B^2 CEF^{2}VGL^2** dielipontu **AD^1** diaelipontu **B^{1}R^1** diaellespontus **D^2** diaelespontu **R^2** diallespontum **L^1** ‖ 17 VIII^1 **B^{2}D^{2}R^{2}EVGL** VIIII **AB^{1}D^{1}R^{1}CF^2** | diaboristenus **C^{1}F^{1}V** diaborustenus **AB^{1}D^{1}R^1** diaboristenis **E** diaborustenes **L^1** diaboristenes *cett.* | VIII^2 **B^{2}R^{2}C^{2}FGL** VII **B^{1}D^2** VIIII *cett.* ‖ 18 *ante* XVI (XVII **L^2**) *add.* horas **D^{2}CEF** | VII **AB^{1}R^{1}L^2** VIII *cett.*

gior dies semper breviorque nox fiet; denique colligitur sub ipso sphaerae
cardine semestrem diem esse. interea bis climatibus quibusque crescunt 878
decrescuntque luces, sciendumque a bruma ita dies accrescere, ut primo mense duodecima eiusdem temporis quod additur aestate accrescat, secundo mense sexta, tertio quarta, et quarto mense alia quarta, quinto sexta, sexto duodecima. illud quoque manifestum, quod zodiacus circa Cancrum Capricornumque flexior aequinoctialem paene directim secat.
Hactenus de Sole; nunc planetarum cursus convenit intueri, eorumque 879
praecipue, qui circa Solem peragratione mundana volvuntur. nam Stilbon paene anno circulum ducens per VIII latitudinis partes alterna incitus diversitate discurrit. huius Venerisque circulos epicyclos esse superius memoravi, id est non intra ambitum proprium rotunditatem telluris includere, sed de latere quodammodo circumduci; qui ut oriri subinde
occidereque videantur, mundani motus raptibus involvuntur. sed idem 880
Stilbon, licet Solem ex diversis circulis continetur, ab eo tamen numquam ultra XXII partes poterit aberrare nec duobus signis absistere, nunc praeteriens, nunc consistens aut certe regrediens. qui quidem diversis schematibus variatur; nam licet exiguos parvique temporis faciat, tamen et ortum facit et occasum. quippe ubi radiis solaribus condicione partium liberatus ante emergentis splendorem iubaris vibrabundus apparet, ultra terrarum horizontem sublevatur. nam acronycho ortu hic numquam poterit elevari, quod in diametro Solis positis potest evenire sideribus

§ 878 cf. Cleomed. 1,6,27 || 11 superius] *§ 854 et § 857; cf. Plin. nat. 2,39 et 72; Cic. nat. deor. 2,53; Theo p. 137* || *§ 880s. cf. Hyg. astr. 4,16; Firm. math. 2,8,1; Calcid. in Tim. 70*

[**ABDR CEFV GL**] 1 brevior noxque **R** | fiet **B**^{2} fuit **A** fiat **B**^{1}**DRF**^{v} fit *cett.* | denique] deinde **A** deindeque **B**^{2} | collegitur **B**^{1}**D**^{1} | sphaerae *scripsi Mart. VII 171* vero **B**^{2}**D**^{2} vere *cett.* || 2 semestrem *Petersen 34* semper *libri* | bis **D**^{1}**RCEFV** his *cett.* | climmatibus **BD**^{1}**RL**^{1} | quibusque **B**^{2}**CE**^{2}**FVL** quibuscumque **D**^{2} quibus *cett.* || 2.3 crescunt decrescuntque] crescuntque **A** || 3 sciendumque] sciendum quia **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2} | a *om.* **AB**^{1}**DR** | brumam **AB**^{1}**D**^{1} brummam **R**^{1} || 4 aestati **B**^{2}**F**^{2} || 5 quarta^1] quarto **A** || 7 directim **CEFVL**^{2} directum *cett.* || 8 plenetarum **A** (*d.* **R**) | eorumque **B**^{2}**C**^{2}**FL** enim quae **AR**^{1} earum quae **B**^{1} eorum quae **D**^{1} earumque **D**^{2}**C**^{1}**EVG** eaque **R**^{2} || 9 qui **AB**^{2}**RC**^{2}**F**^{v}**L** *om.* **D** *del.* **G**^{2} quae *cett.* | peragrationem **A** | mundana] propria **B**^{v} || 10 anni **D**^{2}**R**^{2} | incitus] cinccitus **A** || 11 diversita **A** | discursit **B**^{1}**D** | hius **D**^{1} | epicyclos **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**GL** epeciclus **A** epipicyclus **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} epiciclios *cett.* || 13 qui] quid **A** || 15 solem] sol **AR**^{1}**F** | continetur **AB**^{1}**DR**^{1} (*a verbo quod est continor*) contineat *cett.* | umquam **B**^{1}**D**^{1} unum quam **R**^{1} || 16 XXII **R** *et Plin. 2,39* XXXIII *cett.* || 18 licet *om.* **A** | exiguus **AR** exiguo **D**^{2} | *post* temporis *add.* spatio **B**^{2}**C**^{2}**E**^{2}**V**^{2}**L** | faciat] facit **B**^{2}**G** | et ortum] exortum **R**^{2} et ortus **B**^{2}**D**^{2}**G** || 19 facit] faciat **AR**^{1} | occasus **B**^{2}**D**^{2}**G** || 20 libratus **B**^{2}**D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**G** liberatur **F**^{2} | emergentis **B**^{2}**D**^{2}**C**^{2}**F**^{2}**G** mergentes **C**^{1}**V**^{1} emergentes *cett.* | splendores **EF**^{1}**VL** | appareret **B**^{1} || 21 orizontum **D**^{1} | acronycho *scribendum vidit Kopp* acronico *libri* || 22 quod *scripsi* quippe (*repet. ex praecc.*) *libri* | in *bis scripserat* **R**^{1} | driametro **R**^{1} | potest **AB**^{1}**B**^{3}**D**^{1}**RF**^{1} posset **G** posse *cett.*

[diametrum in signo septimo perhibetur]. ita fit, ut isti, qui ultra signum et alteram exiguam portionem sequentis abesse non poterit, non
881 illic contingat ortu acronycho sublevari. denique nec contrarium eidem novit occasum; sed ortum idem vespertinum facit, cum post occasum Solis luminis sui libertate clarescit; item occasus duos habet, unum cum ante Solem parere solitus claritate radii supervenientis occulitur, alium cum itidem retrogradatione sui viciniae Solis admotus it pariter in occasum. ab eo quippe Solis lumen ultra XX momenta abesse non poterit, licet maioribus partibus aberrarit, qui ultra secundum signum non poterit inveniri. et has tamen obscurationes ortusque perspicuos quarto quoque mense, nec id tamen semper, ostendit.

882 At Venus, quae ab aliis Phosphoros nominatur, a Pythagora Samio cum suis ostensa est terris rationibus pervestigata. et ipsa circa anni confinia obire circulum proprium perdocetur; nam diebus CCC et aliquot, latitudinis vero partibus XII Lunae similis pervagatur, L momentis a Solis orbe discedens, licet plus a XLVI partibus aberrare non valeat. et in suo posita circulo eum varia diversitate circumdat, quia aliquando eum transcurrit, aliquando subsequitur nec comprehendit, aliquando superfertur, nonnumquam subiacet, quippe quae non annis omnibus revocet

§ 882 cf. Plin. nat. 2, 36–38; Cic. nat. deor. 2, 53; Vitr. 9, 1, 6 s.; Hyg. astr. 2, 42 et 4, 15

[ABDR CEFV GL] 1 diametrum ... perhibetur *spuria esse vidit Dick* | *post* perhibetur *add.* aut in quadrato partibus nonaginta aut in tricetro partibus CXX aut in adverso partibus CLXXX **B^{m}C^{1}EFVL**, *quae delet* **C^2** | isti *scripsi* iste *libri* || 2 potionem **A** || 3 illic **B^{1}DE** illi *cett.* | continguat **L^1** | caronico **A** cronico **C^{2}L** | nec] ne **AR^{1}C^{1}EF^1** || 4 novit] non ut **A** | ortum] orsum **B^{1}D** orsu **R^1** | *post* ortum *add.* sumit **AR^1** | idem **AD^{2}R^1** itidem *cett.* | facit *del.* **R^2** (*suspicor Martianum hoc loco auctorem suum male intellexisse*) || 5 item] idem **C^{2}L** || 6 parare **A** apparere **F^2** | radiis **L** | supervenient **A** | occulatur **A** occultatur **C^1** || 7 itidem **D^{2}G** idem *cett.* *delebat Petersen 68n.* | retrograditione **F^1** | suis **AB^{1}D^{1}R^1** sua **R^2** | vicinae **AB^{1}D^{1}R^1** vicini **E^1** | it pariter in occasum *Leid. 36* idem patitur in occaso **A** idem paritur in occasu **B^{1}R^1** idem pariter in occasu **D** idem patitur in occasum **C** idem patitur in occasu *cett.* || 8 lumen *Dick* lumine *libri* | ultra **F^2** integra **B^2** intra *cett.* || 9 aberrare **A** oberrarit **B^2** aberraret **R^{1}C^1** || 10 obscuratione **AR^1** obscurtiones **B^{1}D^1** | ortus quo perspicuus **A** ortusque perspicuus **R^1** || 11 ostendit **A** *et coni. Kopp* offendit *cett.* || 12 ventus **A** ventis **B^{1}D^{1}R^1** | phosphorus **A** | a] ad **A** || 12.13 Samio cum] amicum **A** || 13 ostensa est] ostensas **AB^{1}D^{1}R** ostensa et **C^1** ostensae **V^1** || 14 confini **AB^{1}D^{1}R^{1}F^1** confinium **D^2** | obire **AB^{1}D^{1}R^1** habere **B^{v}D^2** ambiri **G** ambire *cett.* | perducetur **C^1** | *ante* diebus *add.* a **B^{1}DF^{1}GL^1** | aliquod **B^{1}D^{1}RV** || 15 latitudinis **B^{2}D^{2}R^{m}C^{2}EF^{2}V^{2}GL** latinis **AC^{1}F^{1}V^1** latines **B^{1}D^{1}R^1** | Lunae] lue **A** || 16 a *del.* **C^2** | ab errore **R** | valet **R^1** || 17 posito **C^{1}EV** | circulo eum] circulum **R^1** | eum ... eum *om.* **L^1** | quia aliquando **B^{2}D^{2}CEFVL^2** quia xliquando **AB^{1}D^{1}R^1** quia xli aliquando **R^2** quia XLIma aliquando **G** || 18 trascurrit **C^1** || 19 nonnullam **A** non umquam **F^1** | quae] quia **R^2** | revocetur cursum **A** revocetur sum **C^1** revocet sum **V^1**

cursum. tunc enim, cum retrograditur, ultra anni circulum tardior collustrat orbem; cum autem directo cursu meat, etiam undecimo mense circulum complet, nunc faciens ortum in Lucifero, nunc post occasum Solis effulgens Vesper vel Vesperugo nominatur. sola de quinque sideribus umbram reddit ut Luna, solaque fulgori Solis emergentis diu conspecta non cedit. quae quidem in ortu matutino plerumque quattuor mensibus immoratur, in vespertino vero numquam plus xx diebus. verum tam visus eius quam occultationes x et VIIII mensibus restaurantur. **883**

Iam Pyrois sive Martium sidus ultra Solem means proprium etiam ipse **884** circum telluri eccentron meat, at annis prope duobus; in latitudinem quinque partes excurrit. cui licet cum duobus super positis ortus, occasus stationesque ac reditus videantur esse communes, tamen et altitudinem propriam et stationem propriam et absidem suam exceptam ceteris novit. nam eius altitudo, id est ubi se eius circulus a terra altius tollit, sub signi Leonis regione consurgit; statio vero specialis eius prima. nam utpote Soli coniunctus de proximo etiam in quadratura eius positus radios sentit, quippe in nonagesima parte ex utroque eius latere remoratur. absidem etiam habet recessumque sublimem in Capricorni confinio, hoc est sub eius vicesima nona parte.

§ 883 cf. Vitr. 9, 1, 7 || *§ 884 cf. Plin. nat. 2, 34 et 60 et 64; Vitr. 9, 1, 10; Cic. nat. deor. 2, 53; Hyg. astr. 4, 19; Macr. somn. 2, 11, 7* || 9 *cf. Apul. mund. 29* Pyrois, Mavortium sidus

[**ABDR CEFV GL**] 1 enim *Kopp* etiam *libri* | cum retrograditur **B**^{2}**CV** retrogradatur **F**^{1} cum retrogradatur **F**^{2} retrograditur cum **L**^{2} retrograditur *cett.* | anni circulum] anniculum **G** | tradior **A** || 2 autem] cartem **A** | cursum **R**^{1} | undecimo] XI **A** in XImo **C** in decimo **D**^{1}**VG** | *post* mense *add.* non se **A** || 3 *post* ortum *add.* at **B**^{1} matutinum **D**^{2}**F**^{2} ante solis ortum **G** | in Lucifero *scripsi* (*cf. p. 7, 9* in Sole = *sub persona Solis*) adutipluciferum **A** in luciferum **BD**^{3}**CE F**^{1}**L** aut in luciferum **D**^{1} ut in luciferum **D**^{2}**RG** lucifer **F**^{2} *et coni. Eyss.* | post] pos **A** potest **L**^{1} || 4 vesperugo **D**^{2}**R**^{2}**C**^{2}**EFVL** vesperuto **AB**^{1}**D**^{1} vespera **B**^{2}**G** vesper ut **R**^{1} vespererugo **C**^{1} || 5 sola quae **BD** | fulgori solis **BD**^{2}**C**^{2}**GL** fulgora **A** fulgor solis **D**^{1} fulgoris **R**^{1} fulgori **R**^{2} fulgoris solis **C**^{1}**EFV** | emergenti **B**^{1}**D**^{1} || 6 ortu atutino **B**^{1} ortum autino **D**^{1} || 7 diebus] duobus **B**^{2} || 9 iam *Eyss.* nam *libri* | martis **B**^{1}**M**^{2}**R** martius *n. f.* **M**^{1} (*qui a voce* vespertino *in v. 7 iterum adest*) | *ante* proprium (*quod del.* **D**^{2}**M**^{2}) *add.* per **B**^{2}**C**^{1}**E**^{2}**FV** (*d.* **R**) || 10 circum **ARCEFVL** circulum **B**^{1}**D**^{1} circa **B**^{2}**D**^{2}**MG** | telluri **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1}**CEVL**^{1} telluris *cett.* | eccentron **G** centron **AM**^{1}**R**^{2} eocentron **B**^{1}**D**^{1} centro **R**^{1} ecentron *cett.* | meat at **BD**^{1}**R**^{1}**C**^{1}**EV** mea **A** meat ut **F**^{1}**L**^{2} meat *cett.* (means ... meat *suspicionem movet*) | quinque **ABDM**^{1}**RF**^{1}**GL**^{v} quattuor *cett. ex Plinio* (*2, 67*) *Martianum corrigentes* || 13 stationes **M**^{1} (*d.* **R**) | propriam] primam **B**^{1}**MCF L**^{2} | exceptis **A** exceptas **M**^{1}**L**^{1} || 14 a terra altius **ARCEFV** altius a terra **BD MGL** | tollitur **B**^{2}**F**^{2} || 15 specialis] species res **A** specialis est **B**^{2} species **R**^{1} | prima] prima et secunda **B**^{2} est prima **D**^{2} | ut poto **A** utpute **R** || 16 proxumo **B**^{1}**D**^{1} || 17 nongesima **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} || 18 recensumque **B**^{1}**D**^{1}**RL**^{1} | sublimen **AC**^{1} | capricornu **R**^{1} || 19 vicesima nona **G** XXVIIII *cett.*

885 Stella vero Iovis, salutaris ad omnia utpote superum rector, XII annis longitudinem propriae circumactionis excurrit, per latitudinem vero quinque partium spatiatur. altitudo eius circuli in Virgine reperitur, absis vero in Cancri quinta decima portione. qui ascensus descensusque eccentron esse terrae ipsum quoque circulum contestantur.
886 Phaenonis autem, hoc est Saturni, praelatius omnibus sidus modico minus annis XXX circulum suum per longitudinem circumcurrit, in latitudine vero tribus tantum aut etiam duabus partibus pervagatur. altitudo quidem huius circuli in Scorpionis signo grandescit, verum absis ipsius in Librae vicesima portione. ortus tam ei quam duobus inferioribus sunt similes, cum ultra XII partes eos matutini radius non presserit Solis; tunc quippe matutinum ortum facere perhibentur, occasivum autem, cum Sole
887 demerso remotae tot⟨idem⟩ partibus poterunt apparere. est et alius, qui *ἀκρόνυχος* perhibetur, cum Sole intra horizontem demergente de orientis facie clarum planetae nascentis sidus emergit. occultationes vero eorum fiunt, cum radio consequentis proprii luminis vibratus amittunt. denique a partibus CXX stationes matutinas efficiunt, moxque in contrario in CLXXX partibus exortus faciunt vespertinos; itemque in alio latere in CXX partibus vicinantes stationes faciunt vespertinas, quas etiam secundas dicunt, qui superiores primas esse dixerunt. consecutus autem

§ 885 cf. Plin. nat. 2, 34 et 64s.; Cic. nat. deor. 2, 52; rep. 6, 17; Hyg. astr. 4, 17; Ps. Cens. frg. 3, 3 || *§ 886 cf. Plin. nat. 2, 44 et 64s. et 67; Cic. nat. deor. 2, 52; Apul. mund. 2* || *§ 887 (et fin. § 886) ex Plin. nat. 2, 59*

[**ABDMR CEFV GL**] 1 Iovis] eius **A** iiovis **D**^{1} iniovis **R**^{1} | salutaris ad omnia (salutaris *om.* **G**) *spuria putabat Dick* | utpote] aut tua **AR**^{1} ut tua **B**^{1}**D**^{1}**R**^{2} | superum rector *scripsi Mart. VII 171* supero rector **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} superu rector **R**^{2} superior *cett.* || 2 circuactionis **G** || 3 repperitur **ABD**^{1}**RL** || 4 abyssis **A** | in *om.* **F**^{1} | XV **CEV** | discensusque **ADR** || 5 eocentron **M** centron **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} ecentron *cett.* | terrae **B**^{2}**F**^{2} *et coni. Grot.* terra **AB**^{1}**D**^{1}**RF**^{1}**G** terram *cett.* || 6 phoenonis **AM**^{2}**F** | praelatis **R**^{2} | modico minus] modi communis **A** modi communus **R** || 7 circumcludit **CEF**^{1}**V**^{1} | longitudine **AR**^{1} latitudinem **M** || 9 huius **B**^{2}**C**^{2}**EGL** quis **AB**^{1}**D**^{1}**R**^{1} *om.* **F**^{1} eius **F**^{2} cuius *cett.* | scorpionem **A** scurpione **R**^{1} | signo **B**^{1}**D**^{2}**MR**^{2}**L** signum *cett.* | in^2 *om.* **G**^{1} || 10 vicesima **AM**^{2}**F**^{2} XX *cett.* | ei *om.* **A** | duobus **CEFVL**^{2} duabus *cett.* || 11 cum ultra XII partes] cum ultra si partes **AD**^{1} cum ultra partes **B**^{1} cumulata si partes **R**^{1} cum ultra partes XII **R**^{2} | radios **AB**^{1}**D**^{1}**R** | non **B**^{2}**D**^{2}**MGL**^{2} *om. cett. et rursus del.* **B**^{3} | praecesserit **G** || 12 occasum **ACEFVL**^{1} || 13 demerso **B**^{2} dimisero **A** dimerso *cett.* | totidem *Dick om.* **AB**^{1}**D**^{1}**RG** *del.* **F**^{2} tot *cett.* | *post* alius *add.* ortus **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{2}**F**^{2}**G** || 14 qui *ἀκρόνυχος Kopp* quia ΚΡΟΝΙΚΟϹ **BDEVGL**^{1} *corruptius cett.* | cum sole *del.* **R**^{2} | demergente *del.* **R**^{2} | *ante* de *add.* cum **R**^{2} || 16 *post* eorum *add.* fi eorum **B**^{1}**D**^{1}, *quod del.* **B**^{2}**D**^{2} | *post* radio *add.* solis **M**^{2}**L**^{2} | consequentis (*sc. solis*) *scripsi* sequentes **A** consequentes **B**^{1}**D**^{1}**M**^{1}**R** consequente *cett.* | vibratus **AL** vibratur **B**^{1}**D**^{1}**R**^{1} vibratum *cett.* || 17 CXX] in CLXXX **A** | stationis **B**^{1}**D**^{1} | efficiant **R**^{1} || 18 vespertinos **B**^{2}**D**^{2}**MR**^{m}**C**^{2}**F**^{1}**GL** matutinos *cett.* || 19 partibus *om.* **AR**^{1}

radius intra XII partes eos opprimit et occultat. sed cursus diversitatem altitudinisque, causas consistendi retrogradiendique atque incedendi omnibus supra dictis importat radius Solis affulgens, qui eos percutiens aut in sublime ⟨. . .⟩

LIBER IX

DE HARMONIA

Iam facibus lassos spectans marcentibus ignes
  instaurare iubet tunc hymenea Venus:
'quis modus' inquit 'erit? quonam sollertia fine
  impedient thalamos ludere gymnasia?
deriguit comis blandisque assueta Voluptas,
  et noster pallens contrahit ora puer;
ipsa etiam fulcris redimicula nectere sueta
  Flora decens trina anxia cum Charite est.
nec melicum reticens modulatur tibia carmen,
  nec dulcis temptat psallere Melpomene.
omnia, quae tenero moris fervescere ludo,
  in cumulum doctae vocis honore tacent:
nec Suada illecebris sponsalia pectora mulcet,
  nec Stimula incenso allicit aculeo.

9 *cf. Verg. Aen. 4, 98* sed quis erit modus aut quo nunc certamine tanto? || **20** *Ov. fast. 6, 503* lucus erat: dubium Semelae Stimulaene vocetur; *cf. et Aug. civ. 4, 14 et 16*

